Item q tempus sit de substantia circumcisionis ostēdit. quia circumcisio sigbat vtrāqz circumcisionē. s. pmā in anima a culpa. et scdam in corpore a

miseria. que futura erat in octaua resurrectionis. ergo octauus dies erat de integritate significationis. ergo & de integritate sacramenti. Item preceptum de circumcisione est preceptum affirmatiuum quod obligat ad aliquod tempus. non ad omne. ergo determinato tempore in precepto obligabat ad illud. ergo cum in precepto illo sit determinatio temporis in quo instituitur circumcisio. tempus determinatum est de necessi-

86 tate circuncisionis. R°. dicendum quod duo ex istis. s. sexus et membrum. sunt de necessitate circumcisionis simpliciter. sed tempus uno modo est de necessitate. alio modo non. Est enim in hoc sacramento tria considerare. scilicet efficaciam. significantiam. & obseruantiam. Quantum ad efficaciam nihil facit. quantum ad significantiam est de congruitate. quia expressius significat. quantum ad obseruantiam est de necessitate. quia cadit sub precepto.

87 vnde peccat qui negligit obseruare. Ad illud ergo quod obiicitur primo quod in morbo non est distinctio. ergo &c. Dicendum quod circuncisio non tantum fuit in remedium. sed etiam in signum distinctionis. vt gens iudeorum ab aliis discerneretur. ex quo christus debebat ab ea nasci. et quia propagatio & genealogia attenditur penes mares. ideo illis data

88 fuit non mulieribus. Ad illud quod obiicitur quod membrum illud non deberet esse quia est verecundum. Dicendum quod membrum illud maxime conueniebat significationi circuncisionis & efficacie. Circuncisio enim data fuit in pactum sicut dicitur Gen. xvii. et hoc pactum est certitudo quod christus ex gente illa esset nasciturus. Fuit etiam data in remedium contra originale peccatum vnde dicitur Gen. xvii. Masculus cuius caro preputii circuncisa non fuerit peribit &c. Fuit similiter data in meritum obedientie. meruit enim abraam & posteri eius sic domino obediendo. Fuit etiam data in signum repressionis concupiscentie. vnde signat quid sit agendum. siue a quo sit cessandum. Et quia per preputium est generatio. et sic conuenit pacto generationis. Est originalis culpe transfusio. et sic conuenit remedio circuncisionis. Et in preputio regnat inobedientia & concupiscentia. ab oppositis per ipsius signationem. & ab ipso factam ablationem. et meretur obedientia. & significatur continentia. ideo rectissime conuenit. Quod ergo dicitur quod est membrum ignobile. dicendum quod de sui natura est nobile sed factum est ignobile propter culpam. vnde per remedium nobilitatur. Vnde. i. Cor. xii. dicitur quod membris ignobilioribus abundantiorem honorem circundamus. & hoc

89 intelligitur dum passionibus & desideriis obuiatur. Ad illud quod queritur de tempore. dicendum sic dictum est quod quantum ad efficaciam nihil facit. vnde eque bene curabat circuncisio proselitos vt etiam paruulos. est tamen congru-

90 entia quantum ad significationem. Quod obiicit de baptismo. dicendum quod res circuncisionis erat circuncisio a culpa & a miseria. Circumcisio a culpa significabatur in actu et materia. sed circumcisio a miseria per actum et materiam non significabatur. & ideo congruum fuit tempus addere per quod significaretur. baptismus autem ratione immersionis & eleuationis expresse significat mortem & resurrectionem. ideo non fuit congruum addere. & sic dies octauus est de bene esse circuncisionis quantum ad significationem. est tamen de necessitate quantum ad obseruantiam. quia cadit in precepto. Et ratio huius fuit quia sacramentum illud fuit penale. ideo oportuit obseruare tempus. quia si ante octauum diem circumcideretur. propter teneritudinem posset perire. Si vltra differretur. esset periculum propter mortem. et libenter differrent propter dolorem ideo voluit eis dominus prefigere terminum.

91 Ad illud quod obiicitur quod est de necessitate precepti. ideo non poterat differri nec preueniri sine peccato. dicendum quod circa hoc duplex fuit opinio. Quidam quidem quod preueniri non poterat nec differri sine peccato nisi interueniret dei autoritas vel etiam necessitas. et vtraque fuit in viris qui fuerunt in deserto incircumcisi vt dicunt. Necessitas propter periculum. quia ad motum nubis mouebantur. & ideo circumcisionem seruare non poterant. Diuina etiam autoritas fuit dispensans. quia in deserto erant in quo non poterant gentibus commisceri. nec indigebant distingui. Rursus dominus voluit ob figuram circumcisionem differri. vt vna generalis circumcisio fieret in terra promissionis. in signum illius que futura erat in patria. Et isti dicunt quod si de paruulis timerent quod tempus circuncisionis poterat & debebat preueniri. alioqui puer damnabatur. sicut modo damnatur puer non baptizatus. Sed hec positio licet probabilis videatur. tamen mori repugnat iudeorum quem nunc obseruant. & credibile est quod a patribus acceperunt. Multi enim ante octauum diem circumcidunt. Contrarietatem etiam habet in seipsa. quia si ob necessitatem infirmitatis poterat differri. cum paruulus erat in graui infirmitate. non debebat secundum eos circumcidi sed diutius expectari. Et iterum. Si non poterat sine peccato differri. qualiter poterat preueniri. ex quo dominus illum prefixerat. Et ideo alia opinio est & probabilior quod non debebant preuenire nec differre nisi dominus ipse dispensaret. alioquin peccarent. Et si tu obiicias quod tunc puer damnaretur. quia scribitur. Masculus cuius caro &c. Dicendum quod secundum translationem. lex habetur cuius preputii caro octaua die circuncisa non fuerit. & quamuis in nostra translatione non repetatur. tamen intelligitur repeti sub ea conditione in qua fuit preceptum. Et quia non erant obligati. eodem remedio curabantur quo mulieres. Sed huic positioni occurrit difficultas. esto enim quod paruulus ille nudatus illo remedio viueret vsque ad octo dies. et tunc non circunciderentur. aut saluatur. aut non. Si non saluatur. ergo ex peccato patris amittit gratiam. aut eam non habuit. sed constat quod propter peccatum patris non potest eam perdere. ergo nunquam habuit. Si saluatur. & non est octauo die circuncisus ergo non est verum quod dicit dominus. Masculus cuius caro &c. Propter hoc ergo respondendum quod currente circumcisione alia remedia non disponebant paruulum nisi cum hac conditione quod ipse esset impossibilis ad implendum mandatum de circumcisione. & ita propter impossibilitatem absoluebatur. et si moriturus erat ante octauum diem disponebant & curabatur. Sed victurus non curabatur quousque mandatum esset totum impletum. et totum est probabile. Et ideo hanc opinionem credo saniorem. Si autem dominus dispensaret. tunc secus esset. & ita dicunt factum esse circa viros qui fuerunt in deserto. Aliqui tamen dicunt quod peccauerunt. quia ex contemptu dimiserunt. sed tamen illud non est credibile quod omnes ita mandatum dei contemnerent. Si autem obiicias similiter de paruulo qui preuentus morte non baptizatur. vtrum in fide parentum saluetur. Dico quod non. quia baptismus propter suam generalitatem et perfectionem et temporis indeterminationem alia remedia euacuauerat. non sic autem circumcisio. Huius autem positionis probabilitas habetur ex autoritate. quia Prouerbiorum. iiii. dicit Salomon. Vnigenitus eram coram matre mea. vbi dicitur quod filius Bersabee alius paruulus non fuit nominatus. quis ante octauum diem est mortuus. et

sta non fuit circumcisus. Habetur ex ratione. quia nullum aial offerebat domino ante octauum diem. Habet ex more iudeorum quem modo obseruant. Et ideo hec positio magis est tenenda.

Questio. iij. m

De efficacia circumcisionis. et querit. Utrum sacramentum circumcisionis sit gratie collatiuum: Et quod non. dicit magister in litera. Hoc ipsum dicit Roma. iiij. super illud. signaculum fidei accepit. glo. In circumcisione tantum peccata remittebant. sed non gratia per eam prestabat. Item hoc videt ratione. quia in sacramento eque vel amplius se extendit ratio signandi quam efficiendi. sed ratio signandi in circumcisione solum est in ablatione. ergo et efficacia. Item sicut se habet culpa ad gratie amotionem. sic gratia ad remotionem culpe. sed deus cum homo peccat subtrahit gratiam. nec tamen facit culpam. ergo a simili possibile est quod aliquod remedium remoueat culpam. quod tamen non dat gratiam. ergo si hoc est possibile. et concordat ratio et autoritas. in circumcisione non dat gratia. Item si deus esset dator formatum. virtus primi agentis esset solum in abiciendo. non in ponendo. sed cum deus sit dator gratie. virtus circumcisionis erit solum in amouendo oppositum gratie. Contra. quod in circumcisione detur gratia ostenditur quia eadem vi est corruptio vnius oppositi et generatio alterius. et eadem qua recedit ab vno oppositorum. accedit ad reliquum. ergo cum gratia et culpa sint opposita. eadem vi qua delet culpa. confert et gratia. ergo si circumcisio est ad delendum culpam. necesse est in ea conferri gratiam. Si dicas quod hoc non tenet in motibus. hoc nihil est. quia ambrosius dicit. quod egressus vicii est virtu-

92 tis ingressus. Item accidens corrumpit dupliciter. aut propter corruptionem subiecti. aut propter inductionem contrarii. ergo si circumcisio aufert culpam cum non corrumpat subiectum. de necessitate inducit contrarium. sed hoc est gratia. igitur etc. Si dicas quod culpa non est accidens sed priuatio. idem sequitur. ergo quia priuatio non remouet ab aliquo nisi per positionem habitus. ergo si culpa est priuatio gratie. nunquam delebitur nisi ponatur gratia. Item peccatum dicit non esse moris. sed impossibile est quod deus auferat alicui non esse nature nisi dando esse. immo non intelligibile. sed impossibile et non intelligibile est quod auferat non esse moris nisi dando esse. sed non esse moris est per culpam. esse per gratiam. sed etc. Si dicas quod non est simile. quia esse et non esse sunt immediata. non sic culpa et gratia. Contra hoc est. priuatio et habitus circa suum susceptibile sunt immediata. sicut affirmatio et negatio. sed impossibile est priuare vnum quin ponatur reliquum. Item si circumcisio delet culpam. et gratia delet. aut ergo circumcisio delet per gratiam. aut econuerso. aut vtrunque simul. sed constat quod non vtrunque simul. quia cum non sint idem in substantia. non habent eandem operationem immediatam. Item non gratia per circumcisionem. quia si non esset circumcisio. gratia per se sufficienter deleret culpam tanquam immediata causa. sed circumcisio delet per gratiam. sed per prius ordinatur circum-

93 cisio ad gratiam quam ad culpam delendam. Respondeo dicendum. quod circa hoc diuersi diuersimode senserunt. Quorundam enim positio fuit quod originale vt est culpa est concupiscentia cum debito non concupiscendi. et ideo est culpa quia concupia. hoc enim est in iustificatis. sed ideo. quia est cum debito non concupiscendi. cum ergo deletur culpa originalis. quia deletur quantum ad reatum. et remanet quantum ad actum. dicunt quod soluitur debitum. i. non imputatur. et tunc ergo remanet concupia actu pena. hoc ergo est quod dicunt originale deleri. i. debitum concupiscendi non imputari. et hoc quidem sine alicuius gratie collatione fieri potest. et fit in circumcisione. Sed hec responsio non potest stare. duplici ratione. Una quidem quia si deus non imputat hoc debitum ipsi anime quod prius imputabat. aut ergo aliqua innouatio facta est circa aiam. aut mutatio facta circa deum. Non mutatio circa deum. ergo innouatio circa aiam. ergo aut aliquid est ab ea ablatum. aut positum. Si ablatum. aut bonum. aut malum. Non bonum. ergo malum. Non malum pene tamen. ergo culpe. ergo culpa est priuatio que non aufertur nisi aliquid ibi ponatur. sed necesse est aliquid poni. Sed nihil ponitur in anima quod expellat culpam nisi gratia. Alia ratio est quia si debitum tamen non imputaretur. et gratia non daret. cum nullus possit videre deum quin habuerit gratiam. tunc ergo iustus ab originali peccato mundatus per circumcisionem si moriatur. cum non habuit gratiam. non videbit deum. ergo eandem penam habebit ac si haberet originale. Alia positio magis vltra processit et dixit quod in circumcisione dabatur gratia. et delebatur culpa. sed culpa non delebatur vi circumcisionis. gratia non dabatur vi eius sed ex liberalitate dei. qua non delet culpam. quin decoret animam et gratiam sibi faciat. Quis posset aliter facere. quia secundum naturam medium est inter culpam et gratiam. s. ipsa innocentia. et delere culpam hoc est reddere innocentiam. sed deus nunquam reddit innocenti-

94 am quin superaddat gratiam. Et per hoc respondent ad obiecta de contrarietate et de habitu. et de priuatione. quia gratia non est directe et immediate habitus oppositus culpe. sed innocentia. Ad hanc innocentiam secundum quod est priuatio culpe ordinatur circumcisio disponens ex parte suscipientis. sed gratia ex parte agentis. Sed hec positio non potest stare duplici ratione. Prima quidem. quia si innocentia esset medium secundum naturam inter culpam et gratiam. prius naturaliter restitueretur innocentia et expelleretur culpa quam infunderetur gratia. Sed hoc est manifeste falsum. quia tunc gratia non deleret culpam. Si enim deleret. prius innocentia quam culpa deleret. Alia ratio est. quia et si deus posset delere culpam sine gratia. non tamen decreuit delere nisi per gratiam. ergo si dat virtutem sacramento consonantem suo decreto. non dat virtutem ad culpam delendam nisi disposito ad gratiam. Tercia positio est. quod in circumcisione delebatur culpa et conferebatur gratia. et ad vtrunque ordinabatur circumcisio. sed gratia quosdam effectus habet priuatiuos. quosdam positiuos. et circumcisio non ordinabatur primo et per se nisi quantum ad effectus priuatiuos. et ideo solum significat ablationem. Sed quia effectus priuatiui non sunt sine positiuis. ex consequenti erant ibi effectus positiui. et quia ex consequenti. non oportebat eos significari. Exemplum autem manifestum est in conuersione panis in corpus christi in quo est consequenter et sanguis. sed tamen significatur ibi. Effectus autem gratie positiui sunt. sicut habilitare se ad bona opera. priuatiui sicut remouere culpam. Sed ista positio non potest stare duplici ratione. Prima quidem quia si vi circumcisionis ponitur gratia in anima et potentiis. quia delet culpam que in his est. cum poni gratiam in anima non sit aliud quam gratificari. et in potentiis quam potentias habilitari. ergo non separantur. nec secundum rem nec secundum intellectum. ergo impossibile est ponere

vel intelligere q circumcisio habeat vim ad vnū q̄n etiā habeat ad reliquum. Alia ratio est. quia effect⁹ positiui aliqui ſm rem idem sunt cum priuatiuis. q2 sicut lumen materiale nunq̄ delet tenebras nisi illuminando aera. sic nec lumen gratie tenebras peccati. Quarta positio fuit q in circumcisione dabatur gratia. sed tamen paruula respectu eius que daẽ in baptismo. Et ratio huius videẽ in sequenti distinctione cum de ꝑfectu sacramentoꝝ disputabiẽ. Et q̄a gratia quantūcunq3 parua plenum effectum habet ad delendum omnem culpam mortalem. sed semiplenū ad habilitandū potētias aīe ꝛ ad ꝑficiēdū. iō circumcisio diciẽ ordinari ad effectum ablatiōis culpe. non q2 ipsum solū haberet. sed quia solum h3 cōpletum. Et q2 sacramentum non omne significat qꝺ facit. sed quod plenius et perfect⁹ facit. ideo in circumcisione solum est signum ablationis principaliter. Et per hoc patent autoritates ꝛ obiecta. q2 nec glo. nec magister voluerūt negare q nullo modo dareẽ gratia habilitans. sed q parum habilitans. ꝛ ita parum reprimēs cōcupiscentiam. ita q solum mereaẽ dici deletiua culpe non habilitatiua potentie.

95 Ad illud quod obiciẽ de significatiōe p3 responsio q istud debet sacramentum sigñre. quod plene ꝛ perfecte facit. non omne quod facit ex consequenti siue imperfecte.

96 Ad illud quod obiciẽ q deus subtrabit gratiam. ꝛ non facit culpā. ꝯ ꝛc. Dōm q deus dicitur subtrahere gratiam non quia perimat datam. sed quia vltra nō apponit. S3 homo ꝑ culpam perimit datam. ꝛ ita nō cōueniunt in effectu deus ꝛ culpa.

97 Ad vltimū dōm q illud nihil valet. quia sicut solus deus dat gratiā. ita solus delet oppositu3. Unde Ysaie. xliij. Ego su3 qui deleo iniquitates ꝛc. Preterea si illa positio esset vera. nunq̄ agens particulare aliquid abijceret.

Distinctio. ij. de sacramentis in speciali.

Jam ad sacramenta noue legis accedamus. Hec est secunda pars in qua magister agit de sacramentis in speciali. Et habet hec pars duas partes. In prima determinat quedā ꝑambula. In scd'a aūt determinat de vnoquoq3 ꝑ se. infra di. iij. Post hec videndū est quid sit baptismus. Prima ps habet duas partes. In prima parte determinat preambula ad omnia sacramenta. s. tempus institutionis ꝛ numerū. In scd'a vo determinat ꝑambulū specialiter ad baptismū. ibi. Nunc vo de baptismi sacramēto videam⁹. Prima iterū pars habet duas. In prima determinat numeꝝ. In secunda vo institutionis tempus. ibi. Si vero queritur quare non fuerunt ꝛc. Similiter secunda pars in qua agit de preambulo ad baptismū xp̄i. quod quidē fuit baptismus iohannis. habet tres partes. In prima magister determinat de vtilitate siue ad q̄d fuit. In secunda vo de eius institutione siue denominatione. ibi. Sed queriẽ quare dictus est baptismus iohannis. In tercia vero agit de forma. vsu siue de variatione. ibi. Hic cōsiderandū est si baptizari ꝛc.

De sacramentis noue legis q̄ntum ad numeꝝ. a

Dist. II

Jam ad sacramenta noue legis accedamus. q̄ i sunt baptismus. confirmatio. panis benedictionis in eucharistia. penitētia. vnctio extrema. a ordo. ꝯiugium. [a]Quorum alia remedium contra peccatum prebent. et gratiam adiutricem conferūt vt baptismus. Alia in remediū tm̄ sunt. vt ꝯiugiū. Alia gratia et virtute nos fulciunt. vt eucharistia ꝛ ordo.

De sacramentis q̄ntum ad institutionis tp̄s. b

Si vo queriẽ quare nō fuerūt hec sacramēta instituta mox post hominis lapsu3 cum in his sit iusticia ꝛ sal⁹ꝛ

a Quoꝝ alia remedium contra peccatum prebent. Cōtra. Videẽ male diuidere h̄ abinuicem. quia omnia sacra sunt in remediū ꝯ pctm̄. R° dōm q mgr̄ nō dicit simpliciter q quedā sunt in remediū. ſ3 dicit q̄dā sunt in remedium ꝯ pctm̄. ꝛ talia sunt q̄ grām cōferūt. et ornant aīam.

1 Ex hac autē diuisione quā ponit hic mgr̄ innuiẽ sufficientia sacroꝝ. Quedā eñ est medicina ꝓseruatiua que curat a morbo. sed nō liberat. ꝛ talis est mr̄imoniū. Quedā est curatiua. ꝛ ista liberat ꝑ gratiā. ꝛ hec variaẽ ſm triplicē gratiā. s. gratiā baptismalē. ꝛ sic est baptismus. Pnialem et sic est pnia. Finalē. et sic ē vnctio extrema. Quedam autē est medicina ꝯfortatiua. Dupliciter aūt ex cā indiget homo confortari. Vel ꝓpter difficultatem pugne. ꝛ sic est ꝯfirmatio. Vel ꝓpter lassitudinē itineris ꝛ sic est viaticū. i. eucharistia. Ordo aūt est ad ministrandū vtrunq3 ꝛ ad ꝯfortandū mō vtroq3. Vel sic. Confortatio et fulcimentum est triplr̄. Aut ꝯfortatione virtutis. ꝛ sic est ꝯfirmatio. Aut subministratione cibi. ꝛ sic est eucharistia. Aut fulcimēto alicui⁹ subsidij ꝛ sic est ordo. Et sic p3 q diuisio mgr̄i est recta. ꝛ patet etiā ex hoc diuisio sacramentoꝝ. Et differt iste modus assignandi sufficiētiā a preassignato. q2 ille accipiẽ penes morbos. hic vo penes modos curandi. Itē q̄r. quare magis sic ordinaẽ. vr̄ eñ q ratio sua cōdicat enumeratiōi q̄ntū ad ordinē. Si eñ mr̄imoniū est medicina ꝓseruatiua. ꝛ prius etiā est institutū. vr̄ q deberet pmo de ipō agere. Silr̄ ꝯtra alia pōt obijci. R° dōm q magister bene ordinaẽ. ꝛ ratio sui ordinis patet sic. Sacra eñ quedā respiciūt cōiter omnes. ꝛ sic sunt quinq3 precedētia. Aut aliq̄s spāliter. ꝛ sic sunt duo sequētia. s. ordo. ꝛ ꝯiugiu3. Et sic aut cōe aut spāle. Si respiciūt cōiẽ oēs. sic sūt pma. v. Ordo eñ triū ex q̄nq3 prius patet ex se. Baptismus eñ est ad vulnerū curationē. cōfirmatio ad curationis vite conseruationem. eucharistia ad curationis habite ꝛ ꝯseruate ꝓmotionē. Et q2 nō omnes qui respiunt cōseruant sp. ideo est pnia ad repationē. est vnctio extrema ad ipius ꝯsummationē. et ex h̄ patet ordo ꝛ sufficiētia illoꝝ. v. q̄ respiciūt cōiter omnes. Que aūt respiciūt spāles status duo sunt. Aut enim respiciūt ꝑfectos ꝛ sic est ordo. Aut infirmos ſm ꝯgruentiā. ꝛ sic est mr̄imoniū principaliter. aut ordo ꝓpter sacramenti dignitatē. Vel ordo est ꝑsonaꝝ generantiū spūaliẽ. mr̄imoniū vo generātiū corꝑaliter. et vtraq3

necessaria est ecclesie. sed pma est de principali intentione. scda et cosequenti. et ita patet ordo. b Non ante aduētū xpi q̄ gratiam attulit gratie sacr̄a fuisse danda. q̄ ex ipius morte ꝛ passione virtutem sortita sunt. Contra. vr̄ male dicere. qꝛ sacr̄a ve. le. ꝛ fides totā virtutē iustificandi habebant ex morte xpi. Itē vr̄ q̄ mag 2 ex resurrectione xpi. qꝛ Ro. iiij. dicit. Resurrexit ꝓpter iustificationē nostram. Rn̄. dōm q̄ sacramenta no. leg magnā habent virtutē. qꝛ eā habent a passione. nō tm̄ ꝓmissa. ſ etiā ꝯsoluta. et persoluta astringit diuinā misericordiā vt liberalius prebeat. et hoc nō fuit nisi post mortem xp̄i. Nō obī de resurrectione dōm q̄ meritum p̄ncipaliter fuit i passione. sed sigtō nostre iustificationis ꝯ peccato signatur in morte ꝛ resurrectione. vt destruaꝛ homo vetus ꝛ fiat nouus.

c Baptismū xpi iohānes suo baptismo p̄nunciauit. Querit que necessitas fuerit huiōi prenunciatiōis. Si dicas vt assuefaceret. quero siliꝛ q̄re alia sacramenta nō habuerūt assuefactoria. Si dicas q̄ baptism⁹ difficilior est ad credendum. hoc nō soluit. qꝛ eucaristia magne difficultatis est ꝛ magne 5 efficacie. Rn̄. dōm. q̄ baptism⁹ congrue habuit preambulū. ratio hui⁹ est. qꝛ ē sacramentum pmū ꝛ necessariū. Quia eīm necessarium. oportebat oēs suscipe. Quia primū. ne hoīes inhabiles essent ꝛ imparati. oportebat q̄ p̄cederet aliquid simile. nō sic aūt est in aliis sacramentis. Baptism⁹ ei suscept⁹ disponit ad cetera alia. et iō nō indigent alia. immo assuefactoriū baptismi p consequens ad alia assuefacit.

d Hominis dictus est. qꝛ nihil ibi gerebatur quod non ageret homo. Contra. vr̄ q̄ ratio illa nulla sit. q̄a dicit euangeliū hoīs vt Ioh. ꝛ math. et tm̄ in euāgelio aliqd agit qd nō agit hō. Si dicas q̄ euāgeliū dr̄ nunciū. et dicit qd exteri⁹. et hoc est ipsius nunciantis nō tm̄ mandantis. Obī de doctrina q̄ dr̄ eī docentis. ꝛ tm̄ vt dicit aug. solus deus docet intus. Rn̄. dōm q̄ doctrina dicit petri. non qꝛ petrus totum agat effectiue quod 4 ibi fit. sed quia nihil ibi fit quod petrus non faciat. vel effectiue sicut verbum exterius. vel dispositiue sic ē eruditio interior. melius eīm docet bonus clericus q̄ malus. e Baptismus aūt iohannis in nomine venturi tradebaꝛ. Contra. Videꝛ hoc falsum. qꝛ iohēs sciebat iā xpm venisse. cum baptizauit ipm. ꝙ nō in nomine venturi. sed eius q̄ venit poti⁹ baptizauit. vel baptizare debuit. Rn̄. dōm. q̄ dñs venisse dicit ...

Dicimus q̄ b nō ante aduentū xpi q̄ grām attulit gratie sacramenta fuisse danda. q̄ ex ipi⁹ morte et passiōe virtutem sortita sunt. Christus aūt venire noluit anq̄ homo de lege naturali ꝛ scripta conuincereꝛ q̄ neutra iuuare posset. Fuit tn̄ cōiugiū ante pctm̄ institutum nō vtiq3 ad remediū. s3 ad sacr̄m ꝛ ad officiū. post peccatū vō fuit ad remediū cōtra carnalis ꝯcupie corruptelā. de quo suo loco tractabimus.

b

Coniugiū fuit ante peccatum

De preambulo ad baptismū christi. qd quidem fuit baptism⁹ iohānis ꝛ cui⁹ vtilitatis ꝛ ad qd fuerit. c

Nunc vō de baptismi sacramento videam⁹. qd int nouę gratie sacr̄a primū est. c Baptismū xpi iohēs suo baptismo p̄nunciauit. q̄ prim⁹ baptizasse legiꝛ sed i aqua nō in spū. sicut ipe ait. Ego baptizo vos in aqua. i. i penitentiā. sola eīm corpa abluebat. a pctis vō nō mūdabat. Baptismus iohis erat in pniam non in remissionē. Baptismus vō christi in remissionē. qꝛ iohānes baptizans hoīes ad pniam vocabat. ꝛ q̄s baptizabat penitere docebat. s̄m illud veniebāt ad iohānē in iordanē ꝯfitentes pctā sua. Sed in baptismo iohis nō dabatur pctōꝝ remissio que data est i xpi baptismo. Ad qd ergo vtilis erat baptismus iohannis? Quia homines vsu baptizandi ꝑparabat ad baptismum christi.

De differentia baptismi xpi et iohannis. c Ioh. j.

Marci. j.

Vtilitas baptismi iohannis.

De institutione siue denominatione baptismi iohānis quare. s. dictus sit baptismus iohannis. d

Sed queriꝛ quare dictus est baptismus Johannis. sicut veritas dicit. baptism⁹ Johis vnde est? Quia ibi iohannis oꝑatio tm̄ visibilis erat exterius lauātis. nō inuisibilis gratie dei virtus oꝑantis interius. Sed tn̄ ꝛ illa iohannis oꝑatio a deo erat. ꝛ baptism⁹ ille a deo erat nō ab hoīe. s d hominis dictus est. qꝛ nihil ibi gereba꞉ qd nō ageret hō. Si vō qꝛ an sacrm̄ fuerit? Satis pōt cōcedi ex eo sensu q̄ legalia signa dicunꝛ sacr̄a. Significabat eīm baptismus iohannis esse rē sacri. s. baptismū xpi. q̄ nō tm̄ ē pnie s ꝛ remissionis pctōꝝ.

Marci. xj.

d Si fuerit sacramētū baptism⁹ ille.

De forma. vsu. ꝛ variatiōe baptismi iohannis. ꝛ de baptizatis. e

Hic ꝯsiderandū est si baptizati a iohe iteꝝ baptizati sꝛ baptismo xpi. ꝛ q̄ forma vboꝝ vsus sit iohes. Illi q̄ baptizati sūt a iohe. nesciētes spm̄ scm̄ esse. ac spem ponētes in illi⁹ baptismo. postea baptizati sūt baptismo xpi e Baptismus aūt iohannis in noīe venturi tradebaꝛ.

e

Hieronimus

Act. xix.

Hiero. in ep̃la de vni⁹ vxoris viro.

Ambro. in li. de spũſancto.

Unde hieronymus sup̃ Joelem. Qui dicit se in xp̃m credere ⁊ nõ credit in spũmſctm̃. nondũ habet claros oculos. Unde baptizati a iohãne in noie venturi. id ẽ domini iesu dixerunt. sed neq̃ʒ ſi spũſſanctus eſt. audiuimus. iterũ baptizabant. imo verũ baptiſma accipiebant. Illi ṽo qui ſpem nõ poſuerũt in baptiſmo iohannis. ⁊ patrẽ et filiũ ⁊ ſpm̃ſcm̃ credebant. nõ baptizati fuerũt. ſ; impoſitõe manuũ ab ap̃lis ſup̃ eos facta ſpm̃ſcm̃ receperũt. Alij ṽo q̃ nõ ita credebãt. baptizati ſunt baptiſmo xp̃i vt p̃dictũ ẽ. Uñ hieronim⁹. Qui ſpm̃ſcm̃ neſciebãt cũ baptiſmũ a iohe acceperũt. iterũ baptizati ſunt baptiſmo xp̃i. vt p̃dictũ eſt. ne q̃s ex iudeis vel gentibus putaret aquaʒ ſine ſpũſancto ad ſalutem poſſe ſufficere. De hoc etiã Ambroſi⁹ in li. de ſpiritu ſctõ ait. Quidã negauerunt ſe ſcire ſpũmſcm̃ cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo iohis. qui adueniens ieſu non in ſuo baptizauit noie. Iſti ğ q̃ʒ nec in xp̃i noie. nec cum fide ſpũſſancti baptizati fuerant. nõ potuerunt accipere baptiſmi ſacramentũ. Baptizati ſũt ergo in nomine chriſti. nec iteratuʒ eſt in his baptiſma ſed nouatum.

ptionem carnis. tum q̃ʒ nõdũ erat manifeſtatus. baptizabat. n. in nomine venturi de futuro. ⁊ iõ q̃ñ dñs ſe cepit p̃ mirabilia manifeſtare. baptiſm⁹ e⁹ debuit ceſſare. Uñ et io. in carcere exñs volens oñdere diſcipulis ſuis ſuũ miniſterium impletum eſſe. et baptiſmũ ceſſaſſe. miſit eos ad xp̃m. marci xj. Tu es q̃ venturus es. vt p̃ verba dñi cognoſcant diſcipuli veniſſe illum in cui⁹ nomine baptizauerat iohannes. et iõ cuʒ iam ampli⁹ nõ debeat dici ventur⁹. ſacr̃m ei⁹ ceſſaſſe. Et hec eſt rõ q̃re iohannes magis baptizauit in noie venturi q̃ chriſti. vt oſtẽderet baptiſmũ ſuũ ad t p̃s eſſe. Nam xp̃s ſemp̃ xp̃s eſt. ſed nõ ſp̃ venturus eſt. et ideo baptiſma chriſti qd̃ debuit ſemp̃ durare. fuit in noie chriſti vel trinitatis. ſed baptiſma iohannis nomine venturi.

D intelligentiã huius diſtinctionis ſm̃ duo q̃ determinat mgr̃. duo principaliter queruntur. Primo de inſtitutiõe ſacramẽtoꝝ. q̃ntuʒ ad primã p̃tem. Q̃tum ṽo ad ſecundã querit̃ de baptiſmo iohannis. Circa primũ queruntur tria. Primo querit̃ vtrũ omne t p̃s fuerit ydoneũ ad inſtitutionẽ ſacr̃oꝝ. Scd̃o vtrum in diuerſis t p̃ibus debuerunt diuerſa inſtitui. Tercio vtrum in t p̃e gratie debuerũt inſtitui vnum vel plura.

Queſtio. j. a

Q2 omne tempus fuerit ydoneũ ad inſtitutioneʒ ſacramentoꝝ oſtendit̃. Et primo de tẽpoꝛe nature. q̃ʒ tunc inſtitutum eſt ſacramentum matrimonij. ergo ſi hoc inter alia ſacramenta minus eſt efficax. videt̃ q̃ in illo tempoꝛe debuerunt alia multo magis inſtitui. Si dicas q̃ vſus matrimonij illi t p̃i cõgruebat. q̃ʒ erat non in remedium ſed in officiũ. Sed alia inſtituta ſunt in medicinam. et ideo non ante lapſum. Contra. deus ſimul cũ p̃didit angelũ. cõdidit penaʒ ſiue ignem. vt ibi ſi peccaret puniret̃. q̃ʒ eius peccatum eſt irremediabile. ğ pari rõne cum condidit hominem cuius erat peccare remediabiliter. debuit inſtituere medicinam. Itẽ mgr̃ dicit di. precedenti. q̃ ſacramentoꝝ vſus eſt ad humiliationẽ. exercitationem. ⁊ eruditionẽ. que nõ tm̃ cõueniunt egro ſ; etiam ſanis. ergo ⁊c̃. Item q̃ t p̃us legis nature poſt lapſum fuerit cõueniens. videt̃. q̃ʒ boni ⁊ ſapientis medici eſt medicinam vſq̃ʒ ad indigentiã differre. et cum adeſt indigentia ipſam offerre. ğ ſi tempus legis nature fuit tale. tunc ſine dilatione ⁊ anticipatione debuit ſacramenta inſtituere. Itẽ q̃ tempus legis ſcripte fuerit magis ydoneũ. vr̃. q̃ʒ ſacramẽta non iõ ſunt precepta quia bona. ſ; iõ bona q̃ʒ p̃cepta ⁊ inſtituta. ſ; talia p̃cepta maxime cõueniũt legi ſcripte nõ euangelio vel nature. q̃m̃ ſunt leges morales. ğ ⁊ ſacramentoꝝ inſtitutio. Sʒ q̃ t p̃s legis euãgelice fuerit conueniens videt̃. q̃ʒ ſacramẽta ſunt medicine. ſed illud tempus maxime illoꝝ inſtitutioni cõuenit in quo aduenit medicus. et iterũ ſunt vaſa gratie. ergo illi t p̃i congruũt quod eſt tempus gratie. Cont̃ Q2 nõ cõgruerint t p̃i nature inſtitute oñdit̃. quia q̃ ſperat reſurgere facilius dimittit ſe cadere. ğ ſi p̃mo homini eſſent remedia p̃ata. data eẽt ei occaſio peccandi. ergo ſi ſacramenta debent eẽ via ad reſurgendum non ad cadendum. non debuerunt illo tempore inſtitui. Item q̃ nec t p̃e legis nature videt̃. q̃a t p̃e illo ſolũ cucurrit ius naturale. ſed ea que dictat ius naturale ſunt de ſe bona. ſunt etiã immobilia. ğ ſi ſacr̃a nõ ſunt talia. nõ ↄueniũt illi tẽpoꝛi. Sʒ q̃ nec tempoꝛi legis ſcripte. q̃ʒ lex ſcripta data eſt i on⁹ ⁊ ad ↄuincendum de impotẽtia. vt dicit hugo. ğ ſi ſacramenta ſunt medicine reparantes virtuteʒ. nullatenus ↄueniunt legi ſcripte. Itẽ q̃ nõ legi euangelice vr̃. q̃ʒ hec lex eſt eliminatiua figuraꝝ ⁊ ſignoꝝ. q̃ʒ aperte predicat veritatẽ. ergo ſi ſacr̃a ſunt figuralia. nullatenus legi euãgelice cõueniũt. Iteʒ lex euãgelij eſt lex libertatis. ad Gal̃. v. Uos autem fratres in libertatem vocati eſtis. ğ ad minus non debuer̃t inſtitui ſacramenta ſub precepto. ſed ſolum ſub cõſilio. et hoc videt̃ dicere hugo de ſacramẽtis. p̃mo paruulos cõſilio nutriuit. ſcd̃o peccatos precepto terruit. tercio p̃fectos in libertate ſp̃ũs ambulare permiſit. Sed hoc non poteſt ſtare. q̃ʒ Jo. iij. dicit̃. niſi q̃s renatus fuerit ⁊c̃. R̃ɔ. dicẽdũ q̃ omnia ſacramenta 6 inſtituta ſunt in remedium ſpecialiter ⁊ principalit̃. excepto matrimonio. quod primo inſtitutum eſt in officium. et q̃ʒ tempus remedij incepit a lapſu. et p̃fecit in lege. ⁊ ↄſummatuʒ eſt in euangelio. ideo iſta tria t p̃a ↄueniunt inſtitutioni. tñ ſm̃ mag̃ ⁊ minus.

Ad illud ergo qd̃ obijcit̃ q̃ conueniũt tempoꝛi na- 7 ture inſtitute. p̃pter matrimoniũ. dicẽdũ q̃ tunc eſt inſtitutuʒ. q̃ʒ fuit inſtitutũ in officiũ. Ad illud quod 8

obijcit de pena angelorum patet responsio. quia pena vel ignis reuocat a culpa. sed medicina occasionem prestat. ideo nõ sic debebat eẽ ex sua pte. 9 Ad illud quod obijcit de visu. Dõm ꝙ humiliari sub creaturis. ab eis erudiri. ⁊ in eis a fastidio liberari nõ est de natura hominis instituti. sed potius hec exigit pena damnati. quia homo institutus erat medius inter creaturas ⁊ deũ. In creare eũ in se expressius q̃ in alijs cognoscebat. ⁊ in ipso delectabatur. ⁊ varietate rerũ ad fugiendũ fastidium nõ egebat. 10 Ad illud quod obi de tpe legis nature. dõm ꝙ lex nature q̃dã dictat vt nec̃aria. q̃daz vt expedientia. Itẽ quedã dictat ad se. quedã ad vitaz fide ⁊ inspiratiõne. Et dico ꝙ pmo mõ dictat p̃cepta moris. Scdo modo p̃cepta q̃ dictabant in generali vt esset deo sacrificandũ. ⁊ hoc fides cũ inspiratione etiam vlterius determinabat. ⁊ sic ptz illud. 11 Ad illud quod obi de tempore legis scripte. dico ꝙ lex scripta a iudeis obseruabatur carnaliter ⁊ eius sacramenta. ⁊ in talibus nullam habebat efficaciã. Sed a spũalibus obseruabatur spũaliter. ⁊ nõ erat ibi onus. precipue sm viam salutis. ⁊ talibus sacramenta illa erãt in medicinam. 12 Ad illud quod obijcitur de euangelio ꝙ euacuat figuras. Dõm ꝙ quedaz figure erant tm̃ ad signdũ. quedã aũt sunt ad signdũ ⁊ sanctificãdũ. Figuras primas euacuat. sed secundas instituit. quia est lex sanctificationis nõ tm̃ veritatis. 13 Ad illud quod obi ꝙ lex euangelij est lex libertatis ⁊c. dõm ꝙ p̃cepta sunt in seruitutẽ timentibus. sed sunt in libertatẽ amantibus. quia ergo lex euangelica est lex amoris. ideo dicitur lex libertatis. non quia nõ precipiebat. sed quia nõ ad timorẽ sed ad amorẽ trahebat.

Questio .ij. b

Utrum in diuersis temporibus debuerũt alia ⁊ alia sacramenta instituti. vel semp eadem: Et ꝙ nõ semp eadem. sed ꝙ debuerunt mutari hoc rationabiliter ostẽdit Hugo sic dicens. Dispensationis ordo ⁊ ratio sic poposcit. vt sicut ab initio currente tpe magis ac magis saluatoris aduentus appropinquauit. sic magis effectus salutis cresceret ⁊ cognitio veritatis. propter quod et ipsa signa salutis p successionẽ tempoꝝ alia post alia mutari debuerũt. vt effectus gratie diuine in salutem cresceret. simul quoq; et ipsa signatio in signis visibilibus euidentior appareret. Item hoc ostenditur p rationem. quia variato morbo ⁊ conditione egrotantis. necesse est variari remediuz. ergo cũ his tempibus fuerunt morbi diuersaꝝ conditionuz. et morbus inualuerit. necesse fuit medicamenta alia ⁊ alia adhiberi. Sz contra. Institutio sacramentoꝝ fuit nõ a quocunq; sed a summo medico. cuius cõsiliũ est immutabile ⁊ est summe cõmendabile. sed si immutabile. ergo ⁊ sacramenta sm illud instituta debent esse immutabilia. Si summe laudabile. ergo debent esse optima. ergo sm hoc cũ sacramenta legis gratie optima sint. semp illa debuerũt esse. nec ante nec post alia debuerũt institui nec mutari. Item morbus originalis peccati semp idem fuit nec creuit nec decreuit. ⁊ ratio infirmandi semp fuit eadem. ergo videtur ꝙ medicina correspondẽs morbo debuerit eẽ nõ mutata. Item omnia sacramenta habent efficaciam a passione primo. ⁊ a fide passionis immediate. et virtus illa est ad sanandum p gratiam. ergo cum passio sit eadem ⁊ fides. sicut dicit Aug. ⁊ gratia similiter eadem. ergo debent esse eadem sacramenta non 14 mutata. R. ad predictorum intelligentiam est notandum ꝙ sacramenta sunt in documentũ. sunt in medicamentum. sunt in ornamentum. Et scdm statum perfectum sunt in apertum documentum diuini secreti. sunt in efficax remedium morbi. ⁊ in pulcrum ornamentũ sponse christi. Cũ ergo reuelatio secretoꝝ nõ debet fieri quocunq; modo vel in omni tẽpore. sed illo in quo est intellectus hois capacior. ergo sacramenta pfecta dilata sunt vsq; ad tempus tale. Hoc aũt tempus sicut in homine est sexta etas q̃ appellatur senectus. iuxta illud Eccl. xxv. Quam speciosa veteranis sapientia. ⁊ gloriosus intellectus ⁊ cõsiliũ. Similiter in mundo est sexta etas post christum. in qua etate hoies sunt sapientiores ⁊ capaciores. ideo dilata sunt sacramẽta completa vsq; ad hoc tempus. Rursus. quia sunt in medicamentuz morbi efficax. etiam eo tempore debent dari in quo efficacius curant. sed spũalis infirmitas efficaciter non curatur nisi qñ cognoscatur ⁊ sentitur. alioquin redditur homo ingratus. et peior vulnere infirmatur. ideo necesse fuit sacramenta differre quousq; morbus tantum inualesceret vt homo ipm cognosceret ⁊ remedium quereret. hoc autez fuit in tempore gratie. quia tempore legis nature conuictus est esse cecus. ⁊ tunc venit lex docens ⁊ onerans. et conuictus est de impotentia. tunc ergo restabat tempus gratie in quo morbus iam cognitus curaretur. ⁊ in hoc tempore sacramenta completa darentur. Rursus. quia sunt in pulcrũ ornamentũ. debuit ea xps illi sponse dare a qua nunq̃ separi deberent. et quia talis fuit ecclesia collecta de gentibus. non synagoga que ipm deseruit ⁊ negauit. vsq; ad tempus gratie perfecta sacramenta non instituit. nihilominus tamen aliqua imperfecta sm ꝙ congruebat illis temporibus in sustentationẽ dedit. et sic patet ꝙ nõ semp eadẽ. sed alia ⁊ alia debuere institui. Ad illud quod obijcitur de consilio. Dõm 15 ꝙ sicut dicit aug. libro de vera religione. Sicut vnus medicus sm eandem artem nõ mutatã. p mutatione morbi mutat remedia. sic imo multo fortius in proposito. Quod vero addit ꝙ sũme laudabile ⁊c. Dõm ꝙ summe laudabile est cõsiliũ diuine sapientie in operibus. non quia omnia sunt optima que facit in se. sed in ordine. Unde dicit aug. de libero ar. Si quis querit quare deus nõ fecit duos soles. nõ videt quia fuissz superfluum. Si queras quare fecit lunam. nõ videt quia si deesset luna aliquod bonum deesset de ordie. Sic et in proposito attendendum. quia ordinatissime fecit. Sicut enim hec sacramenta huic tempori conueniunt. ita illa sacramenta illi tempori congruebãt. 16 Ad illud quod obijcitur ꝙ morbus est idem. Dõm ꝙ et si morbus originalis q̃tum ad eẽntiam nõ creuit. tamen creuit in effectu. quia semp magis ac magis homines sequebantur concupiscentiam. ⁊ de vno errore labebantur in alterum. 17 Ad illud quod obijcitur si fides eadem ⁊ passio ⁊c. dõm ꝙ et si passio eadem sit. tamen prius fuit pmissa. et modo est psoluta. et ideo accepta satisfactione. misericordia dei liberalior fuit ad remittendum q̃ cum tm̃ erat promissa. Liberalior inq̃ dico q̃tum ad effectum. cum semper in se sit summe et equaliter liberalis. ideo effectus maior. Preterea et si fides sit eadẽ. tamen hec est dignior. ⁊ ad amantem efficacior. quia apertius credimus q̃ antiqui. ⁊ fides de passione iam preterita ⁊ solutione facta magis ad amandum incitat q̃ pmissa. ideo deus et merito fidei. et merito passionis iam preteri-

de maiorem contulit sacramentis efficaciam. Et rursus. quia fides est expressior. sacramenta sunt euidētiora. Sed fides expressa remanet eadem. quia ratio credendi eadem. Sed sacramenta alia. q2 signa sūt alia. z signa non mutantur q̄tum ad sig̃tum. sed q̄tum ad spēm sig̃ntem.

Questio .iij. c

De numero sacramentoꝝ tp̄is euāgelij. Et q2 debuerit eē vnū solū. videt. q2 iugū euangelicū est iugū suauitatis z onus leuitatis. sed leui⁹ est obseruare vnū sacramentū q̄ plura. ergo cū deus virtutē oim̄ sacramentoꝝ potuerit dare vni. vr̄ q2 vnū tm̄ debuerit eē.

Item q2 cetera preter vnū supfluant vr̄. q2 in sacramento vno quod est eucharistia sig̃tur passio. a qua effectū habent oīa sacramēta. Et rursus in illo sacro ptinet christus in quo est oīs gratie plenitudo. g̃ vr̄ q2 ipm̄ solum possit oīa efficere ad que sunt alia instituta. Itē vr̄ q2 vnū solū faciat qd̄ oīa alia faciūt. baptismus eīm delet omnē culpā. delet etiā omnē penā culpe debitā. q2 statim euolaret baptizatus si moreret. Itē baptismus dat grām q̄ sanat aīaꝝ z habilitat omnes potētias. s ad aliud nō sunt oīa sacramenta. g̃ sufficit baptismus. Q2 aūt debuerūt esse plura vr̄. q2 sicut dicit di. precedenti. cōtra pcti vulnus. sacramentoꝝ remedia de⁹ instituit. Et dicit Iero. nō sanat oculū quod sanat calcaneū. cū g̃ diuersa sūt vulnera. g̃ diuersa debēt eē remedia. g̃ sacra plura. Itē sacra nō tm̄ sanāt s etiā sig̃nt. g̃ si sig̃tio est ex institutiōe. z qd̄ ad multa instituit ad sig̃ndū est multiplex z dubiū. g̃ si vnū sacrm̄ hꝫ plures efficacias. et plures sig̃tiones. duceret in dubitationē nō in cognitionē. Itē necesse est q2 sacrm̄ exp̄ssam habeat silitudinē. s nō inuenit spēs visibilis q̄ hēat similitudinē expressaꝫ cū oibus effectibus. g̃ necē est esse plures. Supposito g̃ q2 plura. querit quare tm̄. vij. q2 cū duo sunt vulnera tm̄. s. pene z culpe. vr̄ q2 debuerunt esse duo sacra. Si dicas q2 pena z culpa multiplicant p dr̄ītias. Contra. tūc erūt plura q̄. vij. quia genera pctōꝝ plura sunt q̄. vij. Itē pene sūt multe sicut irregularitas. z ɔcupia circa gustū et circa tactū. circa q̄ nō sunt sacra. Itē sacra euāgelij se habent ex additōe ad sacra legis scripte. sicut illa ad sacramēta q̄ sunt in lege nature. g̃ cuꝫ plura sint sacra in lege scripta q̄ in lege nature. plura debēt eē in euāgelio q̄ in lege. 18 R̄o. dd̄m q2 sicut ōnsum est necē ē eē plura sacra. Plura q̄dē. q2 sunt ad exercitanduꝫ. vnū eīm generaret fastidiū. Plura etiā. q2 sūt ad erudiendū. vnū eīm generaret ambiguitatem. Sꝫ septē sūt z nō plura. q2 sunt ad medicandū. q2 medicina respicit vulnera que sanat. z sanando vulnera adiuuat virtutes. z adiuuādo virtutes muniūt z armāt ɔtra infirmitates. Scd̄m g̃ q2 sacra sanāt infirmitatē. numerus coꝝ accipit sic. Quia est infirmitas culpe. et pene. Infirmitas culpe i generali est pctm̄ originale. ɔtra quod est baptismus. z pctm̄ actuale mortale ɔtra quod est penitentia. et pctm̄ veniale ɔ qd̄ est extrema vnctio. Pene aūt infirmitas est quadruplex. s. ignorātia. ɔtra quaꝫ est ordo. in quo potestas tradit discernendi. Scd̄a est impotentia. ɔtra quā est ɔfirmatio. Tercia est malicia. ɔ quā est eucharistia. Quarta ɔcupiscētia. ɔ quā ē matrimoniū. Scd̄m aūt q2 sacra sunt in adiutoriū virtutū accipit numerus sic. Quia in adiutoriū fidei. sic est baptismus q̄ ē ianua sacroꝝ. sicut fides virtutū. Itē in auxiliū spei sic est vnctio extrema. In auxiliuꝫ charitatis. eucharistia que vnit z incorpat. In auxilium prudētie. ordo. In auxiliū iusticie. pnīa. In auxiliū tpantie. matrimoniū. In auxilium fortitudinis. ɔfirmatio. Scd̄m hō q2 sacramēta sunt armature ecclesie militantis sumit silis numer⁹ sic. q2 sicut di Cant. vj. ipsa est terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Terribilis. q2 munita z fortis. z hoc p cōfirmationē. Acies. q2 coniuncta et vnita. z hoc p eucharistiā. Ordinata p ordinē. Hec acies variabilis est tanq̄ in hac vita cōsistens. vnde ex ea aliqui subtrahunt p mortem. aliq̄ ɔsternunt p culpam. ideo necessariuꝫ est sacrm̄ ad prolem multiplicandam ad diuinū cultū. z hoc est matrimonium. Necessarium est ad resurgendum post lapsū. et hoc est penitentia. In hac autē sola acie salus est. Unde in eā ingredit homo vt prelict. ex ea in morte egredit vt coronet. sed nullus recipit ad pugnaꝫ nisi habeat sig̃nū et arma christi. iō necīū est sacrm̄ in quo hec ɔferunt. vt baptismus. z hic est ianua intrantiū. Itē ex hac acie nullus egredit nisi habeat pignus z vnctionē. s. in cuius sig̃tionem est vnctō extrema. que est sacramentum exeuntiū. Et sic patꝫ q2 tm̄ sunt septeꝫ. siue considerentur vt medicamenta. siue vt adiumenta. siue vt arma. Ad illud g̃ quod 19 obijcit q2 deberet esse vnū ɔpter facilitatem. dd̄m q2 opus diuinum debet habere facilitatē in signum potentie. debet habere z cōgruitatē in signū sapientie. debet etiam habere vtilitatē in signū bonitat. Quia ergo licet via facilior existeret in vno. tam̄ q2 non ita cōgrua vt in pluribus. ideo fuerūt plura. Ad illud 20 qd̄ obi de efficacia eucharistie. dd̄ꝫ q2 z si in eucharistia significet passio. z cōtineat christus in quo ē gratie plenitudo. nō tamen sig̃tur passio s̄m omneꝫ suum effectum. nec ptinet gratie plenitudo ad omneꝫ gratiā effundendam. s spāliter ad effectum cibationis. Ad illud qd̄ obr̄ de baptismo. dd̄m q2 baptis- 21 mus directe est cōtra originale. vnde non est iterabile. sed vulnera pctōꝝ sunt iterabilia. Itē et si absoluat a pena satisfactionis. nō tamen a pena que est sequela culpe. z cōtra has penas sunt sacramēta. quia nō sunt tm̄ in dimissionē culpe. et iō nō sufficit. Q2 22 aūt obijcit q2 debent esse duo tm̄ contra duo. s. penā z culpā patet rn̄sio. nō eīm est standū in pmis differentijs que sunt pena z culpa. q2 nimis sunt generales. nec descēdēdū est ad speciales. s in eis q̄ vniuocationem habent. vt pcta originale ad oīa originalia. z mortale ad mortalia. et veniale ad venialia. Silr̄ nō in dr̄ītijs pene. s in principali q̄ sunt ratio ducēdi in culpaꝫ. Et sic patet de irregularitate. silr̄ de appetitu gule. quia sine peccato potest esse in se nisi deordinetur p nimium desideriū. sed ɔcupiscētia carnis semper manet inordinata nisi ordinet. Ad vltimum 23 dd̄m q2 sacra leg scripte addunt sup sacra legis nāe q̄tū ad certitudinem sig̃tōnis. et difficultatē oneris. ideo sunt euidentiora z plura. Sed sacramēta euangelij addunt sup sacramenta legis scripte q̄tū ad expressionē z efficaciam. z minuunt oneris difficultatē. ideo sunt euidētiora z efficaciora. s tm̄ pauciora.

Onsequenter q̄tū ad scd̄am ptem di. queritur de baptismo iohis. Et circa hoc q̄runtur tria. Primo querit a q̄ fuerit iohannis baptismus institut⁹. Scd̄o ad quid fuerit institut⁹. Tercio querit de vsu ipsius siue efficacia.

Questio.j. b

Utrum fuerit a deo institutus. videt. quia ille est institutor rei qui iubet rem fieri et cuius autoritate fit. sed iohannes autoritate dñi et mandato baptizabat. vñ Ioh. j. qui misit me baptizare. ille mihi dixit. ergo iohannes a dño missus erat ad baptizandũ. ergo rc. Item baptizator siue baptista nomẽ est officij. et officij honorabilis. sed nemo assumit sibi honorẽ. sicut dicit Hebre. v. alioquin non est assumptio sed vsurpatio. ergo iohannes fuit fact⁹ a dño baptista. et si hoc. ergo et baptismus eius est a dño institutus. Item fiat deductio quã facit dñs in euangelio. Baptismus ioh. de celo erat an ex hoĩbus. Si ex hominibus. ergo nõ erat ei credendum. Si de celo. ergo institutus fuit ab ipso deo. Contra. Si baptismus iohannis fuit a domino institutus. cum ergo debeat ab eo a quo instituit denominari. non debet dici baptismus iohannis sed dei. Media patet. quia baptismus christi dabat a petro et a paulo. et ab eis non denoiabat sed tñ a christo qui erat institutor. Iuxta hoc querit cum euangelium nõ tñ denominet ab autore principali. sed etiam a scriptore. vt euãgelium ioh. quare non similit baptismus. Item quod sit institutus a ioh. videt. quia si a deo. staret vtique iohanne cessante. sed baptismus io. cessauit statim quã iohannes missus est in carcerẽ. sicut dicit Criso. sup ioh. ergo baptism⁹ eius fuit ab eo tñ institutus nõ a deo. R°. dõm quod baptismi iohis deus fuit principalis institutor. sicut pbant rõnes pme. sed iohannes fuit administrator plenarius et precipuus. Plenarius quia deus nihil ibi faciebat quod p ipsum non fieret. totum em̃ administrabat. quia tñ exterius lauabat. Precipuus vo. quia deus p ipsum instituit. et ei officium baptizandi cõmisit. vt nul⁹ baptizaret illo baptismo nisi ipse vel aliquis eius autoritate. et inde est quod nominabat a iohãne. et cessauit iohanne cessante. Sed in baptismo christi nullus erat administrator plenarius. quia ibi est interior regeneratio que solum fit a deo. nõ ministerio humano. Nullus etiam precipuus. quia xps instituit baptisma suuz nõ p aliquẽ hoĩem. sed p seipm. Nulli etiã sic cõmisit suum officiũ vt alij eius autoritate baptizarent. ideo nõ denomiat ab eis baptism⁹ xpi. nec cessat eis cessantibus. Ad illud quod obĩ de euãgelio. dõm quod euangelista fuit administrator plenari⁹. quia quãtum ad verba et intellectum. Verba em̃ ex se dicebant nõ omnino eadem que xps in predicãdo dixerat. Rursus sensuz seruabant. sed illi primo illuminati fuerũt. et postmodũ alijs exprimebant. In sacramentis nõ sic. quia apli signa ex se non habebãt. sed a dño sunt instituta. Rursus p gratiam qua erant purgati alios non purgabant. ideo non sic dicit baptismus mat. sicut euangelium Math. dicit. Et p illud patz rñsio quod nõ cessauit ideo baptismus ioh. quia esset principalis institutor. sed quia erat pcipuus administrator.

Questio.ij. c

Ad quid fuerit baptismus iohannis institutus? Et quod ad signdum videt p illud quod dicit Hugo. inter baptisma xpi et baptisma iohannis hoc interest. quia ibi soluz sacrm dabat. hic sacrm et res sacramenti. s. in baptismo christi. ergo si sacramenti est signare. patet quod ad signdum. Item p rationem videt. quia magis pueniebat baptismus iohannis cũ baptismo christi. quam baptismus legalis. sed ille vt dicit Hugo signabat baptisma christi. ergo multo fortius congruit quod baptisma iohannis. Item quod fuerit institutus ad efficiendum videt. quia Marci. j. dicit. erat iohannes baptizans baptismo penitentie in remissionẽ petõr. ergo cũ remissio petõr nõ sit sine gratia. vr̃ quod dabat gratiaz. Item ratione vr̃. quia sicut dicit Hugo. quemadmodũ crescit in sacris expressio signorum crescit et efficacia sanctificationis. et sm quod magis appropinquant ad aduentũ christi. sed baptismus ioh. express⁹ signuz erat quam circumcisio. et aduẽtui xpi magis appropinquabat. ergo maiorẽ efficaciã habebat. Preterea si nullam habebat interius efficaciam. cum ablutio carnis paruc nulli⁹ erat vtilitatis. non erat acceptandũ nec approbandũ. ergo stulte fecerũt qui susceperũt. Male etiam fecit xps qui approbauit. dum ab eo baptizari voluit. sicut dicit Mat. iij. ergo si nec illi faciebant stulte. nec xps male. ergo aliquam efficaciã habuit. Item quod maiorem efficaciam hũit quam baptismus christi. vr̃. quia christus baptizatus est baptismate iohãnis nõ suo. ergo ex ope preposuit illud suo. sed nõ esset pponendus nisi eẽt maioris virtutis et efficacie. ergo rc.

Contra. quod nec ad signdum nec ad efficiendũ videtur. Quia si ad signdum tñ. ergo fuit sacrm legis vete. Si ad efficiendũ. fuit noue. ergo cũ baptism⁹ io. non fuerit sacrm legis ve. quia io. est termin⁹ legis. nec noue. manifestũ est quod nec signũt nec efficientiã habuit.

Item quod nihil interius fecerit. vr̃. quia Marci. j. dr. Ego baptizo vos aqua. et. j. ioh. ppterea veni ego in aqua baptizans. et j. Act. quia ioh. baptizauit aqua.

Item sup illud Io. j. erat io. baptizans rc. glosa. quantum cathecuminis nõdũ baptizatis pdest doctrina dei. tantum pfuit baptisma io. ante baptismũ xpi. ergo sm hoc solum instruebat et nihil gratie conferebat. patz rc. R°. dõm quod baptisma io. fuit institutũ ad psigndũ baptisma xpi sicut dicit mgr. quod erat sacre rei signũ. quia signabat baptismũ xpi. et rõe isti⁹ erat quodãmõ sacrm. Fuit etiã istitutũ ad assuefaciẽdũ ad baptismũ xpi. Marci. iij. Ego baptizo rc. glo. tm̃ corpora lauo. quia petã soluere neqo. vt sicut nascẽdo et pdicãdo pcurro. sic baptizando ad baptisma xpi dirigo. et quantum ad hoc nõ est sacrm sed sacrale. sicut tornamẽtũ in quo milites assuescunt nõ est bellũ. Fuit etiã hoc ad baptismũ xpi nũciandũ. manifestãdo auctorẽ. et pparando viã. et hoc cũ baptizauit xpm manifestatus ẽ xps Ioh. j. vt manifestaret in isrl. ppterea veni ego in aqua baptizans. et in illo baptizãdi actu cõtulit xps aquis vim regeneratiuã pcontactu carnis. vt dicit beda. et quantũ ad hoc quod fuit initiũ noue le. nõ fuit sacramentũ nec oino ve. nec oino no. le. Concedendũ est igit quod fuit institutũ ad signdũ nõ ad efficiendũ. sicut dicit Hugo. nec oportet quod sacrm sit ve. le. pter hoc quod nunciabat sacrm noue. Quod obĩ de illo verbo pdicans rc. glo. exponit sic. pnie baptismũ dicit in remissionẽ petõr. et hãc tm̃ pdicauit nõ dedit. Vñ baptismus illius pnie. nõ erat baptism⁹ io. quẽ ipse dabat sed baptism⁹ xpi quẽ io. pdicabat. Ad illud quod obĩ quod express⁹ signũ est quam legalia. dõm quod circumcisio instituta fuit in remediũ nõ tm̃ in signũ. sed baptism⁹ io. tm̃ in signũ. nõ in remediũ. quia si eẽt in remediũ. vtique eẽt effica⁹ remediũ. sic erat expssi⁹ signũ. Ad illud quod obĩ quod si nulli⁹ vtilitatis rc. dõz quod quamuis iteri⁹ nõ purgaret. nõ tñ erat inutile. quia instruebat et assuefaciebat. et quod amplius est. fuit via manifestãdi xpm. et pparandi viam baptismo xpi. et inde est quod xps in eo baptizari voluit vt se baptizato in aquis suo baptismati pparet sctificãdo aquã. et sic pz sequens. quia nõ pposuit suo. sed ordinauit ad suũ baptismũ.

24 25 26 27 28 29

Questio.iij. f

De vsu baptismi Johannis siue de efficacia. vtrum scz baptismus iohannis cum impositione manuum equipollens esset baptismo christi. Et q sic vr ratione. qr ista duo cōpletum faciunt baptisma. s. baptizari in aqua r spū. sed p iohannez baptizati sunt aqua. p manuū impositionez spū. ergo equipollēt ista duo baptismo christi. Itē hoc videt ratōne alia. qr ad hoc q baptismus sit sacramētū completū. nō est necesse aliquē lauari interius r exteri9. s successiue. vt patet in accedente ficte. g videt q impositio manuū nō lauit interius p spūm. cū ablutione precedēti exteriori fuit integrū sacramentū. Itē hoc vr autoritate Hiero. et mgri. Dicit enī Hieroni. sup Jo. Baptizati a iohanne noīe venturi. quia dixerūt. neqz si spūssanct9 est audiuimus. iterū baptizati sunt. g hec est ratio. qr nō cognoscebant spm̄sanctū. ergo si hec est causa recta. oppositum est causa oppositi. g si baptizati erant r fidem trinitatis habebant nō erāt rebaptizādi. Itē hoc videt auctē scripture. qr actuū viij. dicit de samaritanis. q baptizati erant in nomine dni iesu. r tn̄ imponebant manus sup eos. r apostoli nō faciebant aliud nisi imponere manus in nomine dni iesu. Sed tūc quero. aut baptismus ille fuit christi. aut iohannis q baptizati erant. Non christi vt patet p textuz. Nō spūssancti. nōdū enī in quēquā illoꝝ venerat rc. Sed baptism9 xpi dabat sp spiritūsanctū. r glo. dicit ibi. baptizati tm̄ aqua tincti ñ spū. ergo qr fuit baptismus iohis. non oportebat nisi manus imponi. Contra. legit Act. xix. q paulus rebaptizauit baptizatos baptismate iohannis. g rebaptizandi sunt. Si dicas q ideo rebaptizauit qr non habebant trinitatis fidem. tūc g supplera fide trinitatis nō oportuit rebaptizari. s cōstat q ante instruxit i fide q baptizaret. g nec debuit rebaptizare. Itē Aug. assignat generalē dnīiā inter baptismū iohannis r baptismū xpi dicēs. Baptizauit iudas r rebaptizatū nō est. baptizauit iohannes r rebaptizatum est. g generaliter oēs erāt rebaptizandi. Itē ratione vr. qr sicut dictū est. baptismus io. assuefaciebat r dirigebat ad baptismū xpi. Unde ipe iohannes dicebat. Ego baptizo vos aqua. ille baptizabit vos spiritusancto. g si frustra assuefat aliquis ad faciendū aliquid quod nō facit. frustra baptizati sunt baptismo iohannis nisi baptizarent etiam baptismo xpi.

Item impositio manuū habebat locū sacri cōfirmationis. sed confirmatōis sacramentū presupponit sacrm̄ baptismi. r alijs non valet nisi baptizatis. g si nōdū habebāt plenuz sacrm̄ baptismi. nihil faciebat confirmatio siue impositio manuū eis. Itē in baptismo imprimit caracter q est fundamētū ordinis et alioꝝ sacroꝝ. sed caracter nō imprimebat in baptismo io. nec in impositiōe manuū. qr nō habebāt cū illo aliquam silitudinē. g tales sp carerēt caractere. g nunq eis valerēt alia sacra. R°. dōm q duplex fuit sup hoc opinio. Una vicz q baptizati baptismo ioh. si nō habebant fidē trinitatis. rebaptizandi erāt. Si aūt habebant fidē trinitatis non oportebat eos rebaptizari. sed sufficiebat manus imponi. Et rō huius positionis fuit q qr tales hēbant ablutionē exteriorē. r habebant fidē trinitatis qua interi9 insigniebant tanq caractere. habebāt spm̄sctm̄ p impositionem manuū. r ideo tales nō erāt rebaptizandi. Hec aūt opinio roborat p auctem. qr Act. viij. nō sunt rebaptizati. r. x. sunt rebaptizati. et ideo nec generalit afferunt nec negant sed distinguūt ad sustinendum hanc opinionē. r dicūt q p tpe illo impositō manuum plus valebat q nūc ꝯfirmatio. dabat enī baptismū flaminis. Huius opinionis fuit mgr r alij q eaz sustinēt. Alia opinio est q oēs sunt rebaptizandi. qa ille baptism9 io. solū assuefaciebat nō regenerabat. r impositio manuū nō caracteristicabat aiam. r ista ē cōis opio modernoꝝ mgrōꝝ. Or g obi q erat ablutio exterior r interior. dōm q nō qcūqz ablutio exterior ē sacrm̄. s in q imp̄mit caract q sp manet. r talis nō fuit in baptismo io. iō pz illud. Ad aliō Hiero. dōm q nō vult ibi tangere cām rebaptizatōis. s insufficiētiā fidei in altera psonaꝝ. r h pz si inspiciat anecedētia r sēqntia. Ad aliud dōm q samaritani baptizati erant a philippo baptismo xpi sicut innuit glo. Et qd dr q nō receperūt spm̄s. intelligit visibilr. qr ille nō erat philippus apls s discipls. r iō baptisare potuit r p̄dicare. s nō manus imponere ad dādū s. s. visibiliter. Un glo. act. viij. sup illud. miserūt ad illos petꝝ r io. philipp9 q samarie euāgelizabat vnus de. vij. erat. Si enī apls cēt. man9 imponere possz qd solis epis ꝯuenit. r ita pz q h opio q dicit q nō erāt oēs rebaptizandi nō hz fulamentū ex scriptura. nec ex auctē euidēti. nec ēe hz auctē cogētē. Alia vo opinio auctē hz. s. q oēs sūt rebaptizādi. sicut pz act. x. r nō est rō qr defectū hēnt fidei. qntūcūqz ꝯ aliqs ē infidelis nō est rebaptizādus s erudiēd9. g h erat rō s. qr ille baptism9 nō ꝯputabat p sacro. Et hz auctē a sctis. Aug. n. dicit sup io. omel. v. q baptizati sūt baptismate io. nō eis suffecit. baptizati enī sūt baptismate christi. Itē Beda ad h. Jo. baptizabat vt ad baptismū xpi dirigeret. Ad h facit glo. sup illud Jo. iij. cathecumis. r h ē hita ē. Rōne etiā hz. xpi caracterē q imp̄mit. et qr baptism9 xpi erat ianua sacroꝝ. r postremo qr assuefactorius erat. frustra erat. qr vana ē assuefactio vbi nō ꝯsequit illud ad qd ē. Huic g opinioni tanq securiori r rectiori ꝯsentiendū credo.

30

31

32

33

Dist. III. De baptismo qntum ad ipm sacramētum p se.

Ost hec videndum est quid sit baptismus rc. Determinatis preambulis ad sacramēta. in hac parte determiat mgr de sacris sigillatim. r hz hec ps septē ptes. sm. vij. sacra. In pma detmiat de baptismo In scda de ꝯfirmatiōe. j. di. vij. Nunc de sacro cōfirmatōis. In tercia de sacramēto eucharistie. infra di. viij. P9 sacrm baptismi r ꝯfirmatōis. In qrta de pnīa. j. di. xiiij. Post h de penitētia agēdū est. In qnta de extrema vnctione. infra dist. xxiij. Preter pmissa est aliud sacramentum. In sexta de ordine. infra distinctiōe xxiij. Nunc ad considerationē sacre ordinatōis. In septima de matrimonio. infra di. xxvij. Cum alia sacramenta post peccatum. Prima pars in qua determinat de baptismo habet duas. In prima determinat de baptismo qntū ad ipm sacrm. In secūda qntum ad sacramētalia. r incipit ps illa. j. di. vj. circa mediū. ibi. Porro cūcti ad baptismū venientes. Et qm̄ sacrm baptismi pt ꝯsiderari in se. r p ꝯpatōez ad dātes r recipiētes. iō ps ista hz tres. In prima agit de baptismo p se. In secūda p compationem ad recipientes. infra di. iiij. Hic dicendū. In tercia p cōpationē ad dantes. infra di. v. Post hec sciēdū est sacrm̄ baptismi. Prima ps ꝯtinet pre-

sentẽ di. et diuidiẽ in duas ptes. In prima agit de baptismo q̃tũ ad eius quidditatem siue integritatẽ. In secunda q̃tum ad eius institutionẽ. ibi. De institutionẽ baptismi q̃n cepit. Prima pars haber duas. In prima ostendit q̄ ad esse baptismi ꝯcurrũt verbũ et elementũ. In secunda vero determinat quod sit illud verbuz. ibi Sed quod est illud verbũ. Et illa pars habet duas. In prima determinat veritatẽ. In scd̃a vo soluit dubitationẽ. ibi. Hic queriẽ an baptism⁹ sit verus. Subdiuisio huius partis patet in litera.

Di. III

Quid sit baptismus. ꝛ q̄ ad esse baptismi cõcurrit verbum et elementũ. a

Est hec videndũ est q̃d sit baptismus. ꝛ q̃ sit forma. ꝛ q̃n institutus. ꝛ cã institutionis. [a] Baptismus diciẽ intinctio. i. ablutio corpis exterior facta sub forma verboꝝ p̃scripta. Si eñ ablutio fiet sine verbo nõ est ibi sacramentũ. sed accedẽte v̄bo ad elementũ fit sacramẽtũ. nõ vtiq; ipm elementũ fit sacramentũ ꝫ [b] ablutio facta in elemento. Unde aug. Uerbo baptisma cõsecraẽ. detrahe verbũ et quid est aq̃ nisi aqua: accedit verbũ ad elemẽtũ ꝛ fit sacramẽtũ. vnde est hec tanta virtus aque vt corpus tãgat. ꝛ cor abluat. nisi faciente verbo. nõ q2 diciẽ. sed q2 crediẽ. Nã et in ipso verbo aliud est sonus transiens. aliud ẽ virtus intus manens. [c] In duob⁹ ꝗ cõsistit sacramẽtũ baptismi. s. in verbo ꝛ elemento. ergo et si alia desint que ad decorẽ sacramẽti instituta sunt. nõ iõ min⁹ est verũ sacrm̃ et sctm̃ si verbũ sit ibi ꝛ elementũ. Nam ꝛ in hoc sacramento ꝛ in aliis quedam solent fieri ad decorẽ et honestatem sacromẽti. quedã ad sub̃am ꝛ cãm sacri ptinentia. De sub̃a hui⁹ sacri sunt verbũ ꝛ elemẽtũ. cetera ad solennitatem eius ptinent.

De forma baptismi qua determinat veritatẽ quod sit illud verbum. b

Sed quod est illud verbum q̃ accedente ad elemẽtuz fit sacrm̃. veritas q̃ docet hui⁹ sacri formam tradẽs ait discipuliẽ. Ite docete oẽs gentes baptizãtes eos i noie pris ꝛ filij ꝛ spũsscti. Inuocatio igiẽ trinitatis v̄bũ ẽ quo baptisma ꝯsecraẽ. et hec est forma v̄boꝝ sub q̃ tradiẽ baptismus. Unde bonifacio epõ Zacharias papa ait. Firmissime p̃ceptũ est in sinodo angloꝝ. vt q̃cuq; sine inuocatiõe trinitatis mersus fuisset. q̄ sacrm̃ regenerationis nõ haberet. qð oĩno verũ est. Q2 si mersus in fontem baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis. pfectus xp̃ianus nõ est nisi in nomine patris ꝛ filij ꝛ spũssancti fuerit baptizat⁹. Legiẽ tñ in actib⁹ aplõrũ. aplõs baptizasse in noie xp̃i. sed in hoc noie vt exponit ambro. tota trinitas intelligiẽ. Intelligiẽ eñ cũ xp̃m dicis ꝛ pat a q̃ vnctus est. ꝛ ip̃e q̃ vnct⁹ est. ꝛ spũs sctũs p quẽ vnctus est. Unñ Nicolaus papa ad ꝯsulta bulgaroꝝ a quodam iudeo multos baptizatos asseritis. et quid inde agendum sit consulitis. Hi profecto

a

b Aug. super Johãnẽ.

c

Q2 in hoc ꝛ in aliis sacramentis q̃dã fiũt ad decorem et honestatem. quedaz ad sb̃am ꝛ cãz sacri ptinẽt

Math. vlti.

Act. viij. ꝛ. x. q̄ apli in xp̃i noie baptizauerũt.

Nicolaus papa ad consulta bulgarorum.

a Baptismus dẽ intinctio. i. ablutio corporis exterior facta sub forma verboruz prescripta. Cõtra. Uideẽ esse mala ista notificatio. quia notificatio debet cõuenire notificato precise. sꝫ hec non est talis. q̄a cum lauaẽ pannus ẽ ablutio corporis. ꝛ potest fieri sub forma v̄boꝝ prescripta. et sic esset baptism⁹. qð falsuz est. R̸⁹. dõm q̄ ablutio autoritate determinatur ad standuz ꝓ ablutione aque. similiter corp⁹ ad standum ꝓ corpore humano. vt sit sensus q̄ baptismus est ablutio corporis humani in aqua facta ꝛc̃.

b Ablutio facta in elemẽto. Innuit magister q̄ ablutõ facta in elemento sit sacramentũ. Contra. ex h̃ videẽ q̄ ablutio passiue dicta sit sacramẽtũ. qð sacramtũ est signũ gratie. q2 est inuisibilis gratie visibilis forma. sed gratia nõ est lota. ꝫ lauans. ergo signum non est lotio passiua sed actia. R̸⁹. dõm q̄ in baptismo cõcurrit lotio trib⁹ modis dicta. Nã ille qui mergit diciẽ lauare. et ideo baptizare. Similiter ꝛ aq̃ dr̃ lauare. ꝛ corp⁹ lauari. ꝛ sic ẽ lotio hoĩs lauãtis. ꝛ aq̃ lauãtis ꝛ cõpis loti. Quia ꝗ ad baptismũ hec triplex lotio necessario concur̃rit. ꝓ illam potissimũ describiẽ que alias claudit ꝛ presupponit. ꝛ hec est lotio corporis passiua. q̃ immediatius respicit baptismũ. ꝛ p̃supponit duplicẽ lotionẽ p̃dictã. q2 facta ꝛ ab homie ꝛ ab aqua. Q2 obiẽ q̄ nõ est signum gratie. dõm q̄ hec lotio passiua signũ est effectus gratie. nec hꝫ pfectã signionẽ nisi ꝓut ꝯiungiẽ lotioni aq̃ ꝛ ministri. tũc eñ signũ est q̄ aĩa purificaẽ a deo p grãm. c In duob⁹ ꝗ ꝛc̃. Ui falsuz dicere. q2 vt dicit Amb⁹. oẽ sacrm ẽ simplex. ꝗ nõ cõsistit i duob⁹. q2 tũc eẽt ꝯpositũ. R̸⁹. aliq̃ faciũt vim in h̃ qð dẽ sacrm. q2 nõ vocat sacrm signũ exteri⁹. ꝫ effectũ gr̃e interiorẽ q̃ ẽ gr̃a simplex. Aliq̃ vim faciũt i simplicitate. q2 ẽ dr̃ simplex q2 ñ hꝫ ptes. ꝫ q2 nõ diuidaẽ i plã sacra. Sꝫ neutꝝ istoꝝ ẽ magnũ q̃d dicẽ. iõ credo q̄ v̄bũ sacrm

b si° in nomine sancte trinitatis vel in nomie xpi. sicut in actibus aplo℞ legimus baptizenť. baptizati sũt. vnũ eñi idem q₃ est vt exponit Ambrosius.

Solui dubitationem an in noie patris tm̃ vel spũs sancti possit tradi baptismus. c

Hic querit an baptismus esset verus si diceret in nomine patris tm̃. vel spũssancti tm̃. vt cum dicit in noie christi. Ambro. videť dicere q̄ si fide misteriũ trinitatis teneať ꝛ vna psona tm̃ noieť. plenũ ē sacrm̃. Et econuerso si tres nominenť ꝛ nõ recte de aliquo illo℞ sentiať. vacuũ fieret misteriũ trinitatis. Ait eñi sic ᶜ vbi non est plenũ baptismi sacramentũ. nec principiũ nec spẽs aliqua baptismi estimať. Plenũ aũt est si patrẽ ꝛ filium ꝛ spũmsctm̃ fatearis. Si vnũ neges. totũ₃ subrues. et si vnũ in sermone cõprehendas vel patrẽ vel filiũ vł spiritũsanctũ. fide aũt nec patrẽ nec filiũ nec spũmsanctũ abneges. plenũ est fidei sacramẽtũ. Ita etiã lic₃ patre₃ ꝛ filium ꝛ spũmsctm̃ dicas. et patris ꝛ filij ꝛ spũssancti minuas ptãtẽ. vacuũ est oẽ mysteriũ. Cũ eñi diciť i nomine xpi. p virtutẽ noĩs impletũ est misteriũ. nec a xpi baptismate spũs sepatur. q₂ xps baptizauit in spũ.

Questio Ambrosij. d

Nũc ꝯsiderem⁹ vtrũ sicut xpi noie legim⁹ baptismi plenũ cẽ sacrm̃. ita etiã spũscto nuncupato. nihil desit ad misterij plenitudinẽ. Rõnẽ seqmur. q̄ vnũ dixerit. trinitatẽ significauit. Si xp̃m dicas. ꝛ patrẽ a q̄ vnct⁹ est filius. ꝛ ipm̃ qui vnctus est. s. filiũ. ꝛ spũmscm̃ q̄ vnct⁹ est designasti. Scriptũ est eñi hunc cẽ ihm̃ a nazareth quẽ vnxit deus spũ sancto. Et si patrẽ dicas. filiũ ei⁹ et spũm oris eius pariter indicas. si tñ id etiã corde cõprehẽdas. Et si spm̃ scm̃ dicas. deũ prẽm a q̄ pcedit. ꝛ filium eius cui⁹ est spũs nuncupasti. Vñ vt rõni copulet auctas. dñs dicit. vos aũt baptizabimini spũ sancto. ex quo indicat nos recte posse baptizari in spũscto.

Perstringit pcmisso℞ intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti. e

Ex his apte intellexisti i noie xpi verũ baptisma tradi vñᶠ nihilomin⁹ insinuari videť ve℞ baptisma dari posse in noie pr̃is tm̃. vł spũsscti. si tñ ille q̄ baptizat fidem trinitatis teneat. q̄ trinitas i q̄lib₃ ho℞ noim intelligiť Si aũt aliq̄s puerse credẽs. ꝛ errorẽ inducere intẽdẽs vnũ de trib⁹ tm̃ nũcupet. nõ impleuit misteriũ. Q₃ do sit noĩatus trib⁹ vacuũ cẽ misteriũ si baptizans minuat ptãtẽ pr̃is vł filij vł spũsscti. i. male sentiat de potentia alicui⁹ ho℞. nõ credẽs vnã potẽtiã triũ. intelligẽdũ est h sup eũ q̄ nõ intẽdit nec credit baptizare. q̄ nõ tm̃ caret fide. ſ₃ etiã intentionẽ baptizãdi nõ h₃. Qui ḡ baptizat in noĩe xpi. baptizat i noĩe trinitatis. q̄ñ ibi intelligiť. Tuti⁹ ē tñ ibi tres psonas noiare. vt dicať. i noie patris ꝛ filij ꝛ spũssancti. nõ tñ in noib⁹. ſ₃ in noie. i. inuocatiõe. vł in cõfessiõe pr̃is et filij ꝛ spũssancti. Inuocať eñi ibi tota trinitas. vt inuisibiliť ibi opeť p se. sic extra visibiliter p ministeriũ. Si aũt dicať in noibus. nõ est ibi sacramẽtũ. q₂ nõ seruať forma baptismi.

Rᵒ. Ambro in li. de spũs

Rᵒ.

Act. x.

Act. i.

Ecce q̄d opor₃ determinari.

Ambro. in li. de tri. q̄d est in nomine pr̃is ꝛ filij ꝛ spũssancti.

simplr. q₂ eius denoĩatio fit in instanti. Na₃ si sacrm̃ remaneat inpfectũ. nihil est factu₃. nec etiã d₃ dici iceptũ. ſ₃ totũ reincipiendũ. et hoc pt₃ ex verbis ei⁹ infra. vbi nõ est plenũ sacramẽtũ baptismi. nec pncipiu₃ nec spẽs aliq̄ baptismi estimať. et iõ dĩ esse simplex.

d In noie sctẽ trinitatis ꝛc. Innuit mgr̃ q̄ idẽ ẽ baptizare in noie trinitatis ꝛ in noie xpi. ſ₃ p h nõ vult dicere q̄ v'ba eãdẽ v'tutẽ hñt. nec q̄ oino idẽ sonent. ſ₃ q̄ mod⁹ baptizandi in ecclesia pmitiua ꝯformis fuit mõ quẽ nũc tenet ecclesia. Na in xpo intellect⁹ claudiť trinitas. ſ₃ tñ implicite ꝛ remote. Vel idẽ est. q₂ einsdem virtutis ꝛ efficacie. ſ₃ h intelligendũ est p tpe illo in q̄ nõdũ erat nomẽ xpi pmulgatũ. 4

e Vbi nõ est plenu₃ baptismi sacrm̃. nec pncipiũ ꝛc. Nõndũ q̄ illud est dictũ pp̃ caracter' impssione₃. q̄uiq₃ eñi caracter impĩmiť. nihil de sacro factum ẽ stabile. Et q̄ñ caracť imprimiť in instãti. q̄ñ est factũ aliq̄d. totũ pfcm̃ est. si ḡ nõ ẽ pfectũ. nihil oio factũ est. nõ q̄ñtũ ad opationẽ exteriorẽ vbi est successio. ſ₃ interiorẽ vbi ẽ subita impssio. 5

f Nihilominus insinuari vi ꝛc. Innuit Ambro. q̄ sufficit aliquã psona℞ exprimere. ſ₃ illud est intelligendu₃ nõ q₂ ibi sit plena forma. Si enim crederet. ꝛ negligens cẽt q̄d credit exprimere. non sufficeret. ꝛ ideo solu₃ in casu est credendum ipm̃ locutũ esse. sc₃ si plena sit fides in corde. nec desit aliq̄d i sermone ex negligẽtia. ſ₃ solũ impotẽtia. q₂ tunc supplet diuia mia ꝛ sapia. 6

Ad intelligentiam hui⁹ partis querit̃ de quidditate baptismi. Et circa hoc duo principaliter querunt̃. Primo q̃r de his q̃ ptinẽt ad integritatẽ sacramenti. Scd̃o de his q̃ ptinent ad formam verbi. Circa pmũ querunt̃ tria. Primo querit̃ qd sit baptismus a parte elementi. Scd̃o querit̃ vtrũ de integritate ei⁹ sit exp̃ssis vocalis verbi. Tercio vtrũ necesse sit ad integritatẽ baptismi fides alicuius articuli.

Questio. j. a

Quid sit baptismus ẜm suã eẽntiã. vtrũ aqua. vl' intinctõ in aqua: Et q̃ aqua sit. vr̃ p diffinitionem hugonis. Baptismus est aqua abluendis criminibus sanctificata. Siliter p diffinitionẽ sui gener'. Sacramentũ est elemẽtũ ex silitudine repñtans ꝛc. ẜ si aq̃ est elementum. sacr̃m baptismi est aqua. Si dicas q̃ vtraq; diffinitõem assignat p cãm materialem nõ p essentiam. Contra. Hec est p essentiã. baptism⁹ est sacr̃m. ꝛ h̃ sacr̃m est signũ. ꝛ h̃ signũ est spẽs sensibil' aliud faciens in cognitionẽ venire. ẜ hec est vera ẜm substantiã. baptismus est spẽs vel forma visibilis rei inuisibilis. sed hec forma vel species nõ est nisi aqua ẜ ꝛc. Item species panis est sacr̃m in eucharistia. nõ ip̃a panis manducatio ẜ magis visus. ꝛ hoc q̃z similitudinẽ h̃z ad signatũ ibi ptentũ. ẜ si in baptismo gr̃a abluens signat̃ p aquã abluentẽ. ẜ aqua abluẽs est sacr̃m. ẜ nõ aliud q̃ baptismus. ẜ ꝛc. Q̃z autẽ aqua nõ sit baptism⁹ sed tinctio. vr̃ p illud quod dicit mgr̃ in l'ra diffiniens baptismũ. Baptismus ẽ ablutio corporis exterior facta sub forma verboꝝ prescripta. Et subdit. accedente verbo ad elementuz fit sacr̃m. nõ ip̃m elementũ fit sacramentũ. ẜ ablutio facta in elemento. ẜ patet q̃ baptism⁹ nõ est aq̃. ẜ ablutio in aqua. Itẽ hoc ip̃m pz rõne. q̃z si baptismus esset aqua. cũ aqua sp aqua sit. aqua sp eẽt baptism⁹ qd̃ falsum est. q̃z nõ est nisi dũ aliq̃s baptizat̃. Et iterũ. cũ aliq̃s baptizaret̃ in mari tũc mare eẽt baptismus ꝛ flumẽ. qd̃ nõ est rõnale. Itẽ ad sacr̃m baptismi cõcurrat verbũ ꝛ elemẽtũ. ẜ si verbũ est necessariũ vtpote qd̃ significat. illud p̃prie est baptismus ad qd̃ refert̃ verbũ. ẜ v̓bũ refert̃ ad actũ abluendi cum dicit̃ abluo te. nõ ad aquã. ẜ baptismus nõ est aqua. Q̃z aũt nec aqua sit nec tinctio in aqua. vr̃. q̃z baptismus manet recedente aqua ꝛ ablutiõe in baptizato. ẜ ꝛc. Et q̃ maneat videt̃. quia semp denominat ꝛ nunq̃ iterat̃. R⁹. ad intelligentiam predictoꝝ est notandũ q̃ baptizar̃e in greco tñ valet quantũ lauare in latino. vnde Judith. xij. Descendebant in vallem bethulie ꝛ baptizabant se. Ab eo aũt qd̃ est lauare orit̃ lauacrũ ꝛ lotio. Lauacrum est aqua deputata ad lauãdũ. sicut balneũ est aqua deputata ad balneandũ humano artificio. Lotio v̓o est vsus vel effect⁹ aque. Baptismus igit̃ accipit̃ p lauacro vt Canti. iiij. Dentes tui sicut greges tonsaꝝ que ascenderũt de lauacro. glo. loti in baptismo. Et ap̃ls Tit. iij. per lauacrum regenerationis ꝛ renouatõnis. Accipitur etiã p lotione. marci. vij. tenentes traditionẽ hoim. baptismata calicũ ꝛ vrceoꝝ. i. lotiões. Silr̃ ablutõ p baptismo Joh. xiij. Qui lotus est nõ indiget ꝛc. Lotus. i. baptizat⁹. cũ ergo nomẽ baptismi equaleat lauacro ꝛ etiam lotioni. dixerunt aliqui q̃ baptismus ẜm q̃ est nomen sacramenti. idem est quod lauacrũ. Alij q̃ est idẽ qd̃ tinctio. Prime opinionis videt̃ fuisse magister Hugo. ẜ secunde magister. Credo tamẽ q̃ vtroq; modo dictum est sacramentũ. q̃z ẜm q̃ lauacz. est sacre rei signũ. aqua enim abluens signũ est gratie intus mundantis. ꝛ ablutio signuz interioris mundationis. ꝛ ita vtrũq; sacr̃m. Nec tñ duo sacramenta. q̃z vnum est p̃pter alterum. Aqua enĩ nõ ẽ sacramentũ nisi inq̃tum abluẽs. et lotio nõ est sacr̃m nisi q̃z lotio aque vel in aqua. ꝛ ideo tñ vnũ sacramẽtũ. Si tñ queras quod p prius ꝛ p̃prius dicit̃ sacr̃m. vtrũ baptismus p lauacro an p lotiõe. est distinguẽdũ. q̃z baptismus dicit̃ sacr̃m sanctificãs. ꝛ sic principalius dr̃ de lotione. q̃z imediatius respicit interiorẽ effectũ. Et v̓bũ dicit̃ etiã sacr̃m signãs. et sic principaliter dicit̃ de lauacro. q̃z signatum interius p̃prie ꝛ p prius est gratia mundans. ꝛ p cõsequens ipsa lotio. Et est exemplũ. circulus exposit⁹ ante tabernam signũ est vini vendendi. ꝛ expositio circuli est signũ venditionis. tñ magis p̃prie est signũ circulus q̃ expositio. sic aqua magis q̃ ablutio. Et concedende sunt rõnes hoc p̃bantes. Ad illud qd̃ obĩ in ptrariuz de mgr̃o. dicẽdum q̃ ipse fuit alterius opinionis. nihilominus tamen pcedẽdũ est q̃ baptismus sit ablutõ. nec ex hoc sequit̃ q̃ non sit aqua abluens. Q̃z autez dicit q̃ elemẽtũ nõ sit sacramẽtũ. intelligẽdũ nõ ẜm id qd̃ ẽ ẜ ẜm actũ q̃ est lauare. Per h̃ etiã pz sequẽs. quia aqua non est sacramentum ẜm q̃ aqua solum sed ẜm actũ lauãdi. sicut gr̃a medet̃ scd̃m actuz purgandi. ꝛ iõ nõ sequit̃ q̃ semp aqua sit sacramẽtũ. nec q̃ oĩs aqua. ẜ aqua q̃ lauat et q̃ deputat̃ ad hoc. et h̃ nõ est totũ mare vel fluuius. ẜ illud aque qd̃ de proximo cõiungit̃ corpi lauãdo. Ex hoc etiã pz sequẽs. q̃z verbũ refert̃ ad aquã scd̃m q̃ sacramẽtũ in actu. ꝛ sic inquãtũ est lauãs. Ad illud qd̃ obĩ q̃ manet. dicẽdũ q̃ baptismus p̃prie ẜm qd̃ dicit sacramẽtũ exterius nõ manet in se ẜ in suo effectu. et rõe illi⁹ dicitur manere. Effect⁹ enĩ baptismi aliq̃n dr̃ baptism⁹. Vñ notãdũ q̃ cũ in baptismo sunt tria. quoddã ẽ sacramẽtũ tñ vt elemẽtũ visibile. quoddã res tñ sicut gratia curãs. quoddã qd̃ ẽ sacramẽtũ ꝛ res sacramẽti vt caracter. De re sacramẽti dr̃ cõiter. De re ꝛ sacramẽto dr̃ p̃prie. De sacramẽto aũt dr̃ magis p̃prie. Sz de lotione adhuc magis p̃prie. et de elemẽto sub tali actu maxime p̃prie. et scd̃m has q̃tuor acceptiões quadruplr̃ diffinit̃. Scd̃z q̃ baptism⁹ ẽ nomẽ elemẽti significantis et sanctificãtis virtute verbi. diffinit̃ ab hugone. baptism⁹ ẽ aqua diluẽdis crimib⁹ sanctificata. Scd̃m q̃ p actu vel vsu elemẽti. a mgr̃o. baptismus est tinctio corporis exterior facta sub forma verboꝝ p̃scripta. Scd̃m q̃ accipit̃ p sacramẽto et re sacramẽti q̃ ẽ caracter. sic a Dam. baptismus ẽ vite spũalis pncipium. sigillũ. et custodia et illuminatio mẽtis. Et tãgit̃ q̃druplex cõditio caracteris. Quia enĩ pparat ad gratiã. iõ pncipiũ vite. Quia distiguit gregẽ dñi. sic sigillũ. Quia indelibilit̃ pseuerat. sic custodia. Quia spũaliter disponit ad fidẽ dr̃ illumiatio mentis. Scd̃m q̃ accipit̃ p re sacramenti diffinit̃ a dyonisio. Baptismus est regeneratiõis sacr̃m. ẜm q̃ p̃mitus subsistit in aĩa. spũalit̃ formãs aiales motus ad oportunitatẽ diuinoꝝ eloquioꝝ ꝛ actionuz. ꝛ ad celestis quietis anagogon iter faciens. In hac diffinitione tangit̃ res huius sacramenti. q̃ est gr̃a aĩam viuificans. cũ dicit ẜm q̃ p̃mit⁹ subsistit in anima. Tãgit̃ etiã habilitatõ potẽtie p v̓tutẽ. Pmo ad actiuã. cũ dicit formãs aiales mot⁹. Scd̃o ad ptemplatiuam. cũ dicit ad celestis quietis anagogon.

6

7

Questio .ii. b

Utrum expressio verbi vocalis sit de integritate baptismi: Et q sic. patet ex ipsa dñi institutione Mat. ulti. Baptizantes eos in nomie patris z filij z spūs sancti. ergo necesse est ibi verbū exp̄mi. Si dicas q debet nominari in corde. et non oportet q in voce. Contra. in baptismo quod est sacramentū fidei necesse est eē ꝓfessionem fidei. ergo cum sit ꝑfectum sacramentum. debet habere ꝑfectam ꝓfessionem. ꝗ hec est in verbo. qr Roma. x. dicit. corde credit ad iusticiam. ore aūt ꝯfessio fit ad salutē. ꝗ necesse est verbo exprimi. Item Aug. dicit z habetur in litera. Verbo baptisma consecratur. detrahe verbum z quid ē aqua nisi aqua: aut ergo intelligit de verbo creato. aut increato. Si increato. sed illud non potest detrahi. quia semp adest. ergo cum intelligat de verbo qđ potest accedere z recedere. z hoc est verbum vocale. videtur q sit de integritate baptismi. Contra. Hugo. Decuit p verbum p quod oīa sunt creata omnia recreari. ideo verbum consonat sacramento. sed illud fuit verbum increatum tm̄. ꝗ nō requirit ad essentiam sacramenti verbum vocale sive creatum.

Item et si creatum. nō videt q vocale. quia aug. dicit z habetur in lra. q virtus aque est a verbo. nō quia dicit. sed quia creditur. ergo sufficit verbū mētale. non ergo vocale. Item si verbum vocale est necessarium. cum patris z filij z spūssancti sint tria nomina vocalia. debet ergo baptizari non in nomie sed in nominibus. Item q nō verbum vocale. videtur. quia verba vocalia non sunt eadē apud omnes. ergo nec sacramentum. z hoc falsum. quia una fides z unum baptisma. Ephe. iiij. Rº. dōm q necesse est exprimi verbum vocale. quia deus contulit vim verbo. unde sine verbo nullius est efficacie. Ratio autem quare voluit exprimi est ꝑfecta fidei professio. ut sit in facto z verbo. Est etiam ꝑfecta sigtio. quia enim peracta est regeneratiō p verbum incarnatum. et verbum incarnatum optime sigtur per verbum voce inductum. ideo voluit z instituit q esset ibi verbum vocale. Ad illud quod obijcit primo q omnia sunt creata p verbum increatum. Dōm q p illud ꝓm qđ incarnatum est omnia sunt recreata sufficienter. sed efficienter p fidem z professionem huiꝰ. et quia in sacramento est efficientia. ideo est ibi exp̄ssio in verbo vocali. Ad illud quod obijcit non qr dicitur sed quia creditur. intelligendum est cum precisione. non quia dicitur tm̄. sed etiam quia creditur.

Ad illud quod obijcitur q debet dici in nominibus. Dōm q nomen dicitur tripliciter. Uno modo vox imposita ad significandum aliquid ut petrus. Alio modo nomen dicit noticia. ut cum dicitur. deus in noie tuo saluū me fac. quia si esset vox. iam nō esset salus mundo. Tercio modo nomen dicitur noticia voce expressa. ut in psalmis. Notꝰ in iudea deus. in israhel magnum nomen eius. Ille enim dicitur magni nominis. cuius nominis fama percrebuit. z sic accipitur in proposito. Et quoniam una ē noticia patris et filij z spiritussancti. quia una fides. iō dicitur in nomine et non in nominibus. Ad illud quod obijcitur q voces sunt diverse. Dōm q z si diverse sint lingue. tamē conveniunt in intellectu z modo intelligendi. id est sigtione et modo sigñdi. et qa nō requiritur nomen ꝓm q vox tm̄. sed ꝓm q vox sit signū. z talem intellectum generans. z tali mō. z h est idem apud omnes. ideo et sacramentum idem sicut homo z antropos.

Questio .iij. c

Utrum ad completū et integrū esse baptismi sit necessaria fides alicuius articuli: Et q sic. videt. Qm̄ Ambro. dicit. z habetur in litera. q baptismus est fidei sacramentum. ergo si desit fides. deest illud quod principaliter z specialiter respicit baptismus. ꝗ nō ē integrum sacramentum. Item aug. dicit z habet in litera. Unde hec tanta virtus aque. ut corpus tangat z cor abluat. nisi faciente verbo. non quia dicit. sed quia creditur. ergo si necesse est dici. necesse ē credi. Item Roma. vj. Quicunq baptizati sumus in christo iesu. in morte ipsius baptizati sumus. glo. in morte ipsius dicit nos baptizari. quia mors christi causa est nostre purificatiōis. sed mors christi nō est. ergo si aliquid facit. necesse est ut faciat per illud quod aliquo modo est. sed fides est illud ꝓm qđ manet adhuc passio quia credit. ergo ad integritatē baptismi necessaria est fides articuli passionis. Item in actu baptizandi z in verbo est professio fidei. sed professio fidei qñ non est fides falsa est z inefficax. ergo ad hoc q baptismus sit sacramentum completū z efficax necessaria est fides. Contra. Baptismus est previus ad virtutes tanq̄ primum sacramentorum quod imprimendo caracterem disponit ad fidem. sed prius potest esse sine posteriori. ergo baptismi sacramentum est integrum cum defectu fidei.

Item cum nobilior sit charitas q̄ fides z efficacior ad merendum. si baptismus habet efficaciam ab aliqua virtute. potius videtur q debeat habere a caritate q̄ a fide. Item si fides est de necessitate baptismi ad hoc q sit ꝑfectum z efficax sacramentum. z sacramenta veteris legis etiam efficaciam habēnt cum fides eis erat adiuncta. videt q nō differat baptismus a sacramentis veteris legis. Item videtur q non sit necria fides articuli passionis. sed magis trinitatis. quia in baptismo exprimitur verbum in quo est professio fidei trinitatis. ergo si maxime ē necessarium credere quod fides exprimit in illo sacramento. tunc videtur q non fides articuli passionis sed trinitatis sit de necessitate baptismi. Propter h ergo est questio. quomodo sacramenta dicuntur habere virtutem a fide: z si alia sacramenta habent sicut z baptismus. quare magis ipse baptismus dicit sacramentum fidei q̄ alia sacramenta. Rº. dōm q fides non tm̄ necessaria est sacramento baptismi. sed z omnibus sacramentis. specialiter tamen sacramento baptismi. quia omnia sacramenta virtutē habent a fide ut dicit Hugo. Huius autem ratio sumitur generalis respectu omnium sacramentorum. nō solum necessitatis. sed etiam congruentie. Ratio autem necessitatis est. quoniam in fide est prima ratio uniendi. et prima ratio elevandi supra naturā. Propter primam rationem uniendi necessaria est in sacramentis. qm̄ gratia sacramētalis ꝯpat ad ūtutē passionis ut ad meritum. sed ad virtutē trinitatis sicut ad principium effectivum. Ad hoc autem q virtus passionis magis opetur z disponat in sacramentis q̄ alibi. necesse est q aliquo modo copulet huiusmo

Margin numbers: 8, 9, 10, 11, 12 (left column); 13 (right column).

ci signis. hoc autem non potest esse sine eo in quo est p̄ma vnio. et hec est fides p quam meritum capitis fit membrorum. Dum enim credimus que p nobis passus

14 est. meritum xp̄i fit ecclesie. Similiter ad hoc q virtus diuina spāliter et mirabiliter influat supra nām. necēria est fidei virtus. in qua est prima ratio eleuandi potentiam supra naturam. et hec est fides. pp̄ter quod etiam maxime attribuitur ei virtus faciēdi miracula. Ratio autē congruentie est. qz sicut sacramēta dicunt quoddā velamē gratie interioris. quod tamen aliquo modo illuminat ad cognoscendum. sic fides velamen dicit future contemplationis et visionis. et tamē hoc velamē potius est illuminans q̄ obscurans. Et rursus. sicut in sacramentis est aliquid misticum et aliquid gratuitum. sic aliquid in fide respicit non tm̄ intellectum. sed etiam affectum. Hec ergo est ratio generalis quare fides necessaria est oībus sacramentis.

15 Sed specialiter appropriat baptismo. quoniam baptismus est primū inter sacramenta. et ianua sacramētorum sicut fides ianua virtutum. Et rursus. quia in hoc sacramēto magis explicite est pfessio fidei q̄ in aliquo alio sacramēto. tum i actu. tum in verbo. et in actu est pfessio fidei passionis. scz p immersionē. sed in verbo professio fidei trinitatis. Unde et maior efficacia est in hoc sacramēto q̄ in aliquo alio. et ex hoc patz cuius articuli fides sit necesse. scz passionis a qua est meritū. et trinitatis que est principiū effectiuū. Concedende ergo sunt rationes que ostendunt q ad baptismū necessaria est fides alicuius articuli. Attamē sicut baptismus est sacramētum non singularis hominis sed ecclesie. sic efficaciam habet a fide ecclesie. et hoc per vnitatem sponse et

16 columbe. Ad illud ergo quod obijcitur q baptismus est preuius ad virtutes. Dicēdum q q̄uis sit preuius respectu suscipientis. non tamē respectu ecclesie

17 in qua suscipitur sacramētū. Ad illud quod obijcitur de charitate iam pz responsio. qz non ita cōgruit sicut fides predictis rationibus. et tamen fides ec-

18 clesie vere non est sine charitate. Ad illud qd̄ obijcit q nō differt a sacramentis legis veteris. Dicēdum q immo. qz illa habebant efficaciā a fide specialis persone. vnde iustificabāt in fide parentum. hoc autem habuit a fide ecclesie. Alia etiam differentia. quia illa totam efficaciam habebant a fide. hec autē nō tm̄ habent a fide. sed etiam a pactione diuina. que ipsū opus operatum ordinauit ad gratiam percipiendā. illa vo p accidens solum iustificabant. sola circumcisione excepta que virtutē habuit a fide ecclesie et ex pactione dei. Dominus enim pactum fecit cum dixit Marci vltimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Et similiter Gen. xvij. Ponam pactum

19 meum &c. Ad illud quod obijcit q fides trinitatis magis videtur necessaria. dicēdum q necēria est vtraq sicut tactum est. sicut etiā vtriusq fit professio. magis tamē appropriat virtus et efficacia fidei passionis. q̄ tamē ob meritū passionis christi tota trinitas est liberalior ad dandum specialē gratiā in baptismo. et hinc est q fides passionis exprimit facto. sed fides trinitatis exprimit verbo. et sic patet que sunt necessaria ad integritatem baptismi.

Consequenter est questio de forma verbi que attendenda est in baptismo. et circa hoc queruntur tria. Primo querit vtrum verbum exprimens actū baptizandi sit de necessitate forme baptizandi. Secundo querit vtrū expressio totius trinitatis sit de necessitate baptismi. Tercio queritur de variatione forme.

Questio .j. b

Quod verbū exprimens actum sit necessarium videtur: quia hanc formam seruat tota ecclesia. Ego te baptizo in nomine patris et filij et spūssancti amen. Itē Alexander. iij. dicit. Si quis puerū in aqua ter merserit. dicendo in nomine patris et filij et spūssācti. nisi dicat ego baptizo te. talis mersio nō pōt esse baptismus. Item ratione videt. qz nihil est magis necessarium ad baptismū q̄ intentio baptizātis. eque enim est necessaria intentio vt fides. ergo nihil est magis de necessitate forme q̄ verbum exprimēs intētionē. sed tale est hoc verbum baptizo. ergo si aliquid est de necessitate forme baptizandi. verbum baptizandi ē de necessitate. Contra. Uerba non sunt de necessitate sacramēti nisi illa in quibus dominus contulit virtutem in instituendo. sed cum instituit formā nō dedit virtutē huic verbo baptizo. ergo non est de necessitate. Quod nō dederit patz. qz Math. vltimo tradit forma. Docete oēs gentes baptizantes eos in noie patris et filij et spūssancti. si ergo daret virtus huic verbo baptizantes. nō liceret mutare participium. ergo nulla virtus tradita ē vbo. Itē q nō sit necēriū pp̄ter intentionem vr. qz actus baptizandi eque bene vel magis exprimit intentionem vt verbum. ergo videt q superfluat. vel saltem non sit verbum necessarium. Quod autē actus exprimat patet p simile. qz cum quis signat se signo crucis sancte sufficit dicere. in noie patris et filij et s.s. nec oportet addere signo. Itē si est necessariū exprimere in sacris pp̄ter intētionē. ergo cū intentio sit necēaria in sacramēto eucharistie. similiter debet exprimi in forma. et si nō exprimit nō est sacramentū. sed hoc est falsum. ergo et primū.

20 Rn̄o. dicēdum q sicut dicit auctas alexandri. verbū baptizandi est de necēitate forme. Ratio autē quare est de necessitate est institutio. Rō autē institutionis est. qz intentio est necessaria sacramento. et hoc est sacramētū necessitatis. et est ad alterum. pp̄ter piculū defectus intētionis pp̄rio verbo expressa est ibi in forma. Ex his patēt obiecta.

21 Quod enim obi q dn̄s nō tradidit in forma. Dicēdum q dominus anteq̄ illud diceret. formam instituerat quam modo seruat ecclesia. et accepit ab apostolis. Illud autē quod obi Mat. vltimo. fuit cōmemoratō iā institute. Si autē obi q nō ipse ipse instituit ß ecclēia instinctu spūssancti. Dicēdum q hoc tantū est ac si ipse pp̄rio ore dixisset. tota enim trinitas approbat. qd̄ ipse spūssanctus inspirat fieri. sicut illud qd̄ xp̄s instituit

22 Ad illud qd̄ obi q nō oportet. qz actus intētionē exprimit. Dicēdum q oportet. qz actus pōt fieri multiplici intentione. Potest enim quis intingere vt ludat. vt corpus abluat. vt baptizet. et qz actus multiplici intētione fieri poterat. idō nō determiate intētionē baptizandi exprimebat. ß actus signādi vna principali in-

23 tentione cōsueuit fieri. idō nō ē simile. Ad illud qd̄ obi de eucharistia. dicēdum q nō ē sacrm̄ necitatis. et pterea non ē ad alterum. et iterum cū hoc fit cū maiori solēnitate. idō intentio ibi colligit nō euagat tunc. preterea nō est necesse exprimi verbo. et idō nō oportuit institui nec p accñs obseruari. Alia ratio huius est. sed infra dicet cū aget de forma eucharistie.

Questio .ij. e

Utrū expressio tot⁹ trinitatis sit de necessitate baptismi: Et q sic vr̄ p formā a dn̄o traditā Mat. vlti.
Item Fulgenti⁹. ministeriū redēptiōis nullo modo habeī si patris vel filij vel. s.s. nomen subtrahaī.
Itē pelagius gaudēti epo. Reuera si hi de hereticis qui in locis dilectōnis tue ⁊ intimis cōmorari dicunī. solū in nomīe dn̄i baptizatos fuisse fortasse cōfitenī sine cuiusq̄ʒ dubitatiōis ambiguo eos ad catholicam fidem venientes. sctē nomine trinitaī baptizabis. ḡ nō fuerūt baptizati. Itē rōne videī. qa si necessarium est verbū vocale ad pfessionem fidei. sicut nō sufficit credere tm̄ alterā psonaꝝ. sic nec sufficit pfiteri. ḡ si pfessio sufficiens est. necesse est totā trinitatem exprimere in baptismo. Sed conē. ambro. dicit in li. de trini. et habeī in lr̄a. Si vnū in sermone comprehendas vł patrē vel filiū vel spūm s. fide autem nec pa. nec fili. nec. s.s. abneges. plenum est fidei sacramentum. ḡ vr̄ q non est necesse exprimere totam trinitatem ꝫ credere. Item ratione videtur. qꝛ vna ē ptās ⁊ opatio trinitatis. ḡ qd̄ opaī pr̄. et tota trinitas. ergo si dicaī baptiso te in noīe patr̄. tantundē valet ac si tota trinitas exp̄maī. Item apl̄i in pmitiua ecclesia baptizauerūt in noīe xp̄i. ḡ si nullo modo licuit eis mutare formā a deo institutam. ḡ ista forma non discordabit ab illa. ḡ videī q sufficiat alterā psonaꝝ exp̄mere. Si dicas q nō mutaī ꝯpria ꝫ diuina auc̄te. tūc ḡ diuina auc̄tas ꝯtulit vim illi nomini. ḡ si qd̄ deus cōtulit illud hō auferre non pōt. adhuc pōt baptizari in nomīe xp̄i. Si dicas q nō fuit collata virtus nisi ad tēpus. q̄ro quare magis collata est virtus simplr̄ nomini tot⁹ trinitatis q̄ nomini xp̄i. Et rursus quare magis collata ē virtus nomini christi p illo tp̄e q̄ pro nostro. Et q simpliciter habuit vr̄. quia baptismus virtutem habet a passiōe. ḡ et a fide passionis. ḡ si xp̄s nō tota trinitas fuit passa. potius debet dici in nomine xp̄i q̄ totius trinitatis. ℞. dōm q notitia trinitatis siue nominatio pōt eē in baptismo q̄tuor mōis. Aut ita q sit plena in corde et in ore. et tūc scd̄m oēs plenum est sacramentū. Aut ita q sit semiplena in corde et ore. ⁊ tunc ꝫm omnes non est sacramētū pleniū. Aut ita q plena in ore et semiplēa in corde. Aut ita q plena in corde. ⁊ semiplena in ore. Primis duobus modis non est cōtrouersia. sed duob⁹ sequētib⁹ fuit opinio diuersa. Quia eñi baptismus est sacramētum fidei et virtutem habꝫ a fide que in corde est. iō voluerunt aliqui dicere q plenitudo fidei in corde cū qualicunq̄ʒ trinitatis expressione siue due siue vna siue tres persone exprimantur plenum fuit sacramentū. quia fides supplet defectum sermōis. Econuerso āt si nō est fides in corde. si exprimātur tres ore. non est plenum sacramētū. et h̄ videī dicere Ambro. et huius opinionis videī fuisse Aug. et mgr̄ q̄ntum ad p̄mam ptem opinionis. Sed qꝛ vt determinat Aug. baptism⁹ est sacramētū fidei. non singularis psone ꝫ totius ecclesie. ideo fides psone nihil obest. nihil pdest. Et ideo determiāt alia positō q q̄cquid sit d̄ fide cordis. iudicandū est de baptismate ꝫm expressionem oris siue sermonis. et ideo qualitercunq̄ʒ credat et si totā exprimat trinitatem baptisatum ē. si autem non totā. non est baptisat⁹. et rebaptisand⁹ ē. et hoc cōmuniī et certitudinaliter asserūt magistri. Ad illud qd̄ obī de Ambro. dōm q verbum Ambro. est exponendū vt sacramētum fidei ponaī p ipsa fide. plenum sacramētuʒ fidei ipsa fides q̄ significatur p sacramētum. Uel si de sacramento intelligiī. habet locum in casu. vt qn̄ puer deficit in manib⁹ sacerdotis. vbi credendum est q diuina mīa et summ⁹ sacerdos nō dimittat impfectum qd̄ inchoatum est. Ad aliud dōm q et si ptās et operatio trinitatis muet. tm̄ fides distinguit. et ideo nō sufficiat vnam psonarū credere. sed necesse est credere oēs. Et qꝛ baptismus est sacramentū plene pfessionis. ideo necesse est pfiteri omnes psonas. Ad illd̄ qd̄ obijcaī de nomīe xp̄i. dōm q apl̄is licuit baptizare in nomine xp̄i diuinitus inspiratis. sed non licet nūc nobis. Dicūt tn̄ aliqui q verbum illud nō amisit virtutē pter cōstitutionē ecclesie ordināntis q tm̄ fiat in nomine trinitatis. Un̄ et si peccator sit baptizans. tn̄ baptizatuʒ esset. Sed ꝯmunis opinio et certior est q non esset baptizatum. qꝛ cum sit vnicum baptisma in ecclesia. ideo vnica debet esse forma. et iō tm̄ in nomine trinitatis baptizat tota ecclēsia. Qꝛ ergo obī q apl̄i baptisabant in nomīe christi. dōm q data fuit virtus illi verbo tempe pmitiue ecclesie. et vna ratio fuit q nomen xp̄i implicat et insinuat totā trinitateʒ. Christus eñi vnctus dicaī. ⁊ iō vnguentū et vnctuʒ ⁊ vnctionem insinuat. et sic cum p̄dicta forma concordabat. Alia ratō fuit. quia nomē xp̄i erat ignotuʒ ⁊ cōtumeliosum vtpote crucifixi. vt nomē publicaretur et in reuerētia habereī. tūc tp̄is eo vsi sunt. Et qꝛ cessante causa cessat effectus. xp̄i nōīe publicato et honorabili facto. amplius nec debuit nec potuit in eo impleri sacramētuʒ baptismi. qꝛ ad tēpus tm̄ institutum fuit. Qꝛ ergo obī q d̄buit simpliciter instituī ppter fidem passionis. dōm q ī creator dicaī dupliciī. Uel sicut auctor. ⁊ sic tota trinitas. Uel sicut mediator. et sic xp̄us. Ad hoc ḡ q esset plenuʒ sacramētum. necesse erat fide profiteri mediatorē et auctorē. ꝫ tn̄ p̄ncipali⁹ auctorem. Quia ḡ p actuʒ immergēdi mors xp̄i intelligiī. et ita mediator. necesse fuit vocē exprimi auctoreʒ. et ita totā trinitatem nominari oportuit.

Questio .iij. f

De variatione forme in nominādo totā trinitatem. qd̄ pōt fieri quinq̄ʒ modis. mutādo. addēdo. corrūpendo. transmutando. interponendo. Mutatio fit vt qn̄ ponitur nomē p nomīe. vtpote si loco patris ponatur genitoris. Et q hoc nō impediat vr̄. quia forma baptismi non attendiī in vocibus ꝫm q voces sunt. quia tunc non esset eadeʒ forma apud nos ⁊ grecos. sed in vocibus ꝫm q significatur. Si ergo idē significat paī et genitor. ad ꝉ faciet in forma vnū qd̄ reliquū. Et p̄terea pl⁹ ꝯuenit pr̄ et genitor. q̄ nomen patris in greco et in latino. cum sint eiusdē lingue. Additio est qn̄ nomen quod non est expressum in forma superadditur. vt si dicatur in nomīe patris omnipotentis. Et q hoc nō impediat videtur. quia cum additur nomen. et si nihil faciat. manet tn̄ totū qd̄ faciebat. et saluuʒ manet in quo est vnctus. scꝫ verbum. ergo est plenū et efficax sacramentuʒ. Corruptio est qn̄ nominis prolatio est modo minus cōuenienti. vtpote si dicatur in nomīe patrias et filias ⁊c. Et q hoc non impediat vr̄. qꝛ Zacharias bonifacio scribens dicat. si contingat aliquem infringen-

do linguā propt̄ ignorantiam baptisare in nomine patria et filia. non est rebaptizādus. Et huius ratio reddi potest. quia sanus est sensus. Transpositio siue transmutatio est quando aliter ordinatur. vtpote si dicatur primo in nomine filij. et post in nomine patris. Et q̄ hoc non impediat videt̄. quia nomina transposita idem significant. vt si dicatur est homo albus. est albus homo. ergo si omnino idē est sensus. et eadem fidei ꝓfessio. transpositio non impedit. Interpositio est cū in medio cadit actus vt sternutatio vel verbū. vt in nomine patris. et aqua ista ē frigida. et filij. Et q̄ hoc non impediat videtur. quia totum est saluū qn̄ aliquid interponitur. ⁊ aliqui homines ita sunt obliuiosi q̄ semper interponunt aliquid antequā possūt complere orationē inceptā. Cōtra. q̄ mutatio impediat videt̄. quia virtus est data illis verbis et non alijs. ergo ⁊c. Item q̄ additio impediat videt̄. quia si nihil licet addere canoni scripture. multo fortius nec forme sacramēti. Preterea patet p illud q̄d dicit̄ Apoc. vlt. Si quis apposuerit ⁊c. Item q̄ corruptio impediat videt̄. quia verba corrupta aut nihil significant. aut aliquid significāt. vt patet cum dicitur patria. sed necessaria sunt verba significātia. ergo ⁊c. Item de transmutatiōe videt̄. quia sicut de integritate fidei est numerus psonarū. ita ordo ꝓfessionis. ergo sicut mutatio numeri impedit. ita et ordis. Item de interpositione videt̄. quia baptizare est vnus actus continuus. ergo si discōtinuatur. necesse est reincipi. aut non erit vnus. et ita nec baptismus. R̷. ad h voluerūt aliqui dicere q̄ qualitercunq; fiat variatio. dum tn̄ omnes psone exprimant̄. integrum est sacramentū. Aliorū positio fuit q̄ necesse est omnimodam ydentitatem seruari. quantulacunq; eīn variatio in forma fiat non est sacramētū. Sed vtraq; istarum pōnum respuēda ē. qlibet eīn excedit. Vn̄ dicendum q̄ aliqua variatio impedit aliqua nō. Variatio enim mutationis impedit siue fiat ex certa scientia siue alio mō. Mutatio in q̄ nomis. vt si dicat̄ i nomie genitoris et geniti. quia alius modus ē exprimendi trinitatē p nomina principalia. alius p nomina non principalia. Mutatio etiam numeri impedit. vt si dicat̄ baptizo te in nominibus quia alia est sententia. Ad illud ergo q̄d obi. q̄ idē significāt. dicendum q̄ attendendus est modus significādi. quia data fuit virtus nominibus exprimētibus trinitatem. et hoc principaliter sm omnem linguam. Or ergo obi. q̄ magis cōueniūt. quia in eadem lingua. dicendum q̄ et si magis q̄ntum ad modum loquendi. non tn̄ magis q̄ntum ad modum significandi. In nomine eīn est considerare vocē. notamen siue expressionē. et significationem. Quantū ad primū magis conueniunt. sed q̄ntum ad secūdum minus q̄ntum ad tercium equaliter. Et virtus regeneratiōis data est ratione notaminis. siue q̄ntum ad rationem innotescendi. a qua imponitur nomen. et hec est eadē apud omnes. De additiōe dicendum q̄ aut est additio vocis distrahens intellectum. et hec impedit si oppositum addat̄ vt si dicat̄ patris geniti. Aut saluās vt patris ingeniti et tunc non impedit nisi velit inducere errorem. Or obi. de cōminatiōe apoc. intelligit̄ de additione distrahente. Ad illud q̄d queritur de corruptione. dicendum q̄ corruptio aut est tanta q̄ nullo modo tenet sensum ⁊ tunc omnino impedit. Aut nō est tanta qn̄ bene maneat. sicut de puero balbuciēte intelligitur. ⁊ tunc dicendum q̄ non impedit nisi velit inducere errorem. Or ergo obi. q̄ voces non significant. dicendum q̄ et si non significent ex institutione. significant tn̄ ex acōmodatione vsus. vt olli p illi. Ad id q̄d querit̄ de trāsmutatiōe. dicendum q̄ ⁊ si fiat simpliciter sine erroris dogmatizatiōe non impedit. Et ratio huius est. quia ordo intelligitur in ipsis verbis q̄ filius a patre procedat. et sic non oportet exprimere ordinem ita sicut nomina personarū. et ita patet q̄d obi. Ad illud quod obijcit̄ de interpositione siue intermissione. dicendum q̄ aut est tanta intermissio q̄ discōtinuet intentionē et lōgā faciat morā. vtpote si lōgū facit smonē. vel vadit ad domū. et tūc necesse ē q̄ reincipiat. ergo si interuēit parua morula obliuiōe vel sternutatiōe. nō discōtinuat̄ actus nec oportet reincipere.

De institutione baptismi.

De institutione baptismi q̄ndo cepit. Supra egit magister de baptismo q̄ntum ad se vel quantum ad ea que spectant ad integritatem sacramēti. hic agit de ipsius institutione. Et hz hec pars tres partes. In prima agit de mō et tpe institutionis. In secunda de administratione iam instituti. ibi. De imersione vero sic q̄ritur. In tercia vero de cā et ratiōe ad quā eius institutio ordinatur. ibi. Causa vero institutōis baptismi est innouatio. Quelibet harū ptiū duas habz. Nā in illa in qua determiāt de institutōe. primo determinat tempus institutōis. Scdo materiā in qua. ibi. Celebratur aūt hoc sacramētū. ⁊c. Similit̄ pars de vsu iam instituti duas hz. In prima dterminat quō hoc sacramētū est administrandū. In secūda vero oñdit q̄ in huius sacramēti institutione et vsu euacuata est circumcisio. ibi. Solet etiā queri si circumcisio amisit. ⁊c. Similiter tercia pars de causa institutionis duas hz. in prima determiat cām per se ipsius institutōis siue illud ad q̄d baptismus ordiat̄ p se. In scda de illo ad q̄d ordinat̄ p accidēs. ⁊ h ibi. Si q̄rit̄ vtrū baptismus aperuerit celū ⁊c.

De tempore institutionis baptismi. f

De institutione baptismi quando ceperit varie sunt estimationes. Alij dicunt tunc esse institutum cum Nichodemo christus ait. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto. Alij dicunt institutionem baptismi factam cum apostolis dixit Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritussancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem. precipiens eis de vocatione gentium. quos ante passionem binos miserat ad predicandū in iudea et ad baptizandū dicēs. In viam gentium ne abie/

Johan. iij.

68 Ad illud quod obi q̄ ꝑuenit. q2 crucifixus est. xiiij. luna. Respondent quidā q̄ luna. xiiij. est crucifixus. q2 solennitates durant a sero vsq3 ad aliud sero. vn̄ primo sero comedit agnū. ⁊ anteq̄̄ veniret alterū sero est crucifixus. Aliter dicať et melius q̄ passio eius inchoata est statim post cenā. q2 fuit in agonia. ⁊ fuit cōprehēsus zc. vn̄ optie ē factū q̄ agni comestio ⁊ ipi⁹ imolatio facta est. xiiij. luna. nō q2 ꝯsūmata ꝫ inchoata.

69 Ad illud qd̄ obi q̄ nō introierūt pretoriū vt n̄ ꝯta. dōm q̄ pascha tribus modis accipiť. Uno mō pascha cibus paschalis dr̄. vt azima q̄ p. vij. dies comedebať a iudeis. Alio mō pascha dr̄ agn⁹ pascalis. Luce. xxij. In q̄ nece erat oc. pascha. Tercio mō dr̄ pascha agn⁹ verus. j. ad Coꝛ. v. Pascha nr̄m imolatus est xp̄s. Et p̄mo mō accipiť in iohe.

70 Ad illud qd̄ obi de die festo. Dō q̄ illi. vij. dies oēs erant dies festi. ꝫ p̄mus erat p excellētiā fest⁹ dies. h. est. xv. Simpli⁹ maioꝛ excellētia sabbm̄ qd̄ erāt inter illos dies festos. in q̄ nihil debebāt pare. tū ꝓpř suā celebritatē. tū ꝓpř azima. qd̄ ḡ dicat Joh. loqť de die. xv. anteq̄̄ facta est cena. Q2 aūt dicunt iudei nō in die festo. intelligēdū est de sabbato. Silr q̄ mlieres q̄escūt. h est

ob reuerentiam sabbati. nõ q2 primus dies. q2 in primo die aliquid parare. sed in sabbato parare nil licebat.

71 Ad illud qđ obi. q dñs nõ debuit facere nos iudaizare. dõm q dñs de lege nõ retinuit ħ de nouo instituit. sicut pz de baptismo. q2 illi aqua lustrabantur. ⁊ nos aqua lustramur. ħ ħ instituit q2 sacramento cõgruebat.

72 Ad illud qđ querit de controuersia grecoꝝ ⁊ latinoꝝ. dõm q sicut dicit Leo papa. antiqui patres ꝓpter iudeoꝝ institutionem. ⁊ quãdo error ille vigebat de legali obseruantia. decreuerunt ex cõsilio spũssancti cessare quousqꝫ error ille minueret. sicut decreuerunt in xpi noie baptizare. vnde oīs ecclesia primo in azimis conficiebat. postmodum ex hac causa in fermentato. ħ cessante iã illa causa. rediit iã romana ecclesia ad ritum pristinum. greci vero tanq̃ superbi noluerunt ad ritũ primũ redire. ⁊ ideo ex ħ ita coacti sunt defendere. primo dicentes se ita accepisse. Scđo ħo q2 hoc nõ sufficiebat addiderũt ratõem ꝓpter hoc ne iudaizarent. Tercio q2 hoc nõ sufficiebat si dñs in azimis ꝯfecisset. ausi sunt hoc dicere q dñs ꝯfecit de fermentato. Et q2 euangeliste dicũt cõtrarium. ausi sunt dicere q falsum dixerunt. ⁊ a iohãne correpti sunt. Ecce quomodo error paruꝰ in principio multus est in fine. tñ tam ipi ꝯficiũt q̃ nos. hoc eñi nõ est de sub̃a sacramenti. sed ꝯgruentia. ⁊ hoc pz ex imitatione vel institutione sacroꝝ.

Questio ij. m

De modo quo christus ꝯfecit q̃ ad contentũ interiꝰ et querit quale corpꝰ dedit discipulis in cena: Et q impassibile ⁊ immortale videt. Math. xvij. transfiguratus est ante eos. glo. illud corpus quod habuit p naturã. dedit discipulis suis in cena nõ mortale ħ palpabile. Item rõne videt. q2 oīs caro passibilis est ꝯuertibilis. ħ si corpus passibile dedit. fuit ꝯuertibile in manducantes. qđ est inconueniens. Item omni passibili põt inferri passio. et omē illud cui põt inferri passio. ledit p cõtactũ fortẽ agentis. si ħ xpus sub forma panis fuit tũc. ħ ꝑcussione dentiũ ⁊ masticatione poterat ledi. Item si passibile ⁊ mortale. esto q esset reseruatio in triduo. tunc ħ moreret. et si hoc. nõ esset ibi aĩa. ħ nec plenũ sacramẽtũ. cũ ħ ħ nõ sit ponere. ꝯstat q nõ moreret. ħ ⁊c. Item esto q aliqs cõsecrasset in triduo. ꝯstat q verba eandẽ haberent virtutẽ. sed virtute verboꝝ est ibi modo totꝰ xpus. ħ totus xpus esset ibi. ħ sil' esset viuus ⁊ mortuus Viuus sub sacramento. mortuus extra. ħ pari rõne immortale sub sacro. mortale extra. Item q illud sit nullũ incõueniens videt. q2 si aliquod corpus eẽt in pluribus locis. sil' posset moueri ⁊ quiescere. ⁊ sil' moueri ⁊ nõ moueri. ħ eadẽ rõne simul pati ⁊ nõ pati. mori ⁊ nõ mori. ħ ⁊c. Cõtra. j. Coꝛ. xj. dicit glo. Solet queri quale corpus discipulis suis dedit dñs. ⁊ rñdet dñs tale quale erat. q2 palpabile ⁊ mortale. Item si dedit impassibile ⁊ immortale. cũ haberet in se passibile ⁊ mortale. ħ aliter dedit in signo q̃ i se. ergo fuit ibi fictio. Item si immortale. esto q reseruaret. simul esset viuus et mortuus. ħ simul viueret et nõ viueret. ⁊ si hoc. due ꝯtradictõie opposita essent simul vera de eodem. quod nõ potest credi nec intelligi. Item cum dicat hoc est corpus meum. panis solum cõuertit in corpus. sed anima est ibi solũ per concomitantiam. ergo si in triduo fuisset confectuz. esset mortuum corpus. cum anima esset sepata. ergo similiter si esset reseruatum. ergo passibile ⁊ mortale

Rꝫ. circa hoc duplex est opinio. Una magistri hugonis ⁊ suorũ sequaciũ q xpus corpus suum immortale ⁊ impassibile dedit sub sacramento. ⁊ nõ est incõueniens. q sic habens alterum ⁊ alterum moduz essendi habitu ⁊ actu. Habitu quidez erat mortale. sed ex aliqua causa sumpsit ad tempus immortalitatez. sicut subtilitatem in natiuitate. agilitatẽ in mari. claritatem in monte. sic immortalitatem sub sacramento. Nec ẽ ibi ꝯtradictõ vera. q2 corpꝰ xpi ex hoc q in pluribus locis ẽ. opposita habet proprietates. sicut portare ⁊ portari. quiescere et moueri. sic pati ⁊ non pati. Qrtũ eñ ad hoc accipit rõnẽ vniuersalis. licz vere sit singulare. Et ꝫm opinionẽ istoꝝ si reseruatũ fuisset ħ eẽt mortuũ i pixide. Sꝫ q2 ħ opinio sil' ꝯdictoria ponit dici de eodẽ ꝫm q idẽ. ⁊ hoc nõ est necessariuz ponere in ħ sacro. ideo minꝰ est rõnabilis.

73 Propterea est alia opinio mgri ⁊ innocentij ⁊ sequaciũ. q dedit tale corpus discipulis q̃le habuit. Q̃uis eñi corpus xpi sil' virtute sacri sit in plibus locis. easdẽ tñ hꝫ absolutas ꝓprietates tanq̃ vnũ nũero. Et ꝓpter hoc ad intelligentiã obiectoꝝ in ꝯtrũ dõm q duplex est ꝓprietas que ꝯuenit corpori christi. Quedam absoluta. quedã relata ad locũ.

74 Proprietas absoluta q̃ ꝯuenit corpori xpi vt in vno loco est. cũ sit vna. ꝯuenit tamen vt in oībus. Sꝫ ꝓprietas relata ad locũ cum sit in diuersis locꝭ. ⁊ si ꝯueniat ei in vno loco. nõ tñ oportet q in oībus. Vñ nõ oportet q si corpus xpi sit in multis locis. q si moueat in vno moueat in altero. Silr̃ non oportet q si aliquis ꝑcutit ipm i vno loco. q in alio similr̃ ꝑcutiat. q2 talis opatio respiciat ꝑñtiã localẽ agentis. Ita silr̃ nõ oportet q si videat in vno loco. q in alio videat. q2 hoc respiciat ꝑñtiã visibilis. Concedendũ ħ q xpus corpꝰ passibile ⁊ mortale habebat sub sacro. ħ tñ non poterat ibi sibi passio inferri quantũcũqꝫ hõ ꝑcuteret. vñ dõm q sub spẽbus illis erat passibilis. ħ erat ibi impassibiliter.

75 Unde loquendo de passione illata si querat vtrum posset ibi pati. ista distinguenda est. Aut eñi ħ quod est ibi determinat actũ. aut cõpositionẽ intellectã circa subiectum. Si determinat actum falsa est. quia sensus est q sub sacramento poterat ei passio inferri. ⁊ hoc est falsuz. quia sicut ibi nõ poterat sentiri. ita nec poterat ei passio inferri. Si aũt determinat cõpositionẽ intellectã circa subiectum. sic locutio est vera. ⁊ est sensus. existens ibi poterat pati. quia si passio in alio loco ei inferat. etiã ibi passionem sentiret. et moreret. vnde si fuisset reseruatuz corpus illud habuisset plagas sub sacramento sicut extra. sed tamen non esset illi illata passio sub tali modo existendi. Propter hoc dicũt magistri q ibi existens erat passibilis passione illata sibi alibi. tamẽ erat impassibiliter. Et si sic magister Hugo intellexit habet veritatẽ. Sed tũc illa adaptatio de dotibus non valet. Si eñi dotes dicunt qualitates aliqs. nõ video quõ corpus nõ sit alteratũ saltẽ ad tp̃s. Constat aũt q qñ dedit sacramẽtũ. corpus eius actu ⁊ habitu hẽbat ꝓprietatẽ passibilitat. ħ cũ non habebat oppositũ modum existendi in alio. aliũ tñ habebat q̃ modus sublimabat ipm supra hãc passionem. ac p hoc supra passibilitatez sentiendi vel erat ibi vl' ꝯtingendi. Vñ q̃uis eẽt passibile. tñ nũq̃ poterat ibi palpari. silr̃ nec passio ibi inferri. Ex ħ patent obiecta. q2 glo. dicit q dedit imortale ⁊ impassi

bile. qr ibi passio ei nō poterat inferri vel mors. poterat tñ alibi. Sic ptz silr sequens quare ibi nō poterat ꝯuerti. qr nō erat ibi passibile. Siliter patet tercium. qr passio poterat ei inferri. ꝟ nō ꝟm omnē statū. vtputa ꝟm illū ꝟm quē est insensibile. Ad illud qd querit si in triduo fuisset reseruatū. Dōm ꝙ mortuus cēt sub spēbus. ⁊ silr si aliqs cōficeret nō esset ibi nisi corpus mortuū. Qd obī ꝙ tūc impfectuz cēt ⁊c. dōm ꝙ sacrm̄ cēt pfectū ab efficacia. qr corpus erat vnitū diuinitati. pfectū a signīa. sed tñ nō a ꝯtinentia. Et rō hui⁹ est. qr pfectio erat in ipso signo. qr corpus erat mortuū. Silr dōm ꝙ nō ē cē ibi aiaʒ virtute verboꝝ ꝟ ꝓpter ꝯiunctionē. Vñ qr in triduo non erat cōiuncta. iō nō esset ibi. non ꝓpter virtutē verborum que modo sit maior. sed ꝓpter aliū statū corporis. verba aūt sacralia sunt ordinata ad ꝯuertenduʒ in corpus quale erat ꝟm statū ꝓlatiōis verboꝝ. Sʒ nunqd poterat xp̄s facere si corpus erat mortuū sb sacramēto. ꝙ aīa egrediēs de corpe pendēte in cruce intraret corpus sub sacro. ⁊ ita sil' cēt viuū ⁊ mortuum. dōm ꝙ hoc facere nil aliud esset ꝙ̄ redire vñ exierat. vñ hoc cēt corpus suū viuificare. qr oīno vnum est ibi. ⁊ iō est imaginatio mala. qr imaginat corpus xp̄i esse viuū vt diuersa corpa. ⁊ qr vnū sit et pfectū ⁊ viuū ⁊ aliud nō. hoc aūt non debet intelligi. qr tm̄ vnū est corpus.

Disti. XII. de ꝯsequentibus ad cōfectionē corpis christi ꝗ̄tum ad fractionem.

I autem querit de accidentibus que remanent ⁊c. Supra egit mgr de ꝯfectione siue cōsecratione. in hac di. agit de ꝯsequentibus. Et qm̄ duo sunt ꝯsequentia. s. fractio ⁊ iteratio siue frequentatatio. iō di. ista diuidit in duas ptes. In pma agit de fractiōe. In scda de hui⁹ sacri frequētatiōe. ibi. Post hec qritur. si qd gerit sacerdos. Et qm̄ fractio illa nō pōt esse nisi circa illud qd remanet post trāssubatiōnē. ⁊ hec sunt accidentia. Ideoqʒ pmo querit vtrū ibi sint accidentia in seipsis subsistentia. Scdo vero querit vtrum ibi sit fractio vera. ibi. Solet etiā queri de fractione. Et illa ps habet tres partes. In pma determinat questioneʒ ꝟm alioꝝ opinionē. In scda ꝟm veritatē ⁊ opinionē ꝓpriaʒ. ibi. Sed qr corpus xp̄i incorruptibile ē. ostendens ꝙ fractio illa est vera. ⁊ tñ est tm̄ circa accidētia. In tercia vo ostendit qd partes ille significent. ibi. Quid autez partes ille significent. Subdiuisiones partiū manifeste sunt in litera.

Dist. XII

Querit vtrum in sacramento eucharistie sint accidentia in seipsis subsistentia. a

I aūt querit de accidentibus que remanent. i. de speciebus ⁊ sapore ⁊ pondere in quo subiecto fundent. potius mihi videt fatenduʒ existere sine subiecto esse ꝙ̄ in subiecto. qr ibi non est substantia nisi corporis ⁊ sanguinis dominici. que nō afficit illis accidentibus. Nō eñ corpus xp̄i taleʒ hʒ in se formam sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ꝗ̄ illa accidentia p se subsistentia ad misterij rituʒ. ad gustus fideiqʒ suffragiū. quibus corpus christi habēs formam ⁊ naturam suam tegitur.

Querit vtrum ibi sit fractio vera. Et determiat questionē ꝟm alioꝝ opinionē. b

Solet etiaʒ queri de fractione ⁊ partitione ꝗ̄ ibi videt fieri vtꝝ vera sit. et si vera fractō est. cui⁹ rei sit vel in ꝗ̄ re fiat? Cumqʒ nō sit ibi alia substantia ꝙ̄ christi. si ī aliqua substantia est illa fractio. in corpe christi videt eē. Sʒ cōtra. cum ip̄m corpus incorruptibile sit. qr īmortale ⁊ impassibile. in ipso nō posse esse videt. Nam et xp̄s redarguit carnalem sensum discipuloꝝ q putabāt carnē xp̄i sicut aliam in partes diuidendā ⁊ morsibus dilacerandā. Ideo quibusdaʒ placet ꝙ non sit ibi fractio sicut videtur. sed dicit frāgi. qr videt frāgi. Quibus obijcit qd ait Ambro. Nihil falsi putandū est ī sacrificio veritatis. vel sicut fit in magoꝝ prestigijs vbi delusione quadam falluntur oculi vt videant esse qd nō est. Ad hoc illi dicunt. Non fallit nos visus nec fallit. qd cēt si crederet ita frāgi vt videt. Nec illusio est. qr ad vtilitateʒ fidei. nō ad deceptionē ita fit. sicut ⁊ [a]xp̄s se oñdit duob⁹ discipul' in via ī specie pegrini. nec ī eo gñ tal' forma erat. ꝟ oculi eoꝝ tenebāt ne eū agnscerent.

Joh. vj.

Opinio pma.

Marci a xvj. et Luce xxiiij.

a Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini. Videtur in hoc multiplicari inconueniens non solui. quia xp̄s q est veritas nullam falsitatem habere potuit in verbo. ergo pari ratōne nec in facto. ergo cum nō esset pegrinus. non debuit se in illa spē ostēdere. Preterea corp⁹ xp̄i erat gloriosum. ꝗ̄ nō erat visibile nec vt li⁹ coloris. ꝗ̄ vr ꝙ alr se mōstrauerit ꝙ̄ fuit. ꝗ̄ vr ꝙ in ope mēdacij cōmisit. Rñ dō. ꝙ dñs oñdit se in specie pegrini. nō vt ostēderet se eē peregrinum. sed vt talē se exhibēt oculis corpis. sic dicit Gre. qualis erat corꝺ oculis mētis. Vñ dñs aliqñ oñdit se dilectꝭ suis sub diuersis modis appendi. nō vt talis eē credat. ꝟ vt potius hoi manifestet ī ea forma in qua potest percipere. vel etiam vt poti⁹ occultet.

Aliȷ vero dicunt q sicut ibi species panis est. et non est ibi res cuius vel in qua sit illa species. ita est ibi fractio que non fit in aliqua re. quia nihil ibi frangitur. quod mirabiliter dei potentia fieri dicunt. vt fiat fractio vbi nihil frangit. Aliȷ tradunt corpus christi essentialit frangi et diuidi. et tamen integrum et incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex cõfessiõe berengarij. qui cõfessus est coram nicolao papa et pluribus episcopis. panem et vinum que in altari ponũt. post consecrationem non solum sacramẽtũ. sed etiam verũ corpus et sanguinem xpi esse. et sensibiliter non solum sacramento. sed in veritate manibus sacerdotuz tractari et frangi. et fideliũ dentibus atteri.

Opinio secũda.

Opinio tercia.

Confessio berengarij

Determinat questionẽ ppositam sm veritatem et propriam opinionem. c

Sed quia corpus christi incorruptibile est. sane dici pt fractio illa et partitio non in suba corpis. sed in ipa forma panis sacramẽtalis fieri. vt vera fractio et partitio sit ibi q̃ fit nõ in substãtia corporis. sed in sacramento. id est in specie. Ne aũt mireris vel insultes si accidentia videant frangi. cum ibi sint sine subiecto. licet quidam asserant ea fundari in aere. Est ibi vera fractio et partitio que fit in pane. i. in forma panis. Unñ apls ait Panis quẽ frangimus. qr forma panis ibi frangit et in partes diuidit. xps vero integer manet et tot9 est in singulis. Unde Aug. Quando xps manducat. vita mãducat. sed quis audeat manducare dñm suũ? et tamẽ veritas inuitans nos ad manducandũ ait. Qui manducat me. viuet pꝑter me. Nec occidit xps vt mãducet. sed mortuos viuificat qñ mãducat. reficit non deficit. viuit manducatus. qr surrexit occisus. nec qñ manducamus partes de illo facimus. et qdẽ in sacramento sic fit. Itẽ. Norũt fideles quõ manducẽt carnẽ christi. vnusqsq accipit partẽ suã. vnde et ipa gr̃a ptes vocãtur. p ptes manducat. et manet integer tot9. Per ptes manducat in sacro. [b] manet integer tot9 i celo. [c] manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicunt sacramenta. qr i eis aliud videt et aliud intelligit. Videt panis et calix. qd et oculi renunciant. qd aũt fides instruenda postulat panis est corpus christi. calix est sanguis. Ex his dat intelligi q fractio et partes que ibi vident fieri. in sacramento fiunt. id est in specie visibili. Ideoqz illa berengarij verba ita distinguenda sunt vt sensualiter nõ modo sacramento. sed in veritate dicat corp9 xpi tractari manibus sacerdotũ. frangi vero et atteri dentibus vere quidez sed in sacramẽto tm̃. Vera ergo est ibi attritio et partitio. sed in singulis partibus totus ẽ

j. Cor. x.

Aug. in sermone de vbis euãgelij

Joh. vj.

b c

Dñm s q in ista ostẽsione nulla fuit deceptio. Sensus eñ exterior formam videbat veram. interior nõ decipiebat s claudebatur. sicut dicit in lra. oculi eor tenebãt ne eum agnoscerẽt. et iõ ista nõ fuit deceptio. sed veritatis occultatio. et veritatẽ occultare nõ est mentiri. vnd nõ est simile in pposito. qr cum tactus apprehendit particionẽ et numer ptiuz sicut sensatum cõe et p se. et sensus cõis nec̃rio sequat ad cõpletã apphensionẽ sensus particularis. nõ posset h esse sine deceptione. et ideo qd inducit pro simili nõ est sile s dissimile.

2 b Manet integer totus in celo. Videt falsuz. Quia sicut aliqui dicunt adhuc dñi pꝑuciũ est in terra. et aliȷ dicunt se habere de sanguine dñi. nõ g totus est in celo. R9. dõm q in christo resurrexit totuz qd fuit de veritate hũane nature. et qd spectat ad decentiam. et iõ dr totus esse in celo. Qd g obiicit de pꝑucio. dõ. q vel nõ fuit de carne sm spẽm. s diuina dispensatiõe par de carne sm materiã ibi fuit vt daret vel i deuotionem sicut reliq̃e. et sic dicendũ est de sanguine. Vel aliquid fuit de veritate. et illud resurrexit cuz christo. et illud est in celo. et residuũ mansit. Aliqui tñ dicunt q circumcisi resurgẽt sine pꝑputio. qr illud signaculũ est ad decorẽ. Et si tu obiicias q totũ resurget. dicunt q verũ est totũ qd spectat ad esse vel pulcritudinem. et ideo non est instantia de pꝑucio. Quod aũt hor sit verius difficile est scire. tñ quocũqz modo dicat verum est q totus xps. i. pfectus q̃tũ ad esse et bene esse est in celo.

3

4 c Manet integer totus in corde tuo. Videt male dicere. qr corpus xpi nõ intrat cor tuum cũ sit q̃d corpale qr solus deus illabit aie. g si xps integrat ex aia et corpe. nõ põt esse in corde nec manere. R9. dõm q xps habitat in cordibus nostris nõ corpaliter sed spũaliter siue p fidẽ sicut dicit ad Ephe. iij. hinc est q xps dicit manere integer in corde. quia quantũcunqz species frangatur. cor fidele credit corpus xpi manere integrũ et illibatum. non q corpus sm veritatem animam ingrediatur.

Hiero. in sermone quodā d

christus. Unde Hiero. Singuli accipiūt xp̄m dn̄m. in singulis portiōibus totus est. nec p singulos minuit. sed integrū se p̄bet singulis. Item Hylari⁹. d Ubi ps est corporis. ibi est ⁊ totum.

Ostēdit quid ille partes significent. d

Quid aūt ptes ille significent. Sergius papa tradit inquiēs. Triforme est corp⁹ xp̄i. pars oblate in calicē missa. corp⁹ xp̄i qd iā surrexit mōstrat. ps comesta ambulās adhuc sup terrā. ps i altari usq ad finē misse remanēs. corpus iacens in sepulcro significat. qr usq in finē seculi corpa sanctoꝝ in sepulcris erūt. Et sic ptes ille mysticā tenēt significationē. ita etiā ⁊ fractio passionis xp̄i ⁊ mortis ē repsentatio. Un̄ ipe ait. Hoc facite in meā cōmemorationē. i. in memoriā passiōis ⁊ mortis mee. Nā ut ait Ambrosi⁹. Quia in morte xp̄i liberati sum⁹. hui⁹ in edendo ⁊ bibendo carnē ⁊ sanguinē memores esse debem⁹. Sed caueat quisq ne indigne pcipiat. qr iudiciū mādücat. Nō est eñi iste panis qui vadit in corp⁹. s panis vite eterne. q aīe nr̄e substātiā fulcit. Sic ḡ viue vt quotidie merearis accipe. nec accedas indign⁹. e Indignus est q aliter celebrat mysteriū q̄ xp̄s tradidit. vel q habēs mortale peccatū accedit. Ergo ⁊ si sint peccata quotidiana. vel nō sint mortifera. anteq̄ accedas dimitte debitorib⁹ tuis. Si dimittis. dimittit tibi. ⁊ sic secur⁹ accede. Panis eñi salutaris est nō venenū. Si ita accedis. spūaliter mādücas. Spūaliter eñi mādücat. qui innocentiā ad altare portat.

Luc. xxij.

Ambrosius.

j. Cor. xj.

Quis manducat indigne. e

d Ubi ps ē cor. ⁊c. 5 Videt̄ s̄m hec Hylarij verba. q̄ cū plures sint ibi partes. q̄ xp̄s sit ibi pluries. ⁊ cū infinite. infinities. qd n̄ videt̄ esse cōueniēs. R⁹ dicendū ad hoc dicūt aliq̄ q̄ corp⁹ xp̄i est in illa specie semel tm̄. ⁊ tamē cōcedunt esse infinities q̄tum ad modū. ⁊ ponūt exemplū in figura incisionis q est i cera vna ⁊ semel. qr vna imago pōt fieri ex frusto vno cere. ⁊ tm̄ infinitis modis pōt formari. Nā in qualib3 pte cere est ocul⁹. ⁊ i qualibet est man⁹. ⁊ in q̄libet est caput. Debet eñi in cera eē quicq̄d man⁹ artificis potest facere. Et ad h̄ est autoritas p̄bi in. vj. p̄ncipiis qui dicit q̄ in huiusmōi formis esse ē a nā. formari vo ab actu. Et ad hoc etiā ē autoritas Hiero. sup plogū biblie. mollis cera ⁊ ad formandū facilis. etiā si artificis man⁹ cesset. tm̄ virtute totū est quicq̄d pōt esse. Sed licz exemplū illud aliquid videat̄ sufficienten⁹ habere silitudinis. plus tm̄ habet dissilitudinis. qr tota imago nō est in qualibet pte cere sicut in tota cera. hic autē quātūcūq parua ps signet̄. tantū est quātum est in hostia tota. Preterea quicq̄d dicatur ibi esse a natura. nunq̄ ē in actu nisi ars faciat. est tm̄ in potētia. Et ideo dicit Hieronym⁹ q̄ totū est v̄tute. hic aūt totus xp̄s in qualibet pte hostie. Ideo dicendū alit̄ q̄ corp⁹ xp̄i cū sit in sacramēto non quasi in loco sed 6 vt in signo. nō tm̄ signāte sed etiā ꝯtinēte veraciter. ⁊ ratio ꝯtinētie nō discedat a rōne sacramēti. sicut q̄libet ps pōt significare ⁊ sign̄t sicut totū. sic quelibet ps sign̄t ⁊ cōtinet totū. ⁊ q̄m quātūcūq ptes significēt. tm̄ vnum sunt cū toto. vnū inquā signū nō plura nisi diuidant̄. hinc est q̄ cū semel cōtineāt. ⁊ xp̄s totus semel ꝯtinet̄. nō potest inueniri exemplū in corpalib⁹. imo poti⁹ inueniret̄ ꝯtrariū. Sed exemplū querendū ē in spūalib⁹ nō qr corp⁹ xp̄i nō sit vere corp⁹. sed modū essendi habet ibi supra naturā corpoꝝ. Sicut ḡ in vnico corpe est vnica aīa. ⁊ tm̄ in singulis mēbris existēs tota. ⁊ est semel. qr vnū est ꝑfectibile. sic ⁊ corp⁹ xp̄i semel tm̄ in vno est sacramēto. e Indignus est q aliter celebrat mysteriū q̄ xp̄s tradidit. Videt̄ male dicere. qr oēs aliter 7 celebram⁹. cōstans eñi est q̄ xp̄s nec tot orōnes nec tot crucis sign̄tiones fecit. quot nos faciam⁹. Si tu dicas q̄ hoc intelligit̄ q̄tū ad ea q̄ sunt de subā sacramēti. Querit̄ q̄re ecclīa addit istas solēnitates. ⁊ tot crucis sign̄tiōes. R⁹ dicendū q̄ quedā spectāt ad hui⁹ sacramēti necessitatē ⁊ itegritatē. ⁊ talia xp̄s p se tradidit. Quedā ad solēnitatē ⁊ hec ecclīa supaddit. hec aūt nō sunt diminuētia sed saluātia illa q̄ sunt de integritate sacramēti. ⁊ ideo nō aliter celebrat sed ita seruat. Si q̄s vo vitaret formā xp̄i vel ea q̄ tradita sunt ab ecclīa. mutaret vtiq. ⁊ talis esset indign⁹. ⁊ de tali loquit̄. Ad illud qd querit̄ quare ecclīa addit hmōi solēnitates. dicēdū q̄ additio harū solēnitatū est p excitanda deuotiōe. ⁊ artāda intentione. est etiā tercio ꝓpter exp̄ssiōnē significationē. Un̄ addunt̄ orōnes ad excitandā deuotionē in sacerdotib⁹. ⁊ ad docendū q̄d debeāt petere. Unde sicut institute sunt hore canonice ne ꝓpter negligentiā ptrāseat hora in q̄ nō laudet̄ deus. ⁊ vt popul⁹ accendat̄ ad deuotionē. sic ⁊ in ꝓposito est intelligendū. Propter intentionē vo fiūt crucis signatiōes. vt sacerdos actu cor 8 dis ⁊ manuū ꝯuertat̄ supra sacrm̄. ideo q̄n nomiat sign̄t ꝓpter exp̄ssiōnē significationē. Ille eñi cruciū signationes q̄ ibi fiūt. q̄ sunt. xxv. ⁊ fiūt in. vij. vicib⁹. significāt exp̄sse passionē xp̄i sicut tradit innocēti⁹. In p̄ma vice fiūt ter ad significandū trinā traditionē xp̄i. s. a deo. iuda. ⁊ iudeo. In secūda vice fiūt q̄nquies ad significādū v. ꝑsonas q̄ in traditiōe xp̄i fuerūt. s. ꝑsonā traditi. tradētis iude. ⁊ ementiū qui fuerūt tres. s. pōtifices. scribe. ⁊ pharisei. In tercia fiūt bis ad significandū ꝯuersionē duplicꝭ elemēti. s. panis ⁊ vini. In q̄rta fiūt q̄nquies ad significandū q̄nq plagas. In q̄nta fiūt bis ad significādū vincula quib⁹ corp⁹ fuit ligatū. ⁊ flagella q̄bus sanguis effusus. In sexta fiūt ter ꝓpter crucifixionē factā in linguis iudeoꝝ. q̄n ter dixerūt crucifige eum. In septia q̄nq. ter de corpe sup calicē. ⁊ bis a laterē. vt significent̄ tres cruciat⁹. s. passiōis. ꝯpassiōis. ⁊ cōpassiōis-

z ꝓpter aquā z sanguinē que de latere xp̄i fluxerūt. Hec oīes sunt .xxv. qui est numer⁹ cubitus. vt designet ꝙ quātūcūq; multiplicet̄ sacrificiū. semꝑ est vnū. z sic patet ꝙ nihil vacat a mysterio.

D intelligentiā hui⁹ ptis tria ꝑncipalit̄ que-
runt̄. Primo de existētia specierꝫ sine accidē-
tiū sine subiecto. Secūdo de actiōe ipaꝝ siue
trāsmutatiōe. Tercio de fractione. Circa primū que-
runt̄ tria. Primo querit̄ vtrū sit possibile ꝙ accidēs
sit sine subiecto etiā ꝑ miraculū. Secūdo vtrū sit con
gruū. Tercio vtrū sit verum. siue verificet̄ in hoc sa-
cramento.

Questio .j. a

Q accidētia sit possibile esse sine subiecto. sic ostē-
dit̄. Basili⁹ in exameron. cū eñ deus possit plus fa-
cere ꝙ̄ intellect⁹ intelligere. z intellect⁹ intelligat acci-
dens ꝑter subiectū. ergo deus pōt hoc facē ꝙ accidēs
sit sine subiecto. Cōtra. ꝑ miraculū non pōt separi
a diffinitiōe diffinitū vl' a ptib⁹ diffinitiōis. vn̄ nō pōt
fieri ꝙ aliq̄d sit homo. z nō sit animal rōnale et mor-
tale. sed accidēs habꝫ diffinin ꝑ subiectū. ergo nō pōt
ꝑ miraculū esse sine subiecto. Itē accidens habet
diffinin ꝑ compatione ad subiectū. z in cōpatione ad
suā opatione. z cōstat ꝙ prior est compatio accidētis
ad subiectū ꝙ̄ ad cōpatione. quia ab illo recipit esse.
Sed nō pōt aliquod accidēs separi a diffinitione in
compatiōe ad actū ꝑ miraculū. vnde non pōt fieri ꝙ
sit albedo. z ꝙ nō sit color disgregatiuus visus. ergo
nec a diffinitiōe subiectū potest separi per miraculū.
Itē sicut se habet esse ad ens. ita inesse ad inherēs.
q2 accidentis esse est inesse. sed esse non pōt separi ab
ente. vt sit ens z nō sit. ergo nec inesse ab inherente. ꝗ
cum accidēs sit inherēs. impossibile ē ꝙ sit z nō insit.
Itē facere ꝙ nō aliquid nō pticipans rōnem alicu
ius. fiat pticipans est hoc transmutare in illud. Sed
ratio substātie est ens ꝑ se. si ergo accidētia ꝑ miracu-
lū fiant entia ꝑ se. hoc est facere ꝙ sint sube. ergo spe-
cies ille fiūt sube. cuꝫ ꝗ sint accidentia. illud constat.
simul ergo sunt sube z accidētia qͦ nequaq̄ capere
pt intellect⁹. Itē eadē ē oppositio distātiū specierꝫ
que est differētiaꝝ sicut patet. q2 que est oppositio ho
minis ad asinū. eadē rōnalis ad irrationale. Rursus
sicut opponit̄ asinus homi. sic oppnit̄ rōnali. vnde si
cut non pōt fieri ꝙ idem sit homo z asinus. ita ꝙ nec
sit asinus z sit rōnalis. ergo a simili imo multo forti⁹
nō pt fieri ꝙ idē sit accidēs z ens ꝑ se, sicut nec ꝙ idē
9 sit suba z accidēs. Rᵒ dicendū ꝙ ꝑ miraculū potest
fieri ꝙ accidētia sint sine subiecto siue suba. cum enꝫ
differant ꝑ essentiā. pōt deus sine omni incōueniētia
ꝑ virtutē suā illa separe. Ad rōnes ad oppositū re-
spondēt quidā ꝙ esse ꝑ se z esse in alio dicūt rationeꝫ
substātie z accidentis quo ad modos ꝯñtes qui sunt
inseparabiles s̄m potentiā naturalē. z io ꝑ hmōi habēt
notificari. q2 oppositiōes currūt quo ad rōnes dicen-
tes essentiā. Similit̄ de oppositiōe quo ad differētias
essentiales. Potest tñ dici alit̄ ꝙ est accidēs vt ē acci-
dens. z est accidēs s̄m species siue differētias specia-
les. Nā inq̄tū compat̄ ad sbiectū habꝫ dici accidēs.
inq̄tū ad opatione habet dici hoc. Notanduꝫ igit̄ ꝙ
sicut compatio accidētis ad opatione est dupliciter.
scꝫ s̄m actū z s̄m aptitudinē. ita etiā ad subiectū. Cō-
patio vͦo accidētis ad ꝓpriā opatione s̄m aptitudinē
est essentialis z inseparabilis. vnde nō potest esse ꝙ sit
albedo. z nō sit visus disgregatiua. Cōpatio s̄m actū
cōsequit̄ essentiā. vnde posset accidēs separi ab actu-
ali opatione. vnde albedo nō semꝑ disgregat. Sic di-
cendū ꝙ compatio accidētis ad subiectū s̄m aptitu-
dinē ē essentialis. z hꝫ nūq̄ ꝑuat̄ ab accidēte. nec ab illis
speciēb⁹. verū est tñ dicere ꝙ sunt nate esse i sbiecto.
Cōpatio vͦo actualis ꝙ̄uis semꝑ insit actu s̄m natu-
ram. tamē sequit̄ essentiā. z ideo ab isto pōt separi si-
ne aliquo incōuenienti potentia supra naturā. his vi-
sis patet rñsio ad obiecta. Q2 eñ obycit̄ ꝙ diffini 10
tū nō potest separi a diffinitiōe. dicendū ꝙ nomina in
diffinitiōe posita similit̄ z verba dicūt interdū apti-
tudinē nō semꝑ actū. z ideo dico ꝙ accidēs ꝙ̄uis nō
sit in subiecto nō tamē separatur a sua diffinitiōne. imo
ei ꝯuenit. q2 aptū est esse in subiecto. Patet etiā rñsio 11
ad sequēs de opatione. quia si illa diffinitio intelligat̄
s̄m actū est separabilis. si s̄m aptitudinē. neutra ē sepa
bilis. Ad aliud qͦ obycit̄ de esse. dicenduꝫ ꝙ non 12
est simile. q2 esse dicit actum entis absolute. sed inesse
actū accidētis in compatiōe ad rem alteri⁹ generis. z
q2 res alterius generis diuersa est. pōt circūscribi in-
tellectus eius a re illa siue separi. non sic esse ab ente.
Ad illud qͦ obycit̄ de substātia. dicendū ꝙ acci- 13
dentia illa nunq̄ pticipant rōnem substātie. nā sub-
stātia dicit̄ res ꝑ se existēs. ita ꝙ nata est ꝑ se existere
z nullo mō in alio. hoc autē nullo mō ꝯuenit illis ac-
cidentib⁹. imo nata existere sunt in alio. Ad illud 14
quod obycit̄ de oppositiōe. dicendū ꝙ differētie de-
bēt dicere aptitudinē sicut z diffinitiōes. si ꝗ accipiant̄
s̄m aptitudinē naturalem. ens per se. i. quod natum
est esse ꝑ se. similit̄ ens in alio. i. qͦ natū est esse i alio.
sicut accidēs nunq̄ pticipat nomē substantie. ita nec
differentiā dicto mō. Dicitur autē accidēs ens per se
q̄tū ad actū. z sic nō dicit differentiā essentialem. sed
modū ꝯsequētem essentiā. z in talibus differētijs nō
tenet obiectio.

Questio .ij. b

Utrum cōgruat ꝙ in hoc sacramēto sint spēs sine
subiecto. Et ꝙ nō sit incōueniēs imo cōueniēs patet.
q2 si ibi esset subiectū. nequaq̄ tanta esset dependētia
specierꝫ ad contentū sic est. z ita nunq̄ esset signū ita
ductiuū. Contra. min⁹ incōueniens est corp⁹ non
glorificatū simul esse cum glorificato ꝙ̄ accidens esse
ꝑter subiectū. Si ergo corpus glorificatū esset simul
cum pane. multo min⁹ esset incōueniēs ꝙ̄ accidentia
esse ꝑter subiectū. z magis credibile. ergo magis con-
gruebat accidētia manere in sbiecto ꝙ̄ separe. Itē
accidentia illa ducūt ad intelligendū ꝙ ibi sit substā-
tia panis. q2 sunt ꝓpria accidētia panis. z signa sub-
stātie. ꝗ in hꝫ sacro cū sit suba ē aliqua falsitas. Sꝫ nō
decet in sacro veritatis esse falsitatē. ergo zc. Item
ope miraculi nō debet fieri ꝑiudiciū nature rei. Sed
cū res ponit̄ in loco q̄ sue nature nō ꝯuenit (ꝙ̄uis sit
nobilior) tñ fit ei ꝑiudiciū. vt si vermis poneret̄ i celo
vel pes in scapulis. ergo silr̄ qñ dat̄ ei ꝓprietas q̄ na-
ture sue nō ꝯuenit. sed esse sine subiecto est ꝓprietas
nullo mō cōueniēs nature accidētis. ꝗ nō cōgruit hꝫ
ꝑ miraculū sibi dari. Itē infirmior ē intellect⁹ ad
credendū ꝯtrariū ei⁹ qͦ sentit. ꝙ̄ sensus ad recipien-
dū aliqͦ occurribile sibi. nā sensus hoc pōt sine grā.
sicut patet in eo qui comedit medicinā. ꝗ intellectus
nō. ꝗ nō dꝫ fieri aliq̄d i solaciū minoris infirmitat̄ qͦ
fiat in ꝑiudiciū maioris. Si ꝗ velatio accidētiū occul
tat intellectui qͦ ibi ē. nullo mō ꝯuenit ibi accidētia

15 remanere. Rº dicendū q̄ cōgruit ibi accidentia remanere sicut dicit Hugo In solacium sensus ⁊ in fidei meritū. Dū enī videt verū corpus carnis. ⁊ fides magis meret credendo qd nō videt. ⁊ sensus libenti⁹ recipit. Cōgruū aūt est q̄ sola remaneāt sine subiecto ꝓpter efficaciorē significationē. qr efficacius ⁊ pfecti⁹ ducūt in signatū. cū nō habeat ibi stabilēs p naturā. Propter cōuenientē cibationē. qr cū iste cibus ē spiritualis. ideo oportet aīaʒ sublevari a carnalitate sensus p fidē. ⁊ a carnali dilectiōe p charitatē. ⁊ ideo nō debuit ibi remanere panis mālis ꝓpter fidei ꝓmotionē. Dū enī subleuat intellect⁹ ad intelligendū qd ē supra naturā. s. accn̄a esse sine subiecto. fit abilior ad credendū qd est supra sapīm. q̄ totus xp̄s sit i tā pua hostia. Quarta ratio ꝓpter diuinoꝝ opeꝝ pfectionēʒ

16 q̄ debet in hoc sacramēto reperiri. cū sit pfectissimū. Et attendit duplex pfectio in hoc sacr̄o. prima est in hoc q̄ accidētia accipiūt modū nobilissimū essendi. s. esse p esse. ⁊ in h̄ q̄ sub̄a illa q̄ suberat cū esset mālis ⁊ corruptibilis. trāssubstātiat in substantiā sive in corpus spūale ⁊ incorruptibile. ⁊ in corp⁹ diuinitati ꝯiunctū

17 ⁊ gloriosum. Ad illud ḡ qd obiicit q̄ min⁹ est incōueniens. dicendū q̄ hoc nō est incōueniēs isti sacr̄o

18 imo valde cōueniens. Ad illud qd obiicit de falsitate. dicendū q̄ nō est ꝯsentiēdū sensui sed fidei. ⁊ io

19 nihil oīno falsitatis ē ibi sed veritatis. Ad illud qd obiicit q̄ nō debet fieri p̄iudiciū nature rei. dicendūʒ q̄ duplex est ordo rerū. vn⁹. s. vniuersalis. ali⁹ pticularis. qui debet isti rei vel illi. Dico igit q̄ p miraculū nō debet fieri aliqd p̄iudiciū ordini vli. ⁊ si pes esset i capite essʒ i p̄iudiciū toti corpi. silr̄ nec q̄ sit i p̄iudiciū toti⁹ vniuersi. Sed licʒ alicui⁹ rei nā̄ melioret. ⁊ statū recipiat mag̃ nobilē q̄ nature sue cōpetat. dūmō fiat ordinatio ꝯueniēs ꝓm ordinē vniuersi. ꝯueniēter fit. ⁊ sic est in ꝓposito. qr hoc ordinat ad hominis vtilitatē Ad dicendū q̄ cōpetit nature vniuscuiusqʒ rei obedire creatori. ⁊ illud est cōueniēs sue nature qd creator iusserit. qd si pus nō sit ꝯueniēs. postea fit cōueniens.

20 Ad illud qd obiicit de infirmitate intellectus dicendū q̄ hoc verū est si nō daret aliud medicamētū ipi. ⁊ hoc est gr̄a fidei qua fortificat intellectus ad credendū sine dubio qd nō videt.

Questio. iij. c

Utrum sit verū accidētia ibi esse sine subiecto. ⁊ q̄ nō videt. qr mouere ⁊ opari debet substātie q̄ est hoc aliqd. sed accidētia illa habēt mouere ⁊ opari in substantia. ḡ sunt in sub̄a. Itē nullū accidēs extendit nisi in mā̄. qr ois forma de se simplex ē. Sed cōstat q̄ accidētia illa habēt extensionē. ⁊ maiorē possunt hr̄e. ergo sunt in mā̄. Itē miraculū nō aufert opatōeʒ. sed albedo est lux incorpata. cessante ḡ mā̄ corporali manet pura lux. ergo albedo p se debet mouere visū.

Cōtra. omne accidēs qd est in subiecto aliquo denomiat illud vel simplicit. vel ꝓm quid. Sed hoc nō faciūt ille spēs. qr nec denomiant panē. nec corp⁹ xp̄i. nec aerē. ergo ⁊c̄. Itē accidētia nālia nō ꝯsequunt materiā ꝓm essentiā. sed solum ꝓm esse vt forma cōpletiua. nec aliter materia est accidentiū subiectū. sed materia nō est ibi sub forma panis. hoc cōstat. sed sb̄ forma sub̄ali carnis. sed tales proprietates non sunt nate esse in carne xp̄i. ergo ⁊c̄. Item quādocūqʒ in aliq̄ mutatione saluat accidens ꝓm esse qd habet in subiecto. necesse est q̄ sit cōueniens ei qd mutat. ⁊ in quod mutatur. vt si de aere fiat ignis. manet calidūʒ. sed panis cōuertit in corp⁹ xp̄i. ⁊ calor ⁊ sapor ⁊ odor sunt cōtraria vtrisqʒ. ergo vel nō manent. vel non remanēt in subiecto. sed manēt. ergo sunt sine subiecto.

21 Rº. aliq̄ voluerunt dicere q̄ species ille erāt in aere circūfuso. Sed illud manifeste falsum est. tū ꝓpter h̄ q̄ nō denomiant accidētia aereʒ circūiacentē. tū etiā quia impossibile est accidēs trāsmutare subiectū. Si ergo nō fuerūt in pane. nō possunt esse in aere. ⁊ iterʒ aere mutato transferunt de vno loco ad aliū. Itē locum replent ⁊ aerem expellunt. sed nullū locatum compatur ad locū vt ad suum. ⁊ nullū accidēs expellit subiectū ꝯrarium. ꝓpter hoc ⁊ his silia cōiter tenent magistri q̄ accidētia sunt ibi sine subiecto.

22 Ad illd quod obiicit de opationibus. dicendū q̄ quedā sunt ibi opationes naturales. quedā supra naturā. quedā partim sic. ptim sic. ⁊ ideo ex opationib⁹ nihil potest cōcludi. sed q̄ opationes sunt ibi naturales infra patebit. Attamē sicut miraculū est q̄ accidētia sunt sine subiecto. ita miraculū est vt opent per se.

23 Ad illud qd obiicit de extensione. dicendū q̄ quātitas formaliter loquēdo habet extensionē d̄ natura sui generis. vnde nō saluat quātitas nisi etiā extensio. sed tamen causaliter habet a substātia. ⁊ ideo qr esse quātitatis ⁊ natura oriū habet a substātia. Sed diuina virt⁹ facit q̄ sit quātitas nature ⁊ sine substātia. ⁊ faciendo necesse est extensionē saluari sine materia. ⁊ hoc miraculi est nō nature.

24 Ad illud qd obiicit d̄ albedine q̄ est lux incorporata. pōt respōderi dupliciter. Primo q̄ non est in actu sed in potentia. ⁊ ideo adhuc cessante corpore manet adhuc in potētia. Secūdo qr omino nō cessat corpus. imo q̄uis cesset substātia. manet tn̄ dimēsio. supficies. ⁊ terminatio. ⁊ ideo albedo ꝓm illū actū quē prius habebat.

Qantū ad secūdū articulū. s. de actione ⁊ mutatiōe illoꝝ accidentiū querunt simili tria. Primo querit vtrū illa accidētia possint cōuerti in alimentū. Secūdo vtrū possint alias species sive naturas cōuertere in sacramentū. Tercio vtruʒ aliquas opationes habeāt p naturā. an aliquas habeant p miraculū.

Questio. j. d

Utrū species ille sive accidētia possint conuerti in alimentū. Et q̄ sic videt p textū et glo. j. ad Cor. xj. vbi dicit. vnusquisqʒ cenā suam p̄sumit ad mādu candū. ⁊ alius quidē esurit. alius aūt ebrius ē. Et glo. hoc exponit de diuitib⁹ q̄ offerebāt panē ad ꝯsecrandū in magna abundātia ⁊ aliis nō dabant. ergo si panis ⁊ vinū non solum reficere poterant. verūetiā inebriare post cōsecrationē. ergo in alimentū cessere. Item sicut calor ignis ordinat ad ꝯuertendum in cinerem illud qd offertur in pabulū. sic calor naturalis ad cōuertendū in carnē ⁊ sanguinē. sed species proiecta in ignem comburit ⁊ cōuertit in cinerē agente exteriori colore. ergo pari ratiōe in sanguinē pōt ꝯuerti agēte calore interiori. Item sicut putrefactio ordinat ad generationē vermis. sic digestio ad generationem humoris ⁊ etiā carnis. Sed species ille cōuertunt in vermes si putrefiant. sicut experimēto patet si quis ꝓbare vellet. ⁊ credo q̄ p negligentiā aliqū cōtingat. ḡ pari rōne in carnē. Itē hoc ꝓbatur deducendo ad incōueniēs duplex. Primū q̄ illud sacr̄m est in p̄iudiciū nature. qr quotiēs fit trāssubstātiatio. perit cib⁹ nālis irreuocabilit. ergo nullo mō cōuertit in aliquid.

q̄d natū est ab cibare. Secūdū incōueniēs est ꝙ illud sacramentū si est ita. est in p̄iudiciū fidei. si eīn accidē tia nō habēt opatione substātie. deprehendi pōt illud sacramētū sensibili experimento. ⁊ ita meritū fidei euacuari. sed vtrūq; hoꝝ est maximū incōueniens. ⁊ contra illud sacramentū. cum sit in meritū fidei institutū. Sed ɔtra. ex eisdē nutrimur ex quib⁹ sumus sicut dicit p̄hus. sed nō sum⁹ ex accidētib⁹ sed ex substātijs. ergo cū species ille sint accidētia. patet ꝙ nō nutriūt. Si dicas ꝙ miraculose ɔuertunt̄ in substantiā. Contra. si ɔuertunt̄ in substantiā. cū sint multa accidētia. ergo in multas substātias debēt ɔuerti. ergo quot accidētia sunt ibi. tot substātie debēt generari. Si tu dicas ꝙ quātitas cōuertit̄ in substantiā. que est aliorū fundamentū. ergo si ɔuertit̄ in substantiā desinit esse quātitas. ḡ desinit esse. Sed omne alimentū auget p̄ naturā quāti. ḡ illud alimētū nō poterit augere. Illō etiā alimētū generatū carebit quātitate q̄d ē impossibile. Itē sacramentū istud est cibus spūalis. ⁊ ideo etiā est vna ratio cōgruitatis quare substātia transit ne querat̄ refectio corpalis. ergo si ob hanc trāseunt. nō videt̄ ꝙ vltra remaneat illa virtus. Item si cibus est corpalis. ergo sacerdos q̄ cantauit vnā missā non poterit cantare aliam. quia frangit ieiuniū. quo fracto licitū non est cantare. Unde iudicit̄ sacerdotibus vt eo die quo plures missas cantare debēt. in prima non faciant purificationē. q̄d si ita esset ꝙ species iste alerent. nulla videret̄ esse hec institutio. Item h̄ p̄bat̄ autoritate Ambrosij qui dicit de h̄ sacramēto ꝙ nō est cibus ventris sed mētis. Sed si cōuerteretur in alimentū. esset cib⁹ ventris. ergo ⁊c. Rͦ dicendū ꝙ circa hoc duplex fuit opinio. Aliqui dixerūt ꝙ accidētia illa nō reficiūt. nec ɔuertunt̄ i alimentū. quia nec accidētia possunt. nec huic cōpetit sacramēto. cum species habēt odorē ⁊ saporē. ⁊ odor q̄uis sit accidens. tn̄ imutando aera cerebrū inebriat. sicut pꝫ ꝙ multi inebriant̄ ex odore vini. ⁊ sic dicūt intelligēdū esse verbū apl̄i ⁊ glo. Sed q̄m manifeste apparet in cōbustione specieꝝ ꝙ resoluūtur in cineres. ⁊ si nō alerēt nō appareret quō hoc sacramentū latere posset. imo necesse esset dep̄hendi. ideo cōmunior est opinio ꝙ ꝑcipiens sacramentū alitur ⁊ nutrit̄. et illud satis p̄bari pōt ad sensum. Manifestū eīn est ꝑcipienti ꝙ p̄ sumptionē vini siue illi⁹ speciei sitis extinguit̄.

25 Ad illud aūt q̄d obijcit̄ in contrariū ꝙ alimentū est substantia. diuersimode respondet̄ a diuersis. Aliqui eīn dicūt ꝙ virtute supra naturā accidētia cōuertunt̄ in substantiā. Ille eīn qui virtute increata potēs est supra naturā accidētia illa sustentare sine materia. ille virtutē dat vt desinētibus ꝓprietatibus nō in nihil s̄ in substantiā ɔuertant̄. in quā cōuerteret̄ ip̄a panis substātia si adesset. ⁊ hoc dicūt ip̄m sacramentū exigere ne dep̄hendat̄. ⁊ fides amittat meritū. ne etiā sacramentū faciat aliq̄d nature p̄iudiciū. Et si tu obijcias. ꝙ inceneratio nō est a virtute supra naturā sed naturali. Similit̄ nec inebriatio nec combustio. imo sūt a virtutib⁹ naturalib⁹. maxime cū fiant ab exteriori virtute. fiant nihilominus successiue. terminant̄ etiā ad rem min⁹ p̄fectā. ip̄i dicūt ꝙ ibi est potētia actiua. et potentia passiua. potētia agens est naturalis. sed potentia passiua in accidētibus est supra naturā. q̄tum ad hoc. s. vt in substantiā cōuertat̄. Nam residuū q̄d fit ante conuersionē. ⁊ q̄d fit p̄ conuersionē. totū pōt esse a potentia naturali taꝫ agente q̄ꝫ patiente. Et hij dicunt ꝙ primū accidentiū cōuertitur in substantiā. nō quia de quātitate fiat substātia tm̄. sed q̄z fit quāta. Et hec opinio satis ē p̄babilis. Aliorū opinio est. ꝙ suscipiens species alitur. nō q̄z accidētia in substātiā cōuertant̄. sed quia substātia reuertit̄ que prius ibi fuerat. vt sicut in alijs miraculis ⁊ opationib⁹ dicitur ꝙ in p̄iacentē materiā resoluūtur ⁊ redeūt. sicut dicit̄ de columba ⁊ stella ⁊ cōsimilibus. Sic etiaꝫ dicunt ꝙ sicut panis conuertitur in corpus et fit sacramentum. sic peracto officio sacramenti exquo desinit esse sacramentū desinit ibi esse corpus christi. ⁊ ideo sicut mirabiliter p̄us substantia panis ɔuertit̄. ita etiā miraculose reuertitur. Et ista fuit positio Innocentij in libro suo quē fecit de ecclesiasticis officijs. vbi dicit in li. iij. c. de fractiōe. Si ergo querit̄ quid a mure comedit̄ cum sacramentū corrodit̄. vel quid incinerat̄ cum sacramentū cremat̄. Rͦ dicendū ꝙ sicut miraculose substātia panis cōuertitur in corpus dominicū ⁊ incipit esse sub sacramēto. sic ip̄m quodāmō miraculose reuertitur cū ipsum ibi desinit esse. Hūc aūt modū dicendi credo p̄babilem ⁊ securuꝫ. maxime cū tāti viri habeat autoritatē. Caueat tamē quisq; qualiter intelligit. q̄z in hoc secretū fidei latet. Et s̄m hāc positionē patet rn̄sio ad questionē. Concedendū eīn est ꝙ recipiens hoc sacramentū alitur ⁊ nutrit̄. nō q̄z accidētia in substantiā conuertant̄. sed q̄z aliquid cōuertitur in substantiā comedētis. nō inquā accidens sed substantia. ⁊ sic nō est ɔtra illud philosophi. ꝙ ex eisdē nutrimur ex quib⁹ sumus.

26 Ad illud q̄d obijcitur ꝙ est cibus spūalis. dicendū ꝙ illud verū est q̄diu saluat̄ ratio sacramēti. nō eīn cibat spūaliter nisi inq̄tum sacramentū. q̄z ad cibationē spiritualem est ordinatū. cū ergo incipit cibare desinit esse sacramentū. ⁊ ita patet ꝙ ratio illa bona est. Cum eīn nō sit ibi q̄diu est sacramentū nisi corpus xp̄i verū. ⁊ hoc non alit corpaliter. ⁊ accidētia ⁊ hec sil̄r nō alūt. ideo sacramentū recte dicit̄ spiritualis cibus. q̄uis recedēte ratione ⁊ officio sacramēti cibus corpalis incipiat esse sicut fuerat ante.

27 Ad illud quod obijcitur ꝙ soluit ieiuniū. dicendū ꝙ non soluit. tum quia sacramentū dum sumit̄ nō est cibus corporalis. tum etiā ratione corporis xp̄i interius cōtenti qui tm̄ est cibus mētis. ⁊ ideo nō est simile de vino q̄d recipit̄ ad purificationem. ⁊ ideo patet illud. Patet etiā sequēs. Ambrosi⁹ eīn loquit̄ de corpore xp̄i. ⁊ hoc est tm̄ cibus mentis non ventris. Uterq; p̄dictoꝝ modoꝝ dicendi satis p̄babilis videt̄. nec facile est improbare. quia sancti nō multū de hoc loquūtur. nec rationi hic multū innitendū est. quia vtraq; opinio fundat̄ hic supra miraculū ⁊ potentiā opantem supra naturā. Quis aūt scit vtrum deus sic vel sic faciat. cum vterq; modus dicendi satis sit rationabilis. nec videt̄ oīno improbabile ꝙ aliq̄d accidens in substantiā conuertat̄ in hoc sacramēto. cum accidens hoc subsistat sine subiecto. Nec videt̄ improbabile ꝙ sicut substantia panis cōuertit̄ ita reuertat̄. Cum eīn in substātie panis cōuersione corpus xp̄i non generet̄ nec fiat. sed tm̄ de illis speciebus esse incipiat sicut tenet fides recta. q̄s audeat hoc tanq̄ꝫ irrationabile repudiare. cuꝫ corpore xp̄i non corrupto sed desinente esse sub speciebus. substantia illa que sustentabat accidētia reuertat̄. cū accidentia illa non sint ob aliud sine subiecto nisi ad dignitatem ⁊ p̄sentiam cōtenti. Vel si queras vtrum sit creatio vel generatio. vel alia mutatio. sane pōt

dic q̄ sicut cōuersio ē mutatio singularis. sic 7 reuer-
sio. Quicq̄d eciā hoꝝ dicat̄. dū tñ non asserat̄ ptina-
citer. nullū est ibi piculum. solū hoc caueat̄ ne nr̄e ca-
pacitatis intelligētia totaliter in obsequiū captiuet̄.

Questio. ij. e

Utrum accidētia habeant vim cōuertendi alia in
sacramentū. vtpote cū vino consecrato apponat̄ aq̄.
Et q̄ sic videt̄. q2 equalis vel maioris virtutis est cō-
secratio in hoc sacro q̄ benedictio in aqua. ſ aqua be-
nedicta iuncta aque nō benedicte facit totā esse bene-
dictā. vinum ergo nō ɔsecratū fit cōsecratū. ergo 7c.
Item qñ apponit̄ aqua vel vinū species ille occu-
pant maiorē locum. ergo sanguis xp̄i est sub maiori
specie. sed sanguis xp̄i nō est in maiori loco nisi quia
aliquid in ip̄m cōuertat̄. ergo illud qđ apponit̄ con-
uertit̄ in ip̄m sanguinē. ergo species q̄ est sacramentū
aliq̄d in sacramentū cōuertit. Item hoc ostendit̄
rōne. q2 accidēs cum substātia nō occupat maiorē lo-
cum nec facit maius. similit̄ nec corp9 glorificatū cuꝫ
nō glorificato. ergo in calice nō est nisi substātia san-
guinis glorificati siue corpus xp̄i 7 accidēs. ergo si il-
lud qđ apponit̄ manet in substātia. videt̄ q̄ in eodeꝫ
loco esse possint ita q̄ non occupet maiorē locum. qđ
est manifeste falsum vt patet inspicienti. Restat igit̄ vt
illud qđ apponit̄ nō saluet̄ in rōne substātie. sed solū
speciei sicut species q̄ est ibi. ergo necessario est ibi cō-
uersio. Itē si apponat̄ alius liquor vt aqua i ma-
gna quātitate. totū cōuerteret̄ in substantiā aque. ita
q̄ vere est aqua. ergo pari ratiōe si ita parū ibi appo-
natur q̄ species p̄dominet̄. videt̄ q̄ cōuertat̄ in vinū
sacramentū. cū nō cōsecratū nō plus possit supra cō-
secratū q̄ ecōuerso. Itē hoc ip̄m ostēdit̄ ꝑ impossi-
bile. quia qñ apponit̄ vinū in aqua fit vna superficies.
ergo ꝗ aut illa superficies ē i sbiecto aut sine sbiecto. Si
i sbiecto. ꝗ si modicū quid apponat̄ desinit esse sacra-
mentū. Si sine subiecto. ergo totū est sacramentū. Si
sine subiecto 7 in subiecto. ergo duo ɔtradictorie op-
posita sunt vera de eodē qđ nunq̄ fit. Si dicas mihi
q̄ ꝯm vnā est i subiecto. 7 ꝯm aliā extra subiectū. Cō-
tra. esto q̄ apponat̄ aqua. 7 misceant̄ vsq3 ad mini-
ma. tūc nō est assignare diuersas ptes. ergo necesse ē
q̄ saltē tūc cōuertatur. Cōtra. nihil cōuertit̄ in san-
guinē nisi ꝑ trāssubstātiationē. sed virtus trāssubstā-
tiandi non est in elemēto sed in verbo. ergo quātūcū-
q3 addatur elemētū aliud speciei nō fit trāssubstātia-
tio. ergo manet substātia cū accidētib9. ꝗ nō cōuertit̄
in sacramentū. Itē si ɔuertitur. aut ergo ꝟtute san-
guinis. aut virtute vini. Uirtute sanguinis non. q2 san-
guis ille est glorificat9. ergo nō habet potentiā ɔuer-
tendi aliud in se. Itē non virtute vini. q2 vinū qđ cō-
uertitur. rōne substātie nō rōne ꝓprietatū cōuertitur.
7 ibi nō est subā vini. ergo nulla vis est que possit cō-
uertere. Item aqua nō est nata de se cōuerti i san-
guinē. ergo si apponat̄ vino ɔsecrato nō transit i san-
48 guinē. ergo manet substātia eius. 7 sic 7c. Rꝫ dicen-
dū q̄ accidētia nō habēt virtutē ɔuertendi aliā sub-
stantiā in sacramentū. Et ratio hui9 est. quia in hoc
sacramēto est trāssubstātiatio. trāssubatio autē nō fit
sine verbo. ideo quātūcūq3 apponat̄ aliqđ elementū.
49 nisi assit verbū. nō fit sacramentū. Et si tu obijcias q̄
aqua benedicit̄ ꝑ verbū. 7 oleū benedicit̄. 7 tñ si non
benedictū ꝓportionabiliter apponat̄. efficit̄ benedi-
ctū. Rñdet̄ q̄ non est simile. quia consecratio in oleo
7 benedictio in aqua nō ponit nisi accidens aliquod
7 ꝓprietatē quādam sanctificatiōis. Sed hec ɔsecra-
tio ponit ɔuersionem in verā substantiā 7 ptinentiā
eiusdē que est a sola virtute increata assistente ipi ver-
bo. Alia etiā est ratio. quia aqua benedicta tota inti-
git ur. 7 ꝯm totū qđ habet in se cōmiscetur aque sup-
uenienti. 7 oleū benedictū nō benedicto oleo. sed san-
guis ibi cōtentus nullo humori miscet̄. ꝑ eo q̄ nō est
ibi diffusus. sed est sanguis glorificatus intra venas
cōtentus. 7 ideo a nullo liquore attingitur. 7 ideo ni-
hil ꝑ mixtionē vel contactū pōt in ip̄m cōuerti. Si ꝗ
aliquid cōuertatur. necesse est q̄ ꝑ trāssubstātiationē
7 nouā ɔsecrationē cōuertatur. Cōcedendū est ergo
q̄ species vini iuncta aliq̄ liquori nō cōuertit in sacra-
mentū. Et patet rñsio ad primū obiectū. q̄ nō ē simi- 50
le. tum ratiōe eius q̄ est hic cōuersio in substantiā. tū
quia nō est mixtio talis nec tanta sicut in aqua bene-
dicta. Ad illud qđ obijcitur q̄ aqua modica cōuer- 51
tit̄ a specie vini. Rñdet̄ dupliciť ꝯm diuersos. Uno
mō q̄ nō ɔuertitur ita q̄ soluitur forma substātialis
aque. sed ɔuerti ibi est solū alterari. quia mutatur sa-
por 7 color 7 odor. 7 pticipat ꝓprietates vini. 7 ideo
q̄tum ad sensum nr̄m cōuersa est. 7 talis ɔuersio dis-
ponit ad ɔuersionem in sacramentū si adesset verbū.
sed cū nō assit nō ɔuertitur. sed manet substātia ha-
bens ꝓprietatē vini ꝑ actū 7 virtutē illi9 speciei. Ali9
modus dicendi est q̄ aqua cōuertitur in vinū. 7 hoc
virtute aliarū specierū. nō tamē in vinū qđ sit vinū
ꝯm speciē. sed est vinū solū ꝯm numeꝝ. sicut caro ꝯm
speciē cōuertit in carnē ꝯm numeꝝ. Et si tu obijcias
q̄ nihil dat qđ non habet. verū est ꝯm substantiā vel
ꝯm virtutē. 7 species ille q̄uis nō habeāt substātiā
vini. habēt tamē virtutē 7 opationē. 7 ideo sicut veꝝ
vinū solueret speciem aque modice 7 cōuerteret̄ ꝯm
virtutē. ita intelligendū est in ꝓposito. Uterq3 mod9
dicendi est ꝓbabilis satis. 7 quocunq3 hoꝝ modoꝝ
dicatur nō sequit̄ q̄ aqua iuncta vino fiat sacramen-
tū 7 cōsecretur. Ad illud qđ obijcitur q̄ corp9 xp̄i 52
est sub maiori spē. dicēdū q̄ nō est sub maiori specie.
ita q̄ aliq̄d sit appositū speciei ita q̄ sit in illo. ſ quia
species illa magis ē diffusa. sicut si species vini que ē
in calice ꝓfundo ponatur in calice latiori. magis di-
latatur species. sic intelligendū in ꝓposito. quia cum
miscet̄ alius liquor. ptes illius speciei magis diffun-
dūtur. maxime si liquor ille penetret 7 diuidat 7 sepa-
ret partes speciei abinuicē. Ad illud qđ obijcitur 53
q̄ accidens nō occupat maiorē locū cum substantia.
dicendū q̄ illud verū est de accidēte ꝯm existentiam
naturalē. tale eñ accidens in substātia non ponit in
numerū cum illo. sed sicut dimēsio in illis speciebus
locū hꝫ naturalē. ꝑ eo q̄ nō tñ est ibi
imo etiā naturalis dimēsio. licꝫ sit supra naturā pret̄
q̄ necessario requirunt ad iusticie adeptionem. verū etiā illa q̄ requirunt ad habite conseruationē. Ad illud qd̄ obī. aut est necessaria ꝑpter deletionē culpe ⁊c. dōm q̄ ista nō est ratio. sed institutio. q2 cū cōfessio instituta est sub ꝑcepto. iō nemo absoluit. sed quilibet tenet q̄ntumcunq3 pena et culpa deleatur. Ualet tamē ad deletionē culpe q̄ntum ad eos qui se non parauerūt sufficienter omnino. et etiā pene q̄ntum ad alios. et ad multas vtilitates sicut infra melius apparebit. ꝑpter qd̄ eam dn̄s instituit. Ad illud qd̄ obī de duplici foro. dōm q̄ penitēs q̄mdiu ē in hac vita subiectus est foro ecclesie. ita q̄ ab ipo nō pōt appellare. Preterea fecit iniuriā ecclesie. et iō si pōt cōparere tenet. nisi per impossibilitatē excuset. Nemo eīm ad forum purgatorij admittit qui forū ecclesie contempsit. cū in nullo fiat iniuria peccatori sed in vtroq3 iusticia. Ad illud qd̄ obī d̄ illo qui nihil cogitat. dōm q̄ hoc pōt esse duplici ex cā. vel ꝑpter incuriosē dolosā. vel ꝑpter occupationē superflue sollicitudinis. Quantū ad primū q2 dn̄s cor ei⁹ occupauit. si nō fuit mora superflua. nec indiscreto aliqua. credo q̄ dn̄s absoluit. et voluntatē ꝑ opere cōputat. et computatur iste cum illis qui excusant ꝑpter impossibilitatem habentes deuotionē in sacramento. Si aūt non cogitat nec curat. alijs sollicitudinib⁹ occupat⁹. maxime si locū et tēpus habuit cōfitendi ore. tunc non excusatur. immo ob peccatum omissionis reputabitur reus mortis. maxime si non fuerit sic morte preuentus. quin bene posset et deberet recogitare et petere sacramentum ecclesie.

47 48 49

De confessione sacramentali.

Iam scd̄m questiōis articulū inspiciamus ⁊c. Supra executus ē et determinauit mgr̄ primā q̄onem. hic tangit et determinat scd̄am. s. vtrum necesse sit confiteri homini. an sufficiat soli deo confiteri. Et diuiditur hec pars in duas. In prima adducit autoritates ad falsam partem. In scd̄a adducit autoritates ad veram. ibi. Sed q̄ sacerdotibus confiteri oporteat ⁊c. in quibus clarescat confessionis vocalis institutio. et peccatorum obligatio. in quibus etiam consistit presentis questionis difficultas et determinatio.

Querit vtrū necesse sit confiteri hoī. an sufficiat soli deo confiteri. Adducens autoritates ad falsam partem. d

Iam scd̄m q̄onis articulū inspiciam⁹. s. vtrum sufficiat pctā confiteri soli deo. an opteat confiteri sacerdoti? a Quibusdā visum ē sufficere si soli deo fiat cōfessio sine iudicio sacerdotali et cōfessione ecclesie. q2 dauid dixit. Dixi cōfitebor dn̄o et tu re. ⁊c. nō ait sacerdoti. et tū remissum sibi pctm̄ dicit. Itē Amb. Ideo fleuit petr⁹ q2 culpa obrepsit ei. nō inuenio q̄d dixerit. inuenio q̄ fleuerit. lachrimas ei⁹ lego. satisfactionē nō lego. b Sed qd̄ defendi nō pōt. ablui pōt. lauant lachrime delictū. qd̄ voce pudor ē cōfiteri. et venie fletus cōsulit et verecūdie. Hoc idē etiā maxim⁹ dicit eps̄. Itē Ioh. Chris. non tibi dico vt te ꝑdas in publicū. neq3 apd̄ alios accuses. s̄ obedire te volo ꝑphe dicēti. Reuela viā tuā ante dn̄m. Ergo tua confitere pctā apud verū iudicē. cū oratione delicta tua ꝑnuncia. non lingua. s3 cōscie tue memoria. et tūc demū spera te miaz posse cōsequi. Si habueris pctā tua in mente ꝯtinue. nūq3 malū aduersus ꝓximū in corde tuo teneb̄. Idē. peccata tua dicito. vt deleas illa. S3 si confunderis alicui dicere. dicito ea quotidie in anima tua. c Non dico q̄ confitearis ea conseruo tuo vt tibi exprobret. dicito deo qui curat ea. Nec enim si non dixeris ignorat ea. cum faciebas ea presto erat. cum admitteres ea cognouerat. Nunquid ea vult te cognoscere? Peccare non erubuisti. et confiteri erubescis. Dicito in hac vita. vt in alia requiem habeas. dici

Auctib⁹ ꝓbat q̄ sufficiat. a

Ps̄. xxxi.

Amb. super Lucam.

b

Chris. super epi. ad heb.

Psal. xxxvi.

c

a Quibusdam visū ē sufficere si soli deo fiat confessio. Queritur hic vtrū tales fuerīt heretici. Et q̄ nō videt. q2 mgr̄ recitat h̄ tanq̄ opinionē ꝓbabilē. S3 cōtra hoc ē. q2 negans cōfessionē. negat absolutiōē. ac ꝑ hoc negat clauiū virtutē. et ita manifeste ē ꝯtra scripturā. et ita cōtra fidē. R. dr̄. q̄ si quis eēt mō hui⁹ opiniōis eēt hereticus iudicand⁹. q̄m in cōcilio generali hoc d̄terminatū ē sub Innocentio tercio. s̄ ante hāc determinatione hoc nō erat heret. q2 ipi nō negabāt clauiū ptātē. s̄ negabant necessitatē. et bene cōcedebant q̄ vtile erat cōfiteri. et sacerdotes poterāt absoluere. Iō mgr̄ et gratian⁹ in decretis hoc referūt tāq̄ opinionē. tamē vtrq3 īprobat hoc et determinat in contrariū. et si q̄s ptinaciter asseret contrariū. eēt hereticus iudicand⁹. 50

b S3 qd̄ defēdi nō pōt. ablui pt̄. Uidet male dicere. q2 nullū peccatū pt̄ rōnabilit̄ defendi. quare ḡ dicit qd̄ defendi nō pt̄. R. dr̄. q̄ defensionē hic vocat peccati excusationē. et aliqua sunt pctā q̄ sunt possibilia defendi. q2 possunt excusari. et hoc ipo digna sunt venia pctā nature. que pn̄t excusari de se. ⁊ pn̄t habere ablutionē et absolutionē merito lachrimarum. vult ergo dicere q̄ non est aliquod peccatū tam graue. quod per lachrimas nō fiat excusabile. nec aliquod ita ponderosum. quin verus dolor contritiōis faciat cōfiteri. Et fletus et lachrimatio cōuenit sceleri dum impetrat veniam. et verecundie dum reddit peccatorē excusabilem. vel facit eum verecundiam abijcere ob quam non audebat cōfiteri. et ita Amb. non intēdit excludere confessionem. sed ꝑsuadere veram contritionem. et sic patet intellectus autoritatis. 51

c Non dico q̄ cōfitearis ea cōseruo tuo vt tibi exprobret. Qū hoc vī q̄ cum ois homo sit conseruus q̄ 52

to ingemiscēs et lachrimās. In codice scripta sūt pec
cata tua. Spongia peccatoꝝ tuoꝝ lachrime tue sint.
Itez ꝓsper. Illi quoꝝ peccata humanā noticiā latēt.
nō ab ipsis confessa. nec ab alijs publicata. si ea cōfite
ri vel emēdare noluerint. deū quē hūt testē. ipm et ha
bituri sunt vltorē. Qꝫ si ipsi sui iudices fiant. et veluti
sue iniquitatis vltores. hic in se voluntariā penā se
uerissime animaduersionis exerceāt. tpalibus ꝑenis
mutabūt eterna supplicia. et lachrimis ex vera cordis
cōtritione fluentibꝫ restringūt eterne ignis incendia.
Et infra. facilius sibi deū placabūt illi qui aut ꝓprijs cō
fessionibꝫ crimē ꝓdunt aut nescientibꝫ alijs ipi in se vo
luntarie excōicatōis ferūt sententiā. et ab altari cui mi
nistrabāt non animo sed officio sepati. vitaꝫ suam q̄si
mortuam plangant. certi q reconciliati sibi efficacis
penitentie fructibus a deo non solū amissa recipiant.
sed etiam superne ciuitatis gaudia recipiant. His au
toritatibus innitunt. qui sufficere contendunt deo cō
fiteri peccata sine sacerdote. Dicunt eñ q si quis ti/
mens ðtegit culpam suam apud homīes ne inde ob/
probrio habeat. vel alij suo exemplo ad peccandum
accingant. et iō tacet homini et reuelat deo. consequi
tur veniam.

Adducit autoritates ad veram ptem in quibus clarescit confessionis vocalis institutio. peccatorum obligatio. et questiōis determīatio. c

Sed q sacerdotibꝫ cōfiteri opteat. non solum illa au
toritate Jacobi. Confitemini alterutruz pctā vr̄a tc.
sed etiā alioꝝ pluribus testimonijs comprobat. Ait
eñ Aug. Iudicet seipz homo volūtarie dū pōt. et mo
res conuertat in meliꝰ. Ne cū iam non poterit. preter
voluntatem a dño iudicet. et cum in se ptulerit seue
rissime medicine sed tamē vtilissime sentētiā. veniat
ad antistites p quos illi claues mistrant ecclesie. Tā
q̄ bonus iam incipiēs esse filius maternoꝝ mēbrouꝫ
ordine custodito. a ꝑpositis sacroꝝ accipiat satisfacti
onis sue modū. in offerendo sacrificio contriti cordis
deuotus et supplex. Id tamē agat q non solū sibi ꝓ
sit ad salutē. sed etiam ad exemplum ceteris. vt si pec
catum eius non modo in graui eius malo. sed etiaꝫ in
tanto scandalo alioꝝ est. atqꝫ hoc expedire vtilitati
ecclesie videt antistiti. in noticiā multoꝝ vel totiꝰ ple
bis agere penitētiā nō recuset. ne letali plage p pudo
rem addat tumorē. cū tanta ē plaga pcti et ipetꝰ mor
bi. vt medicamēta corpis et sanguīs dñi differēda sūt
autoritate ātistitis debꝫ se remouere ab altari ad agē
dam penitentiam. et eadem reconciliari. Item Leo
papa. Multiplex misericordia dei. ita lapsibus sub
uenit hūanis. vt non modo per baptismuz. sed etiā p

Jacobi. v.

Aug. i omel. de pnia.

Leo pp̄. theodoro forolinensi epo.

nulli possit pctm̄ reue
lari. Preterea sigilluz
cōfessiōis ē artissimū.
ḡ nō dꝫ timere vt sibi
exprobret. R. dōꝫ.
q dupliciter confitet
aliquis peccatū suum
alicui. Aut sicut homi
ni. et hoc per q̄ndā cō
fabulatiōꝫ. Aut sicut
deo. et hoc per consci
entie reuelatiōeꝫ vt lo
quar homi sicut deo.
Primo mō pctm̄ con
fiteri est confiteri con
seruo. Quia confitet
homini. et vt homini.
et ideo pōt sibi expro
bare. qꝛ ad sigillum cō
fessionis non tenetur.
Alio modo quia con
fitetur homini vt deo.
et tunc non cōfitetur
vt conseruo sed deo.
quia homo non nouit
illud vt homo. nec pt
illud dicere. sed tene
tur tacere. et tunc non
est timenduz q expro
bret. Si autez aliquis
confessionem reuela
ret. indignus esset ho
nestate sacerdotali. et
rationabilit confessio
posset fieri alij et ipse
vitari. et hoc aucte su
perioris.

53 o Nescientibꝫ alijs
ipi in se voluntarie ex
cōis ferunt sententiā.
Vr̄ male dicere. quia
nullus pōt seipm ex
cōicare. Item q̄ntū
cunqꝫ aliquis penite
at. nisi per iudiciuꝫ sa
cerdotis non pōt recō
ciliari. R. dōm ē q
loquitur de noticia q̄
quis nouit vt hō. Ali
quis tm̄ nouit vt deus.
ad cuius arbitriuꝫ hō
dicit ferre in se excōi
cationis sententiam.
quando ab aliquo se
arcet ꝓpria volunta
te. a quo arcetur excō
municatus inuitꝰ. vt
pote a locis sacratis
et pticipatione eucha
ristie. Et si tu obijcias q nemo debet se priuare illo sacramēto. cum sit medicina. dōm q dilatio medicine vt
54 melior fiat preparatio potius est ꝓmotio q̄ retractio a bono. Ad illud autem sacramentum maxime prepa
ratur homo per desiderium et per reuerentiam. et quanto diutius aliquando se retrahit. tāto desiderabilius
sumitur et reuerentius accedit. maxime ille qui a peccato resurgit. et ideo hoc dicit.

penitẽtiã spes vite reparet.sic diuine voluntatis pre-
e sidijs ordinatis. [e]Ut indulgentiã di nisi supplicatio-
nib⁹ sacerdotũ nequeãt obtinere. Christ⁹ eñ hãc ꝑpo
sitis ecclesie tradidit ptãtẽ.vt cõfitẽtib⁹ pnie satisfac-
tionẽ daret.et eosdẽ salubri satisfactõe purgatos.ad
cõionẽ sacroꝝ ꝑ ianuã recõciliatõis admitteret. Itẽ
Aug. Quē penitet oĩno peniteat.ꝛ dolorẽ lachrimis
oñdat.repsentet vitã suã deo ꝑ sacerdotẽ.ꝑueniat iudi
ciũ dei ꝑ cõfessionẽ. Precepit eñ dñs mũdãdis vt oñ-
f derẽt ora sacerdotib⁹. [f]docẽs corpali ꝑsentia cõfitẽda
pctã.ñ ꝑ scripta mãifestãda. Dixit eñ ora mõstrate.ꝛ
oẽs.ñ vn⁹ ꝑ oib⁹.ñ aliũ statuatis nũciũ q ꝑ vob offe-
rat mun⁹ a moyse statutũ. sz q ꝑ vos peccastis.ꝑ vos
erubescat. Erubescẽtia eñ ipa ptẽ hz remissiõis. Ex
mia eñ hoc ꝑcepit dominus.vt nemo peniteret in oc
culto. In hoc eñ ꝙ ꝑ seipm dicit sacerdoti.ꝛ erubescẽ
tiã vicit timore offensi fit venia crimis. Fit eñ venia-
le ꝑ cõfessionẽ.qd crimĩale erat in opatõe.et si nõ stati
g purgat. [g]fit tamẽ vẽiale qd cõmiserat mortale. Mul-
tũ eñ satisfactiõis obtulit.q erubescẽtie dominãs ni-
hil eoꝝ que cõmisit nuncio dei negauit. De⁹ eñ q mi
sericors ꝛ iust⁹ ẽ.sic seruat miaz in iusticia.ita et iusti-
ciã in mia. Op⁹ eñ mie ẽ peccãti pctã dimittere. sed
optet vt iust⁹ misereat iuste. Cõsiderat eñ si dign⁹ ẽ.
nõ dico iusticia.sz et mia.iusticia enim sola dãnat.sed
dign⁹ ẽ mia q spũali labore q̃rit gratiã. Laborat eniz
mẽs patiẽdo erubescentiã. Et qm verecũdia magna
ẽ pena.qui erubescit ꝑ xpo.fit dign⁹ mia. Uñ ptz ꝙ
h [h]q̃nto plurib⁹ cõfitet in tpe venie turpitudiez crimis.
tãto facili⁹ cõsequit gratiã remissiõis. Ipi eniz sacer-
dotes plus põt ꝑficere.pl⁹ cõfitẽtib⁹ parcere. Itẽ Leo
papa. Quãuis plenitudo fidei videat eẽ laudabilis
que ꝑpter dei timorẽ apd hoies erubescere nõ veret.
tamẽ qr ñ omniũ sũt huiuscemodi pctã vt ea q pniaz
poscũt ñ timeãt publicari. Remoueat iprobabilis cõ
suetudo.ne multi a pnie remedijs arceant.dũ ãt eru-
bescũt aut timẽt inimicis sua facta reserare.qb⁹ põt le
gũ ꝑcelli cõstitutiõe. Sufficit eñi cõfessio que primuz
deo offert.et tũc etiã sacerdoti q ꝑ delictis penitẽtuz
ꝑcator accedit. Tũc eñ plures ad pniaz poterũt ꝑuo
cari.si populi aurib⁹ nõ publicet cõsciã cõfitẽtis. Ex
hys alijsq; plib⁹ idubitant oñdit optere deo primũ.ꝛ
deinde sacerdoti offerri cõfessionẽ.nec alit posse ꝑ-
uenire ad ingressum ꝑadisi.si assit facultas.

Aug.in li.de pnia.

Quod criminale fit veniale.

Quanto pluribus q̃s cõfitet.tãto facili⁹ ei ignoscitur.

e Ut indulgẽtiã di nisi supplicationib⁹ sacerdotũ neq̃ant obtinere. Uñ ex hoc ꝙ absolutio sacerdotis per modũ supplicãdi siue dep̃candi debeat fieri. nõ ãt ꝑ modũ indicatiuũ. Sed cõtra hoc ẽ ꝙ oim sacroꝝ forma ẽ ꝑ modũ idicatiuuz.ꝫ ꝛ hui⁹ sacri. R. dicẽdũ ꝙ illud sacrm ẽ cõtra actuale pctm.ad cui⁹ curationẽ cõcurrit actus volũtari⁹. Uñ licz sacramẽtũ de se hẽat virtutẽ.põt tamẽ ipediri ꝑ prauã dispositõez existẽtẽ.et illã prauã dispositõz sol⁹ de⁹ amouet.et iõ cõgruũ est vt forma verboꝝ sub vtroq; exp̃mat.et sic ẽ fieri cõgruũ et cõsuetuz. Nã sacerdos ꝑmo absolutionẽ dat ꝑ modũ dep̃catiuũ dicẽs. indulgentiam tribuat ꝛc.et post.ꝛ ego absoluo te. 55

f Docẽs corpali presentia cõfitenda pctã.non ꝑ scripta manifestãda. Uñ ex hoc ꝙ q ignorat linguã nõ possit cõfiteri ꝑ interptẽ.et etiã ꝙ mut⁹ cõfiteri nõ posit cũ nõ possit ore dicere. Itẽ queritur vtꝝ iterpres teneatur celare. Et vĩ ꝙ sic.qr cõicat in actu sacerdoti.in cõtrariũ est ꝙ peccator ei nõ cõfitet. R. dicẽdũ ꝙ Aug. loquitur de illis q hñt ydeoma et potẽtiã cõfitendi ꝙ ñ excusãt. immo tenent ꝑprio ore dicẽ ꝑpter meritũ erubescẽtie. Qd obĩ de interprete. dicẽdũ ꝙ obligan- 56
dus ẽ ꝑ sacerdotẽ.et si non obligat.tñ tenet qr ẽ auris sacerdotis.vñ cõicat cũ vtroq;.

g Fit tñ veniale qd cõmiserat mortale. Videt falsum dicere.quia spẽs rerum non possunt transmutari.ꝫ nec peccata. R. dicẽdũ ꝙ mortale fieri veniale ẽ dupliciter. Aut q̃ntũ ad maculam ꝛ deformitatẽ.aut quantũ ad reatum. Si q̃ntum ad maculã.hoc ẽ impossibile. Si q̃ntuz ad reatum.hoc põt esse dupliciter. Uel ꝙ reatus iste fiat ille. et hoc nunq̃ fit. Uel quia ille succedit huic.et hoc est verum. quia aliquis prius obligatur ad mortem eternam.et post per diuinam misericordiam ad penam temporalem. Uel distinguit ꝙ veniale dicitur tribus modis. Ex genere vt mendacium iocosum. Ex euentu ꝑpter effectuz diuine misericordie. Ex circumstantia vt illud quod habet excusationem. Primo modo mortale non fit veniale sed secundo modo. 57

h Quanto pluribus confitetur in tempore venie turpitudinem criminis.tanto facilius ꝛc. Uidetur male dicere.quia aut scd̃s sacerdos aliquid remittit.aut nihil. Si aliquid.similiter et tercius. et sic totum possunt 58

remittere. ergo sine satisfactione per solam confessionem potest quis saluari. quod est inconueniens. Si vero nihil remittit. ergo non consequitur veniam facilius. Item si prima confessio est sacramentum perfectum. ergo si superaddit. videtur totum superfluum. ergo non consequitur veniam. Item quilibet sacerdos debet imponere penitentiam. et tunc videtur quod aut debet ad omnes. aut ad nullam. Si ad omnes. tunc difficilius consequitur veniam. Si ad nullam. videtur quod vna confessio irritet aliam. Respondeo dicendum quod confessio ordinatur ad multa. scilicet ad vnum principaliter. et quantum ad principale equivalet confiteri multis et vni. quia vnus sacerdos tantum dimittit de pena quantum potest vi clauium. Nec debet iterari confessio propter finem principalem. nisi forte timeatur error fuisse in confessione. Preterea alie sunt vtilitates annexe. et ad illas valet multotiens confiteri. scilicet ad erubescentiam et intercessorum multiplicationem. et ad humiliationem. et gratie augmentum. Ad principalem effectum valet quantum ad certificationem. Ex his patent obiecta. quia secundus non facit nouam remissionem. nec debet de nouo ligare sed aliquid facile imponere. vt pater noster etc. et semper potest penitens esse certior. quia si non habuit effectum prima. potest esse quod secunda habeat. quia melius inuenit dispositum. et ex hoc patet vltimum.

Deinde intelligendum huius partis queritur de confessione vocali. et circa hac duo principaliter queruntur. Primo queritur de confessione quantum ad preceptum instituentis. Secundo quantum ad obligationem exequentis. Quantum ad primum queruntur tria. Primo queritur vtrum mandatum de confessione pertineat ad legem nature. Secundo vtrum pertineat ad legem scriptam vel legem gratie. Tercio queritur a quo fuerit institutum. vtrum a christo an ab aliquo eius apostolo.

Questio .j. i

Quod in lege nature fuerit confessio instituta videtur. super illud Gen. iij. Adam vbi es. Glo. Uerba increpantis sunt et ad confessionem cogentis non ignorantis. Sed adam non tenebatur nisi ad legem nature. ergo confessio est de iure naturali. confessio. scilicet vocalis. quia vocaliter ei dominus loquebatur et ille vocaliter respondebat. Item Job. xxxj. Si abscondi quasi homo peccatum meum. et celaui iniquitatem meam in sinu meo. quasi diceret. non. ergo peccatum erat abscondere peccatum. et vt peccatum reprobat Job. sed ipse non tenebatur nisi ad ius naturale. ergo ius naturale prohibet absconsionem peccati. ergo precipit vel suadet confessionem. Item Greg. ibidem in glo. Uere humilis non solum mala sua cognoscit. sed etiam voce confessionis aperit. Sed humilitas de peccatis commissis est de iure naturali. ergo et vox confessionis peccati. Item ratione videtur. quia duplex est confessio. scilicet confessio laudis. et confessio peccati. et vtraque est in gloriam dei. sicut patet. quia dixit Josue Achor confitere peccatum et da gloriam deo. vij. Josue. sed natura dictat deum glorificandum. dictat deum laudandum. non tantum corde sed etiam ore. ergo pari ratione dictat peccatum vtroque modo confitendum. Item penitentia tres habet partes. scilicet contritionem. confessionem. et satisfactionem. sed contritio et satisfactio sunt de lege naturali. ergo pari ratione et confessio. Item omne opus virtutis spectat ad dictamen nature. sed confessio peccati est opus virtutis. ergo etc. Probatio minoris. virtus vt vult philosophus consistit circa difficile. sed confessio est virtus que humiliat ad deum verum. Sed maxima difficultas est in enarrando suum peccatum vere. ergo maxime circa hunc actum consistit virtus. ergo etc.

Contra. ius naturale vt dicit Isid. est idem apud omnes. sed confessio peccati non est eadem apud omnes. ergo confessio peccati non est de iure naturali. Item videtur quod sit contra naturam. quia naturale est cuilibet et de natura recte celare amici commissum sicut dicitur prouer. xj. Sed magis se debet quisque diligere quam proximum ex dictamine nature. ergo natura dictat peccata propria esse celanda. Item naturale est cuilibet celare verenda corporis. ergo similiter verenda spiritus. Sed peccata sunt turpitudines anime. ergo peccatum confiteri potius est contra naturam quam secundum naturam. Item recta ratio que est nature conformis erubescit turpia cogitare. ergo si plus est referre siue dicere quam cogitare. videtur quod peccatum suum quisque per naturam erubescit dicere. ergo cum cogitare turpia et facere sit contra naturam et rationem rectam. pari ratione et referre. Item per naturam recordatio iniuriarum est occasio inimicicie confirmande. sed peccator per peccatum est iniuriatus deo. ergo recordando peccatum et iterando. inimicicias reuocat. sed quod facit hominem inimicum deo est contra naturam et rationem rectam. ergo et confessio sceleris. Respondeo [58] dicendum quod dupliciter sunt aliqua de dictamine iuris naturalis. aut in generali. aut in speciali. In speciali vt honorare parentes. In generali vero dictat natura ea que superaddit lex euangelica. sicut sunt aliqua supererogationis vt consilia. vel etiam aliqua sacra. Intelligendum est igitur quod est confessio peccati mentalis et vocalis. Mentalis confessio est recognitio peccati et offense. et hec est de dictamine nature per se secundum quod est rationalis. Sed cognitio offense diuine est de dictamine nature adiute aliquo modo per fidem. Quomodo enim scit homo se offendere deum quem non videt. nisi per aliquem radium fidei hoc cognoscat. cum autem hoc cognoscit quod deum per preuaricationem inhonorat. natura dictat quod ab ipso est misericordia humiliter petenda. et hoc nunquam est nisi cognoscatur culpa. Vocalis vero confessio est duplex. scilicet que fit deo. et que fit homini. Vocaliter confiteri deo dictat natura. non simpliciter sed in casu. vtputa quando deus exigit. sicut exegit ab adam et a chayn. Vocaliter autem confiteri homini non dictat natura nisi in generali. Dictat enim quod omnibus modis reconciliari oportet deo quibus ipse statuit. vnde natura sic dictabat. quod si deus arbitrum constitueret inter se et peccatorem. quod ipsi esset culpa reuelanda. et ita dictabat in generali. Dictabat etiam quod illi essent dicenda vera. et sic patet quomodo confessio spectat ad legem nature. Quedam enim est de dictamine nature specialiter per modum expedientis non simpliciter sed in casu necessitatis. vt confessio vocalis facta deo. Quedam vero dictabat in vniuersali solum. et hec est confessio facta homini. Ex his patent obiecta ad ad primam partem. nam auctores procedunt secundum primam et secundam viam vt patet. Similiter prima ratio inducta ex simili in confessione vocali laudis. quia sicut in casu laudare oportet ore. tamen semper debet actu vel habitu laudare in corde. sic et intelligendum [59] de confessione peccati. Ad illud quod obijcitur de partibus aliis scilicet contritione et satisfactione. dicendum quod iste partes respiciunt penitentiam secundum quod est virtus. et secundum quod est sacramentum virtutis. Sed confessio magis est penitentie vt est sacramentum sicut melius patebit infra. confessio enim peccati que fit homini ortum habet non tantum a natura. sed etiam ab institutione diuina. et ex hoc patet responsio ad vltimum quod dicit quod est opus virtutis. Dico enim quod reuera opus virtutis est. sed non omnino. sed virtutis cum adiunctione institutionis sacri. virtus enim non dictat quod peccata occulta dicantur homini. similiter nec penitentia dictabat illud per se quantumcunque homo dolebat. sed cum deus instituit. tunc virtus obedientie imperauit. penitentia accelerauit. et veritas actum direxit. et ita patet ad quam virtutem spectat confiteri. et quomodo sit opus virtutis. et cuius. Unde penitentiam in generali dictat natura secundum quod est virtus volens facere emendam. obedientia per mandatum specificat. veritas elicit et regulat. Ad illud quod obijcitur in oppositum [60] quod non est idem apud omnes. dicendum quod illud intelligitur de eo [61] quod natura dictat in particulari non in vniuersali. Ad illud quod

obi.q manifestare peccatū ē contra rationē.vō.q pec
cati ꝓpalatio pōt fieri dupliciť.vel ad sumpius com
mēdationem sicut faciunt peccatores.qui letanť cū
male fecerit.et exultāt in rebus pessimis.quoꝝ vie p
uerse.ꝛc.quibus ē facta frōs mulieris meretricis.ꝛ vō
uersi oī.peccatū suū sicut sodoma ꝑdicauerūt ꝛc.
et hec ē cōtra naturā.et contra rationē rectā.et ad ꝓ
uocandā diuinā inimicitiā.et verecundia et cōfusio.
Alia ē confessio huic opposita adducēs ad gratiam
et gloriā.et est cōfessio q̄ fit ad sui accusationē ad in-
uenienda diuinā ꝓpitiationē.Et hec ē ordinata ad
faciendā emendā.vel ad curandū plagā occultam.
Unde sicut natura dictat q vulnus in locis secretis ē
aperiendū medico ad curationē.quis dictet pudenda
operienda.sic ē ꝺ peccatis.Et sicut si aliquis vulnꝰ vol
let osdere iudicareť supbꝰ ꝛ stultus.et faceret cōtra
naturā et salutē suā.sic intellig:duꝫ ē in ꝓposito.et
ex hoc patet rnsio ad oēs rationes. Nam si vulnus
amici deberet curari p meā confessionē.dictaret rō
et ego deberē ipm ꝓdere.Quāuis aūt nature dicta-
mini cōsonū sit erubescere et nunq̄ detegere pecca-
ta p confessionē.ppter illā tn̄ non ē dimittenda cōfes
62 sio.et hoc ꝓpter multiplicē vtilitatez quā hꝫ.et ꝓpt
quā instituit eā deus.Ualet em̄ ad peccati cognitio-
nē.ꝓpter instructionē sacerdotis.Deut.xvij.si diffi-
cile ꝛ ambiguū aput te ꝛc.Ad cogniti deletionē.ps.
Dixi confitebor ꝛc.Ualet ad cogniti et deleti satisfa
ctionē.q erubescentia in cōfessione ē magna pars sa
tisfactionis.Eccl.iiij.ē confusio adducēs gratiam et
gloriā.Ad pene diminutionē in clauiū ptāte.Mat.
xviij.quecūqꝫ sol.super terrā ꝛc.Ad dī laudē. Josue.
vij.Da gloriā deo et cōfitere ꝛc.et indica mihi quid
feceris.Ad intercessoꝝ m̄ltiplicationē.Jaco.v.Con
fitemini alterutrū peccata vestra ꝛc.Ad conscientie
assecurationē.Un̄ dauid stati cū dixit peccaui.audi
uit.transtulit dn̄s ꝛc.ij.Reg.xij.Et hoc magnū bonū
ē.ij.Cor.j.gloria nr̄a hec est testimoniū conscientie
nostre.

Questio.ij. k

Utrum confessio fuerit instituta in lege scripta.Et
q sic videť Leuit.xvj.dicit de sacerdote q̄ debebat
hircū emissariū emittere.Confiteať omnes iniquita
tes filiorū israel.et vniuersa delicta atqꝫ peccata.sed
nō poterat sacerdos cōfiteri peccata alioꝝ nisi illi ꝓ-
us cōfiterētur ea.ꝫ videť q ibi fuit confessio institu
ta. Item hoc vꝫ auctē salomōis.qui ꝓuerb.xxviij
dicit.Qui abscondit scelera sua non diringeť.constat
q loquiť de hys qui erāt tpe legis.et cōstat q nō in-
telligit de absconsione respectu dei cui omnia sūt no
ta.ꝫ respectu ministri dei.ꝫ ꝛc. Item Ysa.xliij.nar
ra si quid habes vt iustificeris.sed narratio dicit ac-
tum sermonis et confessionē vocalē.et constat q lo-
quitur ꝑ tpe legis.q: exhortādo non ꝑdicando.ꝫ vꝫ
q tpe legis eēt confessio in ꝑcepto. Itē rōne vide-
tur. Plus ē aliquid ꝓfiteri facto q verbo.plus etiā
cōfiteri peccatū corā omnibꝰ q̄ corā vno.sed ipi cō
fitebant se peccatores corā omnibꝰ dū offerebāt ho
stias ꝑ peccato.ꝫ cū ad hāc tenerenť.videť q mul-
to fortius ad confessionē oris. Item confessio oris
instituta ē ad hoc vt sacerdos sit medius arbiter.Sꝫ
in lege veteri sacerdos erat mediator.Un̄ p totū le-
uit.vbi agitur de oblatione dī.orabitqꝫ sacerdos et
remitteť ei. Item vetꝰ lex fuit lex rigoris.et magis
puniebat q̄ noua.Sꝫ cōfusio q̄ est in pnia ē magna
pena.ꝫ magis fuit cōpetēs legi veteri q̄ noue. Itē
ratio quare ē instituta.ē vt fiat reconciliatio ecclesie.
ꝫ ecclesie erat in ve.te.vnitas magna.q: vnꝰ iniuria-
bať dū peccabat toti multitudini sicut manifestū est
in achaꝫ.ꝫ tūc debuit instituí cōfessio peccati. Cō-
tra.Aug.Oblatio sacrificioꝝ cōfessio fuit peccatoꝝ.
ꝫ vꝫ q non fuerit ibi alia cōfessio q̄ꝫ oblatio. Item
cōfessio ordinata ē ad solutionē.sed lex transgrediē
tes ex certa scientia faciebat occidi sine mīa.cū ꝫ te-
nereť aliquis facere se occidi.nō tenebať confiteri.
Itē in cōfessione manifestāť que cordis sunt ꝛ oc
culta.Sꝫ lex ꝓhibebat manū non aīm.ꝫ cōfessio le-
gi nō cōpetebat. Itē si cōfessio fuit in lege.aut sicut
morale.aut sicut sacramentale.Si ꝫ sicut morale.ꝫ
silr fuisset in lege nature.S.sicut sacramētale.ꝫ cuꝫ
alia et alia sint sacra no.legis et ve.nō deberet esse in
noua Itē vsqꝫ ad aduentū xp̄i fuerť hōies sub vm
bra et ante nō puenerūt ad lucē.ꝫ p confessionē pec
cati ꝓdit peccator in aptū.ꝫ ante aduentū xp̄i nō de
buit eē peccati confessio. Itē cōfessio ē ordinata ad
ptātez clauiū.q: cōfitēs absoluiť.ꝫ in sola lege noua
dictū ē sacerdotibꝰ quoꝝ remiseritis pec.ꝛc.vt dicit
Jo.xx.ꝫ vꝫ q cū aū nō fuerit ptās absoluendi.q nec
fuerit necessitas nec vtilitas cōfitendi. Re.dōm q 63
duo sūt ꝑncipaliter in cōfessione ꝓpter que oportu-
it et cōuenies fuit ꝯfessionē institui. Primū ē ꝓpter
deletionē peccati et manifestationē.et iste ē finis cō-
fessionis in se.Scōs finis ē ꝓpter recōciliationē faci
endā deo et eius ecclesie.Primo igiť fit ꝓpter pec-
cati ꝺtestationē.peccator em̄ dū male agit odit lucē.
et iō in reuersione ad iusticiā optet redargui opa in-
fructuosa tenebraꝝ.q̄ aūt arguūť a lumīe māifestan
tur.vt habeť Ephe.v.hoc āt ē p cōfessionē.et iō de-
buit in ea lege institui cōfessio in q̄ ē māifestatio veri
tatis.in ea inq̄ lege in qua verbū caro factū ē.vt in-
telligibile fieret sensibile et manifestū.In ea lege de-
bēt occulta et tenebrosa opa manifestari.et vba cor-
dis famam vocis induere.Hec āt ē lex grē.et iō con
fessionis institutio q̄ntū ad primū finē competit legi
gratie.Alius finis ē ad recōciliationē faciendā hūa-
no arbitrio mediāte.iō fit hoi.vt hō sit iudex et ar-
biter inť deū et pctōrē.Arbiter āt talis dꝫ eē.qui pos
sit manū ponere in vtrūqꝫ.talis aūt nō potuit eē q̄usq̄
q̄ deꝰ factꝰ ē hō.et tūc hō deificatꝰ datꝰ ē nobis me
diator et arbiter xp̄s.q̄ potuit arguere ꝛ manū pone
re in vtrūqꝫ.Hic āt reliquit in eccl̄ia successores.q̄s
et arbitros ꝯstituit et rectores ecclesie.quibꝰ cōmisit
auctē recōciliādi.Et q̄m hec auctas ꝑmo fuit i xp̄o.
et in nullo potuit eē añq̄ veniret ille precipuꝰ medi-
ator.ꝛ hꝫ solū in lege noua fuit.iō tm̄ in hac lege insti
tui cōfessio debuit.Cōcedo ꝫ q cōfessio ꝓut ē sacrā.
cōfessio inquā vocať.solꝰ noue legis fuit.nec ꝑcessit
in le.ve.nisi in figura.q: illi legi nō cōpetebat.Preces
sit aūt in hoc q sacerdotibꝰ data erat auctas discer-
nēdi inter leprā et nō leprā.sanctū et ꝓphanū. Sed
hec q̄dē erāt corpalia ꝛ nō sp̄ualia.et illā figurā ostē
dit dn̄s ipletā eē in lege noua cū mūdatos ad sacer
dotes mittebat.vt dī Mat.viij.vbi volūt aliq̄ dice-
re q cōfessio fuit instituta.ꝫ magꝰ vt videbiť fuit ibi
insinuata. Ad illō qō obī q sacerdos ꝯfitebať.dō. 64
q talis nō erat ꝯfessio sacramētalis q̄ fit homi de q̄
nūc loq̄mur qua aliq̄s se accusat.sed cōfessio illa fie-
bat deo in generali de peccatis ipsius multitudinis.
non alicuius pticularis ꝑsone Ad illud qō obī de 65
absconsione.dōm q intelligit de absconsione q̄ est

p peccati defensionē et palliationē. sicut faciunt ypo
crite. et illud ē falsitatis. & hoc ē contra legē nature. &
respectu dei et respectu hominis. Quāuis aūt sit ,phi-
bitum mentiri. non tamē ē p̄ceptū dicere omnē veri
66 tatē. Ad illud qd̄ obī de narratione. dōm q̄ intel-
ligitur de narratione sm̄ linguā et os cordis. Uel si
intelligatur sm̄ os corporis. adhuc intelligit̄ q̄ fiat
respectu dei. quēadmodū fit oratio vocalis nō ad de
um instruēdū s excitandū in nobis affectū pudoris.
vel amoris. vel doloris. vl' alic⁹ alterius affectionis.
67 Ad illud qd̄ obī q̄ pl⁹ ē facto q̄ verbo ,pfiteri. dōz
q̄ illa oblatio nō erat ,pfessiua peccati. sed hostie ob
latiōis p pctō. Ex ɔsequēti aūt ostēdebat̄ peccator.
sed hoc nō ē in speciali sed in generali. nec magis sa-
cerdoti q̄ alij. et hoc quidē decebat aliquo mō fieri.
q2 iam ecclesiastica vnitas in conformitate sacramē
torum et vniformitate cultus diuini ceperat inchoa
68 ri. Ad aliud qd̄ obī q̄ sacerdos erat mediator. dōz
q̄ et si mediator eēt ad offerendū hostias figurales.
nō tamē erat mediator in absoluendo. et ita sacerdo
ti nō debebat fieri cōfessio peccati. s oblatio hirci vl'
vituli. nō sic ē de sacerdote no. te. qui sicut verū xp̄i
corp⁹ conficit et ptātē habet ad conficiendū. sic au-
69 toritatē habet corpus misticū ad soluendū. Ad illd̄
qd̄ obī q̄ lex vet⁹ erat lex rigoris & oneris. dō. q̄ q̄m-
uis cōfessio onerosa videat̄ ,pter pudorē. tamē est
sarcina miro mō alleuiās p absolutionē. et iō illi legi
nō cōpetebat. Hic eñ fit ab omni peccato absolutō.
ibi vero sine omni mīa grauis peccatoris fiebat dā-
natio. ,ptterea nō competebat illi legi talis pfessio.
70 Ad vltimū de vnitate ecclesie. dōm q̄ vnitas erat.
s tm̄ figuralis respectu vere vnitatis hui⁹ ecclie. iō
sicut sacrificiū fuit figurale. ita et sacerdos. ita recon
ciliatio. et postremo confessio. q2 leprosus se sacerdo
tibus ostendebat.

Questio. iij. I

A quo fuerit instituta confessio. et q̄ fuerit instituta
a xp̄o vī. q2 sacerdotiū fuit institutū a xp̄o ad remissi
onem peccator̄ et absolutionē. sed sacerdotes non
possunt nec debēt soluere nisi sciant a quo soluant. s
posito posteriori ponit̄ prius. g si xp̄s instituit abso-
lutionē. multo fortius confessionē. Item cuius est
instituere totū. et ptes. s dn̄s instituit penitentiā cū
predicauit et p̄cepit agite penitentiā. Mat. iij. g tūc
instituit confessionē. Item cōfiteri peccata occulta
hoc ē magne pfectionis et supadditū mādatis lega-
libus. sed nullus pōt hoc p̄apere nisi q̄ p omnia pōt
super hominē. g solus xp̄s ad confessionē peccator̄
potuit obligare. Itē iohes p̄cucurrit saluatorē et
verus fuit p̄cursor. nō tm̄ in verbis s in gestis. s oēs
q̄ baptizabant̄ a iohe ɔfitebant̄ pctā. Mat. iij. g si-
cut p̄cessit in iohāne baptism⁹ p̄parationis et confes
sio. ita vtrūq3 debuit institui a xp̄o. Item hoc sacra
mentū pnecessariū ē sicut baptism⁹. q2 scd̄a tabula ē
post naufragiū. s xp̄s p seipz nos liberauit a naufra
gio et primā tabulā instituit. g videt̄ q̄ similit̄ et se-
cundam. et ita confessionē ipsam. Contra. sacramē
tis que dn̄s instituit ipemet vsus fuit vt' patz visuz
ē in baptismo et eucharistia. s ipe nūq3 fuit cōfessus
aliqd̄ peccatū. g &c. Itē xp̄s in sanctis suis nobis
dedit exemplū. s ipe absoluit sine omni confessione
mulierē in adulterio dephēsā. g nō videt̄ instituis

se confessionē sed potius voluisse. Item quero vbi
instituit. Si dicas ibi. agite penitētiam. Contra. nō-
dum erant sacerdotes quib⁹ possent et deberēt con-
fiteri. g in illa predicatione nō implicabat̄ confessio.
Alij dicunt q̄ instituerit ibi vbi misit leprosuz ad sa
cerdotes. Sed cōtra. Mat. viij. dicit̄ vade et osten-
de te sacerdotib⁹. et offer munus tuū qd̄ p̄cepit moy
ses. g constat q̄ mādauit facere qd̄ fiebat in lege. & il
lud non erat confessio vocalis. g &c. Itē dicunt alij
q̄ ibi. Jo. xx. Accipite spm̄sanctū. q2 tūc instituit sa-
cerdotes. et ptātē absoluendi eis dedit. et p̄cepit vt
ad eos peccata deferrent. Sz contra. difficilius ē cō-
fiteri q̄ confessionē audire. g magis spēaliter de hoc
debuit mandatū dare. Querit̄ igit̄ quare xp̄us non
instituit confessionē expresse sicut alia sacra. R. dō. 71
q̄ duo sunt in confessiōe. vnū formale et cōpletiuū.
et hoc ē absolutio siue ptās absoluendi vel medican
di. et hanc dn̄s instituit qui ptātem clauiū concessit.
et penes hoc residet virtus. Aliud aūt ē materiale.
et hoc ē detestatio peccati siue morbi. et hoc domi-
nus non instituit in se sed insinuauit. Ratio aūt qua
re nō instituit vt dicūt aliqui hec fuit. q2 sufficit egro-
to exponere medicū et medicinā. et vlteri⁹. confessio
peccati nō valet extorta sed dz eē volūtaria. iō dn̄s
insinuauit relinquēs hoc in volūtate egrotantiū. Et
hoc ē qd̄ dicit Hugo. medicus dixit vt curarēt. sed in-
firmis nō dixit vt ad medicos curādi causa venirēt.
hoc quasi certū eē voluit. q̄ egri libenter salutē que-
rerēt. et se curandos offerrēt. si medicos inuenirēt.
Et licet hoc sit satis probabile. pōt tñ et aliter dici q̄
domin⁹ confessionē p se nō instituit. q2 est in remedi
um recidiuantiū. s quia xp̄us erat ecclesie fundator.
et venientib⁹ oīm peccator̄ p baptismū fiebat rmis
sio. iō ab eo non debuit institui confessio. ne ex verbo
dn̄i daret̄ aliquib⁹ recidiuādi occasio. Cū autē eccle
sia fuit instituta. labi homines ceperūt. et tunc reme
diū ne desperarent vel cōtemnerēt publicari oportuit.
et iō p aplo's confessio debuit institui aucte sibi a do
mino tradita in clauib⁹ sibi datis. in quibus ptātem
receperant sanādi. et ita impandi modū cōuenientem
saluti. et hoc quidē erat p morbi detectionē. expectā-
tis humiliationē. et sacerdotalē absolutionē. et iō cō-
fessio fuit a dn̄o insinuata. ab aplis instituta. ab epō
hierosolumitano. s. iacobo ,pmlgata. sicut et snia de
non seruandis legalib⁹ ,pmulgata fuit Act. xv. sic et
confessio omnib⁹ peccantib⁹ indicta et imposita fu-
it. Jac. v. cōfitemini alterutr̄ peccata vestra. Et itez
nō solū hec est ratio. s etiam vlterior eē pōt. cōfessio
eñ hominis est op⁹ puruz. vñ nō est data virtus sa-
cramēti ipi cōfessioni s absolutioni. iō recte homi
nibus puris institutio debuit reseruari. Ex his que di- 72
cta sunt quatuor possunt rationes elici quare domi
nus immediate confessionem et exp̄sse nō instituit.
Prima quidem quia non oportuit. Secunda vero
quia in hoc voluntariam esse debere docuit. Tercia
quia est sacramentū recidiuantium. Quarta q2 q̄n-
tum est de se est opus humanum. vñ credo q̄ non p
se instituit. et si dicatur instituisse. hoc ē intelligendū
insinuādo et auctem dando. Ex hoc patet R° ad p̄-
muz et scd̄m. dn̄s eñ formale penitētie instituit p se.
male aūt non. ratio visa est supra. Ad terciuz q̄3 p̄s 73
rmsio, quia apostoli hec poterant precipere autorita
te clauiuz sibi datarū. quia aliter frustra essent data.

74 Ad illos q̄ obi q̄ ꝯfitebit̄ ⁊c. dōꝫ q̄ vtrīq; salus
tot ipleuit. ſ vnū p ſe q̄ decebat ipm. ⁊ alteꝝ p alios
quia eos decebat vti ꝯfeſſione. xp̄us em̄ qui oīa ſcie-
bat. ſine ꝯfeſſione oīs abſoluebat. Sed hoc apl̄i fa-
re nō poterāt. quia niſi p egrotū nō poterāt noſſe
75 plagā. Ad illud q̄ querit vltimo. dōm q̄ xp̄s in-
ſtituit ſm hoc q̄ erat ibi cōpletōis. nō tñ totū ſicut
baptiſmū. quia nō cōueniebat ei ita fabricare totam
tabulā recidiuantiū ſicut primā accedentiū.

Onſequēter viſo de inſtitutione confeſſionis.
querit̄ de obligatione ad ipſam. ⁊ q̄ntū ad hoc
tria querunt̄. Primo p cōparatione ad ſubiectum.
Scd̄o p comparatione ad tēpus. Tercio p cōpara-
tione ad modū.

Queſtio. j. tn

Vtrū oēs adulti boni ⁊ mali ad cōfeſſionē teneant̄.
Et q̄ ſic videt̄ p decretalē de penitētijs ⁊ remiſſioni-
bus. v. li. Ois vtriuſq; ſexus fidelis. poſtq̄ ad ānos
diſcretionis puenerit. oīa pctā ſua ſaltē ſemel in āno
fideliter ꝯfiteat̄ ꝓprio ſacerdoti. Et q̄ illud ſit prece-
ptum pꝫ in hoc q̄ ſubiungit̄ grauis pena ſcꝫ q̄ vi-
uens ab ingreſſu eccleſie arceat̄. et moriens xp̄iana
careat ſepultura. Itē. j. Joh. j. Si dixerim⁹ quia
pec. nō ha. noſ. ſe. ⁊ veritas in nobis non eſt. loquit̄
de omnib⁹ cōiter. ſ ois qui dicat ſe non habere pctīn.
peccat mortaliter. ſ quilibet tenetur ſe recognoſcere
peccatorē ſm formā eccleſie q̄ tradita eſt peccatori-
bus. ſed hoc eſt p confeſſionē. ſ ⁊c. Itē p̄ceptum
eſt oibus orare. ⁊ nullus abſoluit̄ quantūcunq; pfe-
ctus ab orōne dn̄icali. ſ oēs tenent̄ dicere. dimitte
nobis debita. ſ dn̄s nō tm̄ orōnē inſtituit imo ⁊ con-
feſſionē. ſed oratio eſt opus ſatiſfactoriū ⁊ p̄ſuppo-
nit ꝯfeſſionē. ſ ⁊c. Itē quātūcunq; aliq̄s ſit ſan-
ctus et iuſtus. ſi potens eſt corpore. tenet̄ quadrage
ſimā ieiunare. nec p aliquā ſanctificatione abſoluit̄
ab eccleſie inſtitutione. ſ pari rōne nec a ꝯfeſſione.

Contra. Aug. ⁊ hētur diſ. p̄cedenti. Pnia pfecta
ad baptiſmi puritatē conat̄ reducere. ſ poſſibile eſt
aliquē verā pniam pficere p pctō. ſ poſſibile eſt re-
dire ad innocentiā baptiſmalē. ſed hñs innocentiaꝫ
baptiſmalē nō tenet̄ confiteri. q̄ purus eſt. ſ nō vi-
detur q̄ oēs ad ꝯfeſſionē teneant̄. Itē ꝯfeſſio et
ſacr̄m pnie eſt inſtitutū ꝓpter hoc vt recidiuātes p⁹
baptiſmū poſſint reſurgere. Sed poſſibile ē q̄ aliq̄s
conſeruet innocentiā baptiſmalē. ſ talis nō tenetur
ꝯfiteri. Itē poſſibile eſt in multis q̄ nō habeant
niſi venialia. ſed venialia nō tenetur ꝯfiteri hō. quia
in illis decedens pōt ſaluari. ⁊ ſola ꝯtritione poſſunt
deleri. ſ talis nō tenet̄ ꝯfiteri qui in tali ſtatu conſi-
ſtit. Itē poſſibile eſt q̄ aliq̄s ita intentus ſit circa
eterna vt nō habeat remorſū de aliqua culpa. aut ſ
talis tenet̄ ꝯfiteri aut nō. Si nō. tūc nō oēs obligan-
tur. Si tenet̄. ⁊ nō hꝫ ꝯſciam peti. tenet̄ ad ꝯfitēdū
ſiue ad dicendū cōtra cōſciam. ⁊ ita mentiri. q̄ ne-
76 phas ē dicere. ſ nō oēs obligant̄. Rˢ. dōm q̄ te-
neri ad ꝯfeſſionē pctōꝝ eſt duplr̄. ſcꝫ ex inſtitutione
pma q̄ inſtituta ē ſub p̄cepto. vel ex ꝯſtitutiōe ſup-
addita. Primū p̄ceptū datū fuit ab apl̄is ⁊ vulgatū
fuit a iacob epō Jeroſoli. Jaco. v. Scdm̄ a patrib⁹
in generali ꝯcilio. ⁊ vulgatū fuit ab innocētio tercio
Rōne pmi mādati inſtitutionis. q̄ſi inſtituta eſt di-
recte ꝯ mortale. tenebant̄ oēs ꝯfiteri q̄ poſt baptiſ-
mū peccauerūt mortalit̄. Rōne vo ſcd̄e inſtitutōnis
77 tenent̄ oēs ſaltē ad ſemel in āno. Rō aūt hui⁹ inſti-
tutionis triplex eſt. Prima ē vniuerſalis indigētia.
Oēs eni peccauerūt ⁊ egent glīa dei. nō ē eni q̄ faciat
bonū et nō peccet. Eccs. vij. iō deū dꝫ q̄libet glorifi-
care cōfitēdo ſe peccatorē. Qui em̄ ſe peccatorē con-
fitetur deū glorificat. oñdens ſe dei gratia ⁊ mia in-
digere. Scd̄a rō fuit ſacre cōionis reuerentia. quia
oēs tenent̄ in paſcha cōicare tā pfecti q̄ alij. ⁊ tunc
quia agnus paſchalis cū ſolennitate mādučandus
eſt. vt mundi eſſent manducantes ⁊ digni oportuit
remediū p̄mitti ꝓbationis ⁊ purgationis. ⁊ h̄ q̄deꝫ
eſt in cōfeſſione peti. Tercia rō fuit diſcretio gregis
dn̄ici. ne lupi abſconderent̄ in grege qui manduca-
rent agnos. iō inſtitutū eſt vt vultus ꝯſciarū ſuaruꝫ
ſacerdotib⁹ oñderent. ⁊ ne heretici innocentiā pal-
liarent. ⁊ ſub pelle innocētie ſe abſconderent. oibus
quātūcunq; ſint innocētes p̄ceptū eſt ꝯfiteri. ⁊ ideo
oēs quātūcūq; ſint boni tenent̄ ꝯfiteri ſemel i āno.

78 Ad illud q̄ obi q̄ pnia pfecta reducit ad innocē-
tiam. dōm q̄ illud verū ē de culpa ꝓ qua fuit illa pe-
nitentia aſſūpta. ſ q̄diu ſumus in hac vita vni cul-
pe ſuccedit alia. ⁊ ideo oportet q̄ renouet̄ ꝯfeſſio et
79 pnia. Ad illud q̄ obi q̄ inſtituta eſt ꝓpter recidi-
uantes. dōm q̄ in baptiſmo deletur p̄ncipalr̄ origi-
nale. delent̄ nihilomin⁹ venialia ⁊ mortalia. ⁊ ideo
baptiſm⁹ valet ꝯ illa. Similr̄ de pnia intelligendū q̄
p̄ncipaliter inſtituta ē ꝓpter mortalia ad min⁹ ipſa
ꝯfeſſio. ſed tñ valet ꝯ omne pctīn. ⁊ ita ꝯ oēm lapſū
ſiue p mortale ſiue p veniale. Licet ſ aliq̄s ꝯſeruet
grām baptiſmalē inquantū delet originale ⁊ culpā
mortalē. nullus tñ adeo ē iuſtus q̄ ꝯſeruet q̄ntū ad
deletionē venialis. q̄ tota die iterat̄. iō expedit ei ſi
nunq̄ mādaſſet ecclīa ꝯfiteri. nūc aūt nō ſolū expe-
80 dit ſ etiā neceſſario obligat̄. Ad illud q̄ obi q̄
nō tenemur venialia ꝯfiteri. dōm q̄ ſicut tactū ē ten-
tio ad ꝯfeſſionē eſt duplr̄. vel ꝓpter vinculū peti. vel
ꝓpter vinculū ſolius p̄cepti. Venialia igit̄ nō tenet̄
q̄s ꝯfiteri ꝓpter vinculū peti. ſ ſolū ꝓpter obligatio-
nē peti q̄ obligat vnūquēq; ad ꝯfitendū. ⁊ h̄ ſi non
hꝫ niſi venialia tenet̄ illa cōfiteri vñ ſi hr̄et mortalia
81 q̄ ꝯfiteret̄ nō teneret̄ ad venialia. Ad illud quod
obi de eo q̄ nō hꝫ remorſum. dōm q̄ ipoſſibile credo
ſm ſtatū viatoris q̄ aliq̄s vnū diē vel ſeptimanam
trāſeat ſine remorſu venial. tñ q̄ totū annū trāſeat
hoc habeo magis ꝓ ipoſſibili. ⁊ vix credo q̄ fuerit h̄
donū in aliq̄ niſi in xp̄o ⁊ eius matre. et iō vnuſq̄ſq;
vel hꝫ ꝯſciam vel debet hr̄e. et oi hora petere dimitte
nobis ⁊c. vix em̄ credo q̄ hō q̄diu ſit in vita iſta ſit
ſine veniali. Tū ꝓpter frequētiā. q̄ ſtrepitus vicioꝝ
et pctōꝝ venialiū ſemp inſonant aurib⁹ nr̄i cordis.
Tum ꝓpter ignorantiā. q̄ in multis venialit̄ pecca-
mus. ⁊ ignoram⁹ ⁊ nō ꝯſideram⁹. Tū ꝓpt̄ adheren-
tiam. q̄m venialia iſta ſunt magne adherētie. maxie
qñ habet̄ affectio circa aliq̄d terrenū. et iō quantū-
cunq; q̄s ſit pfectus. corde debet recognoſcere. ⁊ ore
cōfiteri ſe pctōrē eſſe. Si tñ aliq̄s eſſet q̄ nō haberet
pctīn ꝓpt̄ ſuphabundantē grām. dico q̄ nō teneret̄
ad illō mādatū. q̄ ſolis pctōrib⁹ ⁊ viatorib⁹ ē datū.
talis aūt iā in celis habitat. Si aūt eſſet ali⁹ q̄ nō ha-
beret ꝓpter ignorantiā vel negligentiā. nō excuſat̄
a mādato ꝓpter ignorantiā. nō tñ tenet̄ aliq̄d dicē
q̄ nō habeat in corde. ſꝫ tenet̄ recogitare. ⁊ poſtea
tenet̄ dicere. h̄ aūt nō credo poſſe ꝯtingere hoi ha-
benti intellectū et vſū rōnis niſi p ſpālīſſimā grām.
quā etiā credo apl̄os nō habuiſſe. q̄ venialit̄ pecca-

deruint sicut dicit Greg. vel ꝑpter nimiā negligentiā. et sic p3 q̄ ſm cōez legē saltē semel in anno oēs adulti teneāt̄ ꝯfiteri vlr̄. et oēs debent orare. dimitte nobis ⁊c̄. nec est aliq̄s qui in multis nō possit seipm̄ arguere.

Questio .ij.

Quantū ad tp̄s querit̄ vtrū pctōr statim cū possit teneat̄ cōfiteri. Et q̄ sic videt̄. hugo de sctō victore. si necessitas nō ē q̄ ptendat̄. cōtēpt⁹ nō excusat̄. ſ3 cū se offert ꝯfitēdi oportunitas nulla pt̄ ptēdi nccītas. ergo nō excusat̄ a cōtēptu. Itē q̄nto hō plus pmanet in pctō tanto est inhabilior. ergo quāto citius confitetur tanto ē habilior ad resurgendū. Sed ꝯstat q̄ aliq̄n teneat̄ ꝯfiteri. et nō nisi qn̄ est habilior. Si ergo tanto habilior q̄nto citius. ergo q̄to citius pōt teneat̄ cōfiteri. Itē egrotans morbo corporali ⁊ piculoso qui approximat morti. nō ignorat qu erere medicū et cōsulere sine dilatione ⁊ statim si offert se oportunitas. ergo cū maior sit egritudo corporis spūalis. ⁊ maius piculū. et dies mortis ignoret̄. videt̄ q̄ sine dilatione teneat̄ cōfiteri. Itē iste qui est in grā tenetur nunq̄ cadere. ergo ab oppositis iste q̄ est in culpa (si nō reportat de malo comodū) teneat̄ nunq̄ in culpa esse. ⁊ si teneat̄ nūq̄ in culpa esse. ⁊ h̄ n̄ pōt eē nisi resurgēdo. ergo stati ex q̄ peccauit teneat̄ resurgē. q2 ꝯfessio ē ad resurgēdū a pctō. ergo ⁊c̄. Cōtra. pceptū affirmatiuū nō obligat ad semp. sed ad aliqd̄ tp̄s determinatū. sed quantūcunq3 rei indeterminate additur determinatio tp̄is nō teneat̄ ante illud tēpus quis obseruare. sed in mādato de cōfessione dr̄ q̄ debet cōfiteri semel ī āno. ergo vr̄ q̄ n̄ sit transgressor siue obmittat siue differat cōfiteri vsq3 ad annū. Itē si teneat̄ ad statim. pari rōne in alio nūc. sed cū sint nūc infinita in tempore. tunc infinities peccaret si obmitteret. sed hoc est incōueniens. ergo ⁊c̄. Si tu dicas q̄ tenetur statim cū recognoscat offensam. Contra. esto q̄ nō recogitet non teneat̄. sed hoc est malū ⁊ negligentia. ergo reportat cōmodū de malicia. Itē in eadē decretali datur mandatū de eucharistia ⁊ sub eadē pena. ſ3 cōstat q̄ nemo peccat obmittendo si differat sumere eucharistiā vsq3 ad pascha. ergo pari rōne de ꝯfessione. Itē licitū est peccatori querere sacerdotē discretū et expectare. ergo licitū est etiā querere tp̄us ydoneum ⁊ expectare ad penitendū ⁊ satisfaciendum. ⁊ hoc est tp̄s q̄dragesime ad hoc institutū. ergo videt̄ q̄

82 sine pctō liceat expectare q̄dragesimā. R̄. circa h̄ notandū q̄ est loqui de cōfessione dupl'r. Vel q̄ntuz ad ꝓpositū interius. vel quantū ad verbū exterius. Si quantū ad ꝓpositū interius. sic cōiter cōceditur q̄ teneat̄ ꝓponere confiteri et conteri. quia sine ꝓposito confitendi ⁊ emendandi nō dimittit̄ peccatum. sicut nec sine ꝯtritione. Ad hoc autē teneat̄ quando recogitat culpā cōmissam et dei offensam. vel quando tēpus se offert in quo recogitare debet. sicut ī hora mortis. vel piculo. vel aliquo alio simili. Sed qn̄ teneat̄ ꝓgredi in actuz hoc diuersimode opinantur diuersi. Aliqui eīn dicunt q̄ cū actus confitendi nō sit necessarius ad iustificationē. quia p contritionez est iustificatio. et ita confessio solū sit necessaria q̄a est in pcepto. ⁊ ecclesia nō exigit ante pascha. non tenetur nisi piculuz mortis iminēat. Huius autē dilationis dicunt concessam esse licentiā ex decretali illa in generali concilio edita. Omnis vtriusq3 sexus ⁊c̄. Alioꝝ opinio est q̄ sicut teneat̄ ad ꝓpositū confitendi dum se offert oportunitas interior. sic tenetur ad opus qn̄ se offert exterior. Aut eīn ꝓpositum non est efficax. aut cadit a proposito efficaci. si qn̄ se offert oportunitas in op⁹ nō exit. ⁊ dicunt q̄ se offert oportunitas interior qn̄ habet delicti memoriā. Nec obstat decretal'. quia nō dat licentiā differendi. sed ꝓhibet negligentiā ⁊ dilationē. sicut etiā ꝓhibet ne q̄s vltra annū in excōmunicatione maneat. nō tamen dat licentiā remanendi vsq3 ad horā illā. Similiter si impator dat alicui psone infami priuilegiū vt non agatur ꝯtra eā sicut cōtra infamē. non ꝓpter hoc liberat ab infamie nota sed solūmodo a pena vt contra ipsam nō agatur. Sic decretalis illa nō liberat a dilatione et offensa. sed ne ecclesia neget alicui ingressū in ecclesiā vel ī sepulturaz si faciat post. Sicut ergo ante conditionē decretalis tenebatur confiteri qn̄ se offerebat oportunitas. sic videt̄ q̄ p⁹ eius conditionē. quia decretalis nō ꝓ negligentibus sed contra negligentes est edita. Que autē istarū opinionū verior sit dubiū est ⁊ difficile iudicare. Tamē ad veritatis clariorē intelligentiā distingui potest quādo querit̄ qn̄ obligatur fidelis confiteri. ſm duplicem obligationē que supius tacta est. et ſm duplex mandatum diuersimode r̄ndendū est. Quidā eīn ad cō- 83 fessionē obligant̄ nō ex culpa cōmissa. sed ex institutione ecclesiastica. vtpote illi qui nō habent mortalia peccata. tales differre possunt vsq3 ad pascha. q2 mandatū illius decretalis nō obligat nisi sicut obligat ad eucharistiā ad quā pparat confessio sacerdoti facta. Quidā vero nō tm̄ obligant̄ ex ecclesiastica institutione sed ex ꝓpria transgressione. et hij teneant̄ ex sacramēti institutione. de talibus generaliter asserere q̄ possunt vsq3 ad pascha differre videtur mihi piculosum. silr̄ q̄ teneant̄ semp qn̄ se offert oportunitas cōfiteri videtur valde durū. Ideo videtur ra- 84 tionabiliter sentiendū mediū sc3 q̄ oportunitas loci tp̄is et sacerdotis pōt tripl'r se ante pascha offerre. Aut ita q̄ timet̄ ne vnq̄ se offerat. sicut est in hijs q̄ grauiter infirmant̄. ⁊ tales ante teneant̄ absq3 dubitatione ad confessionē. Aut ita q̄ maior oportunitas expectatur vel quantū ad tēpus. vel quantū ad sacerdotem. ⁊ sic potest differri sine aliquo peccato. Aut ita q̄ nunq̄ rōnabiliter maior oportunitas expectatur vel quantū ad sacerdotē vel quantū ad tēpus. ⁊ tunc credo sine pīudicio q̄ teneat̄. Et ideo ali- 85 ter censendū est hic de religioso. aliter de layco. Nā religioso totū tēpus vite est tēpus pnīe. ⁊ ideo habita copia sacerdotis si peccauit mortaliter. credo q̄ tenetur sine mora confiteri ⁊ ad ipsuz recurrere. Et intelligitur sine mora sicut ratio recta determinat. Laycus vero rōnabiliter pōt expectare tēpus quadragesimale qd̄ est tēpus pnīe. vnde cū tēpus sit magis oportunū in eis ad satisfaciendū et confitendū. si expectēt rōnabile est iudicare q̄ nō peccent. dū tamen ꝓponant firmiter tunc tp̄is confiteri. De clericis vero iudicare nō audeo. consiliuz tamen sanum credo q̄ omnes qui cadunt p mortale. q̄ citius pn̄t confiteant̄. nō eīn videtur vere contritus qui tā longo tp̄e vulnus peccati portat occultū. Si autē obijcias mihi q̄ status nō obligat aliquē nisi per votū. R̄. q̄ status nō obligat sed mandatū omnib⁹ datū. ad nunc autez vel ad tunc obligat oportunitas que diuersimode offert se diuersis. ⁊ illud veritatē habet in omnibus qd̄ ad aliqd̄ tēpus obligatur vnus. ad

sit adhibere fidē. tenet̃ illud vtiq̃ confiteri. si autem
tollatur dubiū ⁊ sciatur esse veniale. tūc non obliga
tur. Sicut si cōscientia alicui9 pbabiliter dubitat de
aliquo vtrū sit mortale. tenetur amplius illud nō fa
cere manente dubitatione. sed amota tali pscientia
non tenet̃. et ideo sane dictū est ꝙ ad confessionem
venialis ligatur quis nō ex institutione diuina sed
ex constitutione ecclesiastica ⁊ conscientia ppria. et
sic patent obiecta.

Questio. ij. t

Utrum sit confitenda omnis peccati mortalis dif-
ferentia scʒ pctī cordis. oris. ⁊ operis. pctī etiam
latens vel manifestū. Et ꝙ omnē differentiā videt̃
p decretalē que dicit cuilibet fideli. omnia solus pec
cata sua. nō dicit omnia quantū ad venialia. ergo di
cit omnia quantū ad mortalia. Itē hoc videt̃ ra-
tione. quia p quolibet hoꝝ efficitur homo inimicus
dei et separatur ab vnitate ecclesie. Sed confessio ad
hoc directe instituta ē vt homo reconciliet̃ ecclesie.
⁊ ostendat̃ reconciliatus deo. ergo de omnib9 tenet̃
confiteri. Itē pro omni differentia pcti mortalis
punitur quis actualiter ⁊ eternaliter ⁊ condēnabit̃.
sed p omni eo p quo adducēdus est homo in iudi-
cium condēnationis necessario oportet adduci an-
te arbitriū ihesu xpi. ergo p omni differētia mortal̃
tenet̃ confiteri. Itē pctm̄ grauius magis ē dignū
punitione. sed pctm̄ cordis aliqñ grauius est ꝙ pec
catum opis in alio genē. vt heresis ꝙ̃ fornicatio. sil̃r
pctm̄ apertū grauius ꝙ̃ occultū. si ergo oportet con
fiteri pctm̄ operis ⁊ oris. videt̃ ꝙ ⁊ pctm̄ cordis. sil̃r
⁊ si pctm̄ latens. videt̃ ꝙ multo fortiori rōne qđ est
manifestū. ergo omnē pcti mortalis differentiā ne-
cesse est confiteri. Itē p omnē pcti mortalis diffe-
rentiā naufragat̃ homo. Sed patiens naufragium
necesse habet ad tabulā recurrere. ⁊ nō potest ad ba
ptismū. ergo ad sacrm̄ pnie. s sacrm̄ pnie inquantū
sacrm̄ consistit in confessione. ergo ⁊c. Contra.
sap. xj. per que peccat quis per hec ⁊ torquet̃. ergo si
aliquis solo corde peccat. in solo spiritu et nō in car
ne. nec p organū oris. ergo sola cōtritione est puni-
endus. nō ergo cōfessione. ergo nō tenetur cōfiteri
pctm̄ cordis. Itē Augustin9. vbi pctm̄ oritur ibi
pctm̄ moriatur. ergo pctm̄ qđ fuit in solo corde. ibi
debet mori. ergo nō oportet ꝙ exterius ppaletur p
verbum. Itē in foro iudiciali ita est ꝙ nō addu-
cuntur aliqua ad iudicium nisi que aliquo mō ma
nifesta sunt. Unde Math. xviij. Si peccauerit in te
frater tuus. corripe eum inter te ⁊ ipsum solum ⁊c.
ergo videtur ꝙ si peccatū aliqđ in solo corde fuit.

nec vlli sit manifestū q̄ nō oportet ad iudiciū sacer
dotale deferre. Itē q̄ solū pctm̄ latens sit cōfiten
dum videt̄. quia Aug⁹ diffiniens cōfessionē dicit q̄
cōfessio est p quā morbus latens spe venie aperit̄.
Itē sup illud Geñ. iiij. vox sanguinis ⁊c. glo. eui
dentia patrati sceleris. nō indiget accusatore. sed cō
fessio est accusatio. Prouer. xviij. Justus in pncipio
accusator est sui. ꝙ qn̄ pctm̄ est euidens non indiget
cōfessione. Itē ideo dī cōfessio vt instruat̄ sacer
dos de quātitate pcti. sed nō oportet qn̄ est publicū
et notoriū. ergo de aperto nullus debet nec tenetur
125 confiteri. Rn̄. dōm q̄ ois pcti mortalis diam ne
cesse est cōfiteri. siue sit latens siue manifestū. siue sit
cordis siue oris. Peccatū eñ manifestū oportet con
fiteri duplici ex causa. Una est a pte audiēt̄. alia ex
pte cōfitentis. Ex pte audiētis. qm̄ sicut est in iudi
cio forensi q̄ iudex aliqd nouit vt priuata psona. qđ
tñ non nouit vt iudex. nec pcedit ad sniam quousq̄
innotescat ei vt iudici. sic est in iudicio pniali q̄ sacer
dos aliqd nouit vt hō. qđ tamē nō nouit vt deus. qz
non est p testimoniū cōscientie accusatū. q̄ est testis
diuinus. ⁊ quousq̄ sic nouit. nec spectat ad ipsū sol
uere nec ligare. ideo oportet q̄ ei confiteat̄ peccator
quātūcunq̄ sit publicū. Alia rō est ex parte cōfiten
tis. quātūcunq̄ eñ aliquis ab aliquo accuset̄. nunq̄
pter hoc iustus dī siue iudicat̄. sed magis iniustus.
Sed qn̄ hō seipsū q̄ est dignus accusatione accusat
tunc exercet opus iusticie. ⁊ ideo dī iustus in princi
pio accusator est sui. Ut ergo quis iustificet̄. ⁊ iust⁹
esse cōprobet̄. ⁊ dignus ecclesie reconciliatione. ne
cesse est q̄ ipse se accuset quātūcunq̄ eius peccatuz
126 sit publicū. Oportet etiā pctm̄ cordis siue peccatum
latens confiteri duplici ex causa similiter. tū ex pte
audientis. tum ex pte confitentis. Ex parte sacerdo
tis audientis. quoniā per illū debet ligari ad penam
aut absolui. certū eñ est q̄ p omni mortali meretur
quis penā eternā. ideo satisfactio imponēda est ſm
arbitriuz sacerdotis. ideo talis habet necesse confi
teri ei scelus occultū. quia aliter ipse nō nouit. Alia
ratio est ex pte petōris cōfitentis. vt que nō erubuit
intra thalamū cordis in conspectu diuine presentie
cogitare et velle. ⁊ volendo cōsentire. tunc corā ocu
lis sacerdotis recitet cū rubore. vt que pperpetrauit in
uerecunde ⁊ verecundiā abiecit. nunc ex hoc in con
spectu hominis erubescat. homo eñ carnalis plus
erubescit oculos hominis q̄ dei. Concedende igitur
sunt rationes q̄ differentie omnis peccati confiten
127 de sunt. Ad illud ergo qđ obijcit̄ de sap. xj. dicen
dum q̄ tam verbū illud q̄ verbū chrysostomi ⁊ au
gustini sup hac materia intelligendū est p approba
tionem. Non eñ intelligendū est p̄cise p veritatem
Peccator eñ qui sola voluntate peccat que toti ho
mini p̄sidet. totus punit̄. ita q̄ interius ⁊ exterius. ⁊
ideo si fiat emenda. totus dicit̄ eam facere et p om
128 nes actus scꝫ cordis. oris. ⁊ manus. Ad illud qđ
obijcitur de augustino q̄ vbi oritur ⁊c. dicendum q̄
verbum illud intelligit̄ quantū ad pgressum pecca
ti. vt peccatum non pcedat. sed vbi oritur ibi moria
tur. ꝫ non intelligit̄ q̄ntū ad emendā. Uel dicendū
q̄ illud est intelligenduz de penitentia respondente
peccato publico et occulto. De peccato eñ publico
publice est confitendū pter scandaluz extirpandū.
et de occulto occulte coram vnico sacerdote. ⁊ illud
129 videtur magister dicere in litera. Ad illud quod
obijcitur de foro iudicij q̄ adducunt̄ manifesta. Di
cendum q̄ foro iudiciali. qđ procedit ſm rigorem
iusticie ad condemnationeꝫ. alius est actor. alius est
reus. alius testis. et ideo oportet q̄ pluribus sit no
tum illud de quo quis accusatur. Sed in foro peni
tentiali sacerdos tenet locum dei. et confitens tenet
locū accusantis ⁊ accusati ⁊ testis. nam ratio accu
sat voluntatem. testimoniū ferente cōscientia. ⁊ quia
iste est testis priuatus queꝫ nihil latet. ⁊ de omni oc
culto testimoniū phibet. ideo tali iudicio compete
occulta iudicare. Ad illud qđ obijcitur q̄ cōfessio 130
est latentis peccati manifestatio p augustinū. dicen
dum q̄ est peccati latentis illum cui confitet̄ p mo
dum iudicis. Uel dicēdū q̄ peccatū omne in anima
est quasi apostema intrinsecū. ⁊ quantūcunq̄ homo
peccet aperte. adhuc virus peccati latet in anima. ꝫ
in confessione rumpitur vulnus. ⁊ sanies peccati ad
exteriora trahitur vt dicit Gregori⁹. ⁊ hinc est q̄ Au
gustin⁹ dicit q̄ cōfessio dicit̄ p quā morb⁹ latens spe
venie aperitur. Ad illud quod obijcit̄ de euiden 131
tia patrati sceleris ⁊c. dicendum q̄ illud intelligitur
in foro iudiciali. quia factū illud exterius notum est
⁊ testibus nō eget. ⁊ quia nulla potest tergiuersatio
ne celari. sed nō sic in foro penitētie. credit̄ eñ ibi te
stimonio solius conscientie. Si eni conscientia testi
ficetur nunc contra hominē. in iudicio testificabitur
pro homine. alioquin semp erit testis contrarius.
Ad illud quod obijcitur q̄ est ad sciendā quanti 132
tatem peccati. dicendū q̄ ista nō est tota ratio. imo
rationes que superius assignate sunt. ⁊ preterea ad
hoc est vt sciat p modū iudicis.

Questio. iij.

Utrum teneamur confiteri omnē peccati circūstan
tiam. Et q̄ sic videt̄. quia Augustinus dicit in libro
de penitentia enarrans multiplicia genera circūstan
tiarum. omnis inquit ista varietas confitenda est et
deflenda. Item ratione videtur. quia confessio
maxime fit ad sciendā peccati quantitatē. quia im
ponenda est penitentia ſm mensuraz ⁊ extimatio
nem peccati sicut dicit̄ Leuit. v. sed penes circūstan
tias consistit peccati quantitas. ergo necesse est eas
confiteri. Prima manifesta est. Secunda pbatur p
hoc quod dicit Berñ. q̄ nuge in ore sacerdotis bla
sphemie sunt. hoc autem nō dicit nisi pter aggraua
tionem peccati. ergo ⁊c. Item in confessione ne
cesse est genus peccati aperiri. sed genus peccati va
riatur per circūstantias. sicut patet. cognoscere eñ
nō suā que soluta est fornicatio est. cognoscere non
suam que habet virū est adulterium. ergo necesse est
confiteri circūstantias. Itē confessio potissime fit
ad erubescentiam. sed maior est erubescentia in con
fessione circūstantiarū adiacentiū q̄ etiā in enarra
tione actus. ergo videt̄ q̄ potissime sit circa circum
stantias in confessione insistendū. Item cōfessio
principaliter fit ad accusationē peccantis. sed accu
sationis actio est ex circūstantijs. vnde tulius in pri
mo rethorice. circūstantie sunt a quibus trahunt̄ ar
gumenta accusationis vel defensionis. Et boetius in
iiij. circūstantie sunt que questionē rethoricā faciūt
de laude ⁊ vituperio persone. Item strictius est
diuinum iudicium q̄ humanū. sed in humano iudi
cio modo fit inquisitio ⁊ responsio de circūstantijs.
vnde nō est sufficiens querē de actu. ergo multo for
tius in iudicio diuino. sed hoc est iudiciū pnie. ꝫ ⁊c.

Item sicut diligentius curandus est morbus spiritualis q̄ corporalis. sic magna diligentia est habenda circa spm̄. ꝛ maior q̄ circa corpus. sed morbꝰ corporalis nõ detegit̃ sufficienter nisi etiā circumstantie detegant̃. ergo ꝛc. Contra. Translato principali. necesse est q̄ transferat̃ annexum. sicut apl's dicit hebre. vij. Trāslato sacerdotio necesse est vt legis trāslatio fiat. sed pctm̄ est pncipale. ergo si p cõfessionē dominus transfert peccatū. pari ratione ꝛ circumstantiam. Item circumstantie sunt infinite nobis. et nullus tenet̃ ad illud quod sibi est impossibile. ergo nõ tenet̃ circumstantias pcti recolligere ꝛ referre. Itē nõ est necesse q̄ peccatori imponat sacerdos ita grauem penam sicut exigit culpa. imo tota die imponūtur multo minores. ergo pari ratõne nõ est necesse q̄ peccator ɔfitear̃ se ita grauiter peccasse sicut peccauit. Item si tenet̃ ɔfiteri circumstantias ad sciēdū quantitatem peccati. et quantitas peccati nõ scitur nisi sciantur circūstantie alleuiantes sicut aggrauātes. ꝛ circūstantie defendentes sicut accusantes. ergo homo tenet̃ in ɔfessione seipm̄ excusare. sed hoc falsuȝ est. ergo ꝛc. Item videt̃ q̄ circūstantia nõ augeat quantitatem. qꝛ in bonis quantitas meriti nõ causatur ex circūstantijs. sed ex quantitate amoris quo cõuertit̃ homo ad deum. ergo pari rõne cuȝ pctm̄ sit auersio. quantitas peccati ɔsistit in libidine siue contemptu cordis. nõ ergo in circumstātia exteriori. Itē videt̃ q̄ non det speciem pctõ. qꝛ omne illud qḋ dat speciem et formaȝ dat eē eēntiale ꝛ intrinsecū ꝛ vnicum. sed circūstantie sunt extrinsece ꝛ accidentales ꝛ variabiles. ergo nulla circumstantia trahit in genꝰ peccati nouū. nõ ergo vr̃ q̄ oporteat circumstantias cõfiteri. Est ergo qḋ quas oporteat cõfiteri ꝛ quas nõ.

Rꝫ. dōm q̄ circumstantie que attingunt pctm̄. q̄dam sunt alleuiantes. quedā in aliud genus trahentes. quedam aggrauantes. Circūstātias in aliud genus trahentes ɔfiteri est necessariuȝ. qm̄ genus pcti ɔfiteri oportet. Circūstantias vero alleuiantes ɔfiteri non est bonū nisi ꝓpter hoc vt satisfiat aliene inquisitioni. vel vt prouideat̃ eius scandalo ꝛ perturbationi vtpote si timeret confessorem ex hoc accipere occasionem ad malum. vel si etiā tantū diminuat vt sit in genere venialis. sicut comedere carnes in quadragesima ꝓpter infirmitatem. ita tamen q̄ a latere nõ sit gulositas aliqua. Et ratio huius est. quia in confessione non debet pctõr se excusare ſ accusare. De circumstantijs autem que aggrauant si genus peccati non mutatum est. est inter doctores opinio diuersa. Quidam eñi dicunt q̄ penitentes tenent̃ ɔfiteri. sȝ quia preceptum affirmatiuum est. ideo obligat non ad semp sed pro loco ꝛ tpe. s. quando eam cognoscit siue p se siue p inquisitionem alienam. vnde sapiens et intelligens tenet̃ eas ɔfiteri absq̄ inquisitiõe. simplex tenetur si ab eo inquiratur. Alij dicunt q̄ non tenemur ad confessionem harum circumstantiaruȝ ratione necessitatis. sed de bono ꝛ equo. ꝛ quāto sē magis sapientes ꝛ pfecti. tanto magis debent distinctiꝰ eas explicare. ſ nõ tenemur ad hoc nisi forte ex ppria cõsciā obligemur. Hanc positionem credo ꝓbabiliorē. Unde dicendum q̄ confessio circumstantiarum in aliud genus trahentium spectat ad confessionem q̄tum ad necessitatem. ɔfessio vero aggrauantium q̄tum ad congruitatem. cõfessio vero alleuiantium potius facit congruitatem. et hoc intelligit̃ exceptis casibus predictis. Omnes igit̃ rõnes probantes circumstantias esse ɔfitendas sunt ɔgruitatꝭ q̄tum ad aggrauantes. al's si velint ꝓbare necessitatē ab insufficienti procedūt. illa excepta que est de circūstantia trahente in aliud genus. vnde verbum aug. cõsilium est. Et quod obijcitur de quantitate ꝛ erubescentia. ꝛ accusatione ꝛ diligentia habenda. nõ cõcludit nisi qḋ competentius fiat si exprimat̃ cuiuslibet peccati circumstantia. Quod obijcitur in cõ 34 trarium. Dōm q̄ non oportet eas confiteri. ɔgruuȝ est tamē. Illud quod obijcitur q̄ circumstantie alle 35 uiantes sunt cõfitende ꝛc. Dōm q̄ non est simile. qꝛ aggrauantes non tm̄ oportet confiteri ꝓpter quātitatem peccati. verumetiam ꝓpter erubescentiam et accusationem. Ad illud quod obijcitur q̄ non au 36 gent quantitatem. Dōm q̄ non augent principalit̃ sed quia augent contemptum vel libidineȝ. Nec est simile de bono. quia cū boni sumus bona facimus. vnde quantitas bonitatis venit ab habitu intrinseco. sed quantitas malicie ab actu. quia cū mala facimus mali sumus. Ad illud quod obijcitur q̄ non 37 mutat speciem. Dōm q̄ est esse nature. et esse moris Et aliquid est alicui accidentale ſm esse nature. qḋ tamen est essentiale ſm esse moris. et q̄uis circūstātie sint accidentales actui ſm esse nature. tamen essentiales sunt ſm laudem et vituperiuȝ. que laus vel est ex parte moris vel eius cõtrarium. Et si tu obijcias q̄ non debent dici circumstantie. Dōm q̄ aliq̄ est circumstantia respectu esse naturalis que nõ est circumstātia respectu peccati sed forma. vtpote furti accipere rem non suam inuito domino. Aliquando circumstantia est accidentalis respectu actus q̄tum ad esse nature ꝛ inq̄ꝫtum peccatuȝ. quia sine ea nihilominus est peccatum. sicut accipe rem alienam et sacram de loco sacro. et ita circumstantia ꝛ forma Sed circumstantia respectu peccati furti. qꝛ sine ea poterat esse furtum. ſ forma respectu sacrilegij.

33

Dist. XVIII. de cõfessiõe sacramentali in se q̄tū ad ptātē absoluentis ꝟtute clauiū in foro penitentiali.

Iequeri solet si pctm̄ iam oino dimissum est a deo ꝛc. Supra egit mgr̄ de cõfessione q̄tū ad necessitatē a parte penitentis. hic scdo agit de ipa q̄tū ad ptātem ex parte absolutionis. Habet aūt hec pars duas. In prima agit de potestate in se. In scda in ɔpatione ad suscipientes. s. di. xix. Postq̄ɜ ɔñsum ē q̄ sint claues apostolice ꝛc. Prima pars habet duas. In prima determinat de clauibus et eaꝝ vsu in foro penitentiali. In scda vo in foro iudiciali, ibi. Et est alius modꝰ ligandi ꝛ soluendi ꝛc. Prima ps hȝ duas. In prima querit ꝛ determiat veritatē. In scda ad maiorē enodationē opponit. ꝛ ſ ibi. Sȝ qr̃ vtrū a pctõ soluere valeat. Prima ps duas hȝ ptes. In pma mouet suā qõnē. In scda determinat. ibi. Claues iste nõ sunt corporales. Silr̃ scda ps tres hȝ. In pma opponit ad vtrāq̄ ptē. oñdēs pmo q̄ sacerdotes nõ pñt soluere a pctõ ꝛ ligare. In scda oñdit q̄ pñt a pctõ soluere ꝛ ligare. In tercia determinat modū p quē soluūt ꝛ ligant. ibi. Nõ aūt hoc sacerdotibus cocessit quibꝰ tñ ꝛc. vbi oñdit q̄ sacerdotes dicunt̃ ligare ꝛ soluere. vel q̄tum ad ostensionem. vel q̄tum ad penam temporalem.

Querit quid sacerdos virtute clauiũ in cõfessi/one dimittat. a

Dist. XVIII

Hic queri solet si peccatum iam omnino dimis- sum est a deo p cordis ↄtritionez. ex q̃ penitẽs votum habuit ↄfitendi. q̃d postea dimittat̃ ei a sacerdote: Uideo eñi quo vinculo eum ligat. s. tẽpo ralis pene. sed nõ a quo euz absoluat. Et ideo quero. Ante penitudinẽ quippe cordis[a] anima rei maculã ha- bet ⁊ fetorem peccati. atq̃ʒ eterne vltõnis vinculo liga ta existit. Si võ ad confessionẽ p cordis ↄtritionez de ua p seipsum sine ministerio sacerdotis ⁊ debitum om nino relaxat. et animam interius purgat a contagione ⁊ fetore peccati. quid ergo mũdat: quid dimittit sacer- dos: vbi sũt claues ille quas dñs tradidit petro ⁊ suc- cessoribus eius dicens. tibi dabo claues regni celoruʒ. et queciq̃ʒ ligaueris sup terrã erũt ligata ⁊ in celo. et quecunq̃ʒ solueris sup terram erũt soluta ⁊c. Ut autẽ premissa questio plenius explicari valeat. quasi alti' ducto rhete de his clauib' ⁊ vsu eax disseramus.

Math. xvi.

Determinat questionem motam. b

Claues iste sunt nõ corporales sed spũales. s. discernẽ di scia. ⁊ potentia iudicandi. i. ligandi ⁊ soluendi. qua dignos recipere. indignos debet excludere a regno ec clesiasticus iudex. Qui sicut habet ius ligãdi ita ⁊ sol uendi. Unde Ambro. Dñs par ius ⁊ soluendi esse vo luit ⁊ ligãdi. q̃ vtrunq̃ʒ pari cõditione pmisit. Ergo q̃ soluendi ius nõ habet. nec ligãdi habet. Et infra. Cer tum est q̃ ecclesie vtrunq̃ʒ licet. heresis vtrunq̃ʒ nõ ha bet. Jus eñi hoc solis pmissuʒ est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc sibi vendicat. que veros sacerdotes habet. heresis vẽdicare nõ potest q̃ veros sacerdotes non habet. Usus võ harũ clauiũ multiplex est. di/ scernere. s. ligandos ⁊ soluendos. ac deinde ligare vel soluere. Qui eñi indignos ligat vel soluit. ppria pote state se priuat. i. dignũ priuatione se facit.

De vsu clauiũ.

Querit vtrum sacerdos possit absoluere ⁊ ligare a peccato. et opponit ad vtrãq̃ʒ ptez. ostendens p̃- mo q̃ non possit. c

Sed querit̃ vtruʒ a pctõ soluere valeat sacerdos. i. a culpa. vt culpe maculã abstergat. vel debitum eterne mortis soluere valeat: Quidam arbitrati sunt. cũ pec cator dupliciter ligatus teneat̃ vt predictũ est. s. men/ tis ↄtagione ac cecitate. ⁊ debito future pene. alterũ cu rari p deũ. alterum solui p sacerdotẽ. Patit̃ eñi p pec/ catũ quasdã tenebras interiores ⁊ maculas. a quib' ni si liberet̃. pĩciet̃ in tenebras exteriores. Cũ aũt libera tur ab his. suscitat̃ a morte peccati. Uñ aplˢ. Surge q̃ dormis ⁊ illuminabit te christus. Solus eñi xp̃s nõ sacerdos aĩam resuscitat. ac pulsis tenebris interiori/ bus ⁊ maculis. eã illumĩat ⁊ mũdat. q̃ aĩe faciẽ lauat. debitũ võ eterne pene soluere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectiõe lazari signatũ asserũt. quẽ xp̃s prius p se interius viuificauit. deinde foras exire ius- sit. eũq̃ʒ adhuc ligatũ soluere aplˢis precepit. q: vt aũt

Opinio q̃rundam.

Ephe. v.

Joh. xi.

a Anima rei macu lam habet ⁊ fetorem peti ⁊c. Queritur hic quõ ista differant ab- inuicem. Querit̃ etiã quare pctm̃ pot' di cit̃ habere fetorẽ q̃ ca lorẽ vel aliam ppieta tem rei sensibilis. Rñ' dñm q̃ q̃uis peccatũ vnũ sit in se. tñ fm di uersam cõpationez ad iudiciũ veruz tria sortit̃ vocabula. Iu- diciũ eñi nostrum tri- pliciter se habet. s. vel p modũ speculatiuũ. vel put se extẽdit ad affectũ. vel put se ex- tendit ad effectũ. Si- militer diuinũ iudici- um in triplici ratione habet cõsiderari respe ctu peccati. Aut p mo dum speculationis. ⁊ sic dr̃ pctm̃ macula p pter rõnẽ turpitudis quam ibi considerat. Uel per modum af- fectus. ⁊ sic dicit̃ pec catum fetor eo q̃ ipʒ refugit affectus recte ordinatus. Uel put exit in effectum puni endi. et sic pctm̃ eter- ne mortis debitũ dici tur. Sortit̃ ergo tria nomina fm compati onem ad actũ tripli- cem diuini iudicij. scʒ discernendi. approbã di vel respuendi. ⁊ ter cio puniendi. Uel alit̃. peccatũ comparatur ad id in quo est. ⁊ sic quia eum maculat di citur macula. Uel ad alium pximum in cu ius affectu non est. et sic dicitur fetor in eo. Uel ad deum. et sic di citur et̃ne mortis vin culum.

Alioꝝ sententia verior.

Joh. xx.

Ps. xxxi.

Hieronym⁹.

Cassiodor⁹.

Ratõe vrit ad ꝓbãdũ qđ dic.

Isa. xliij.
Ambrosij auctẽ ꝓbat id. b

Aug. 2 iulianũ
Joh. j.

ipse interius animã a caligine maculaq; peccati emun
dat. sacerdotibus vero dedit vinculum eterne mortis
soluere. Alij vero dicunt solũ deũ nõ sacerdotem de-
bitum eterne mortis dimittere. sicut ⁊ animã interius
p se viuificat. nec tamen diffitentur sacerdotibus tra-
ditam ptãtẽ pctã dimittendi ⁊ retinendi quib⁹ dictuz
est. quoꝝ remiseritis pctã ⁊c. Sicut em̃ xp̃s retinuit si
bi potestatem baptismi. ita ⁊ penitentie. Et ideo sic in-
terius gratia sua aiam illuminat. ita et simul debitum
eterne mortis relaxat. Ipse em̃ p seipm̃ peccata peni-
tentiũ tegit. ⁊ tunc tegit quando ad penam non reser-
uat. Tunc ergo tegit. quando debituz pene soluit. Q
aũt ipse tegat aperte dicit august. exponens illum lo-
cum psalmi. Quorum tecta sunt peccata. id ẽ cooper-
ta ⁊ abolita. Si em̃ texit deus peccata. noluit aduerte.
Si noluit aduertere. noluit animaduertere. id est pu-
nire s; ignoscere. Ita ergo dic̃ a deo tecta. vt de⁹ nõ vi
deat. i. eternaliter puniat. Uidere em̃ dei. peccata ẽ ad
penam imputare. Auertere aũt faciem a peccatis. hoc
est ea ad penam nõ reseruare. Itez Hieronym⁹. Qui-
bus deus dimittit peccata tegit ne in iudicio reuelent̃
Itẽ Cassiodorus. Qui grauia habẽt peccata. alijs de-
us imputat. alijs p misericordiam nõ imputat. Ex his
aperte ostendit̃ q; deus ipse penitentez soluit a debito
pene. ⁊ tunc soluit quando intus illumĩat inspirando
veram cordis cõtritionem. Cui sententie ratio suffra-
gatur ⁊ autoritates attestant̃. Nemo enim vere cõpũ
gitur de peccato habens cor contritum ⁊ humiliatum
nisi in charitate. Qui aũt charitatẽ habet. vita dign⁹
est. nemo aũt simul ⁊ vita ⁊ morte dignus est. Non est
ergo tunc ligatus debito eterne mortis. filius enim ire
esse desijt. ex quo diligere ⁊ penitere cepit. Et tũc ergo
solutus est ab ira que non manet sup illũ qui credit in
chastũ. sed super illum qui non credit. nõ ergo postmo
dum p sacerdotem cui ↄfitet̃ ab ira eterna liberat̃. a q̃
iam liberatus est p dominum ex quo dixit. confitebor.
Solus ergo deus hominem interius mundat a pecca
ti macula. ⁊ a debito eterne pene soluit. qui p pphetã
ait. Ego solus deleo iniq̃tates ⁊ peccata populi. Itez
Ambrosius. [b] Uerbũ dei dimittit peccata. sacerdos et
iudex. Sacerdos quidem officiũ suũ exhibet. sed nul-
lius potestatis iura exercet. Idem. Ille solus peccata
dimittit. qui solus p peccatis nostris mortuus est.
Item augustinus. Nemo tollit peccata nisi solus de⁹
qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit aũt et di-
mittendo que facta sunt. ⁊ adiuuando ne fiãt. ⁊ perdu
cendo ad vitam. vbi omnino fieri non possunt. His
alijsq; pluribus testimonijs docetur. dominum solum
p se peccata dimittere. ⁊ sicut dimittit quibusdam. ita
⁊ alioꝝ quorundam peccata retinet.

Ostendit q; sacerdotes possint soluere et li-
gare a pctõ. D

Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessaz po
testatem dimittendi ⁊ retinendi peccata. cum hoc ve-

b Uerbum dei di-
mittit pctã. sacerdos
⁊ iudex. Querit̃ cir-
ca hoc verbũ ambro.
quid vocet̃ verbum
dei. Si filius dei. s; ille
idem est iudex. s. dei fi
lius. ergo nõ bene di-
uidit ex opposito.
Itez iudicis nõ ẽ pec-
cata dimittere s; poti
us punire. male igit̃
videt̃ hoc assignare.
Dicit̃ em̃ in ps. Cuz
accepero tp̃s ego iu-
sticias iudicabo. Itẽ
videtur litera sequẽs
ↄtradicere. sacerdos
officiũ suum exhibet.
sed nullius potestat̃
iura exercet. R⁹ dõm
q; ambro. tangit hic
triplicem modum di-
mittendi pctã. scz primũ
clauẽ autoritatis. ⁊ hĩ
est dei iudicantis. Se
cũdũ clauem excellẽ-
tie. ⁊ hec est verbi in-
carnati. Scdm clauẽ
ministerij. ⁊ hec ẽ ipi-
us sacerdotis. Et sic pa
tet quõ illa distinguũ-
tur. et patet q; non ẽ
contrarietas in litera
Uult enim ambrosi⁹
dicere q; peccata dicũ
tur dimitti a sacerdo
te. nõ p modũ efficiẽ-
tis sed ministrantis.
et hoc dicit litera se-
quẽs. Ad illud quod
obijcit̃ q; iudex puit.
Dõm q; duplex ẽ iu-
dicium. Unum in p̃-
senti et hoc ẽ iudiciuz
in penitentie foro. et
hoc magis est miseri-
cordie q̃; iusticie. q̃a
modo est tempus mi
sericordie. Aliud iu-
dicium postremũ. ⁊ il
lud est iusticie. quod
signanter notans di-
cit. cum accepero tẽ-
pus. et de illo oppo-
nit. non autez de isto.
et sic pz illud.

ritas in euangelio aperte doceat. Hinc augustinus ait. Ecclesie charitas que p spiritumsanctum diffunditur in cordibus eorum qui participes sui sunt peccata dimittit. eorum qui non sunt tenet. Idem. Sacerdotes possunt confitentibus parcere. quibus enim remittunt remittit deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum. per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim. Quodcunque solueris sup terram erit solutum et in celo etc. hoc est. Ego deus. et omnes celestis curie ordines. et omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum et confirmant quos ligatis et soluitis. Non dixit quos putatis ligare et soluere. sed in quos exercetis opus iusticie et misericordie. Aliter autem vel alia opera vestra in peccatores non cognosco. Idem. Cum veraciter ad deum conuerso peccata dimittuntur. ab eis dimittuntur quibus ipse veraci conuersione coniungitur. Spiritussanctus ea dimittit qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coherentibus. siue se nouerint corporaliter. siue non. Similiter si alicuius tenentur peccata. ab eis tenentur a quibus ille cordis prauitate disiungitur siue notis corporaliter siue ignotis. Omnes mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Ecce hic dicit peccata dimitti et teneri a sanctis viris. et tamen spiritumsanctum ea dimittere dicit. Et quod maiori consideratione dignum est. idem etiam dicit quod deus per se vel per sanctos suos tantum dimittit peccata. Ait enim sic. Sacramentum gratie dat deus etiam per malos. ipsam vero gratiam non nisi per seipsum. vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel p seipsum facit. vel per ipsius columbe membra quibus ait. Si cui dimiseritis. dimittentur. Ecce quam varia a doctoribus traduntur super his. et in hac tanta varietate quid erit tenendum? Hoc sane dicere ac sentire possumus quod solus deus dimittit peccata et retinet. et tamen ecclesie contulit potestatem ligandi et soluendi. sed aliter ipse soluit et ligat. aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum ita dimittit peccatum. quia et animam mundat ab interiori macula. et a debito eterne mortis soluit.

Determinat modum p quem sacerdotes soluunt et ligant a peccatis. e

Non autem hoc sacerdotibus concessit. quibus tamen tribuit potestatem soluendi et ligandi. i. ostendendi homines ligatos vel solutos. vnde dominus leprosum sanitati prius p se restituit. deinde ad sacerdotes misit. quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam lazarum iam viuificatum. obtulit discipulis soluendum. quia et si aliquis apud deum sit solutus. non tamen in facie ecclesie solutus habetur nisi p iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis vel retinendis. ita operatur sacerdos euangelicus et iudicat sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra que peccatum signat. Unde Hiero. sup matheum. vbi dominus ait petro. Tibi dabo claues regni celorum et quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. et quodcunque solueris super terram erit solu-

Aug. super Jo. c

In li. de penis.

Joh. xi

Math. xvi.

Hieronymus Math. xvi. d

4 e Ecclesie charitas que per spiritum. Videtur hic Augustinus falsum dicere. quia solus deus peccata dimittit. sed ecclesie caritas non est deus. sed vnitas corporis mystici. ergo etc. Si tu dicas quod charitas ecclesie accipitur non formaliter sed exemplariter p charitate que est spiritussanctus. Similiter posset dicere quod deus celi et terre peccata dimittit. et ita non magis competeret ecclesie quam alii. Responsio. dicendum quod charitas ibi stat p caritate creata. quod patet per determinationem adiunctam cum dicit. que per spiritum sanctum diffunditur. Hec autem dicitur dimittere peccata quantum ad meritum. sicut exponit infra. quia viri sancti per charitatem suam merentur gratiam primam. Uel ideo dicitur dimittere. quia nulli dimittuntur nisi eis qui recipiuntur intra ecclesiasticam vnitatem. vnde heretici et scismatici quamdiu extra ecclesiam in heresi et scismate perseuerant. gratiam nec sibi nec aliis valent aliqualiter impetrare. de adultis loquendo.

5 d Quodcunque ligaueris super terram etc. Obiicitur contra istam Hiero. expositionem. quia si istud esset solum per ostensionem. nulla ergo differentia esset sacerdotis noui testamenti ad vetus. Et iterum. si sacerdos est arbiter et penas potest secundum arbitrium suum imponere. ergo videtur quod ad voluntatem suam possit soluere et ligare. Item aliquis hypocrita qui habet signa contritionis

tum et in celis. Hunc inquit locum quidam non intelligentes aliquid sumunt de supercilio phariseorũ. vt damnare innoxios. vel soluere se putent noxios. cum apud deum non sententia sacerdotum. sed reorum vita queratur. In leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi. q̃s illi non faciunt leprosos vl' mũdos. sed discernunt qui mundi vel imundi sunt. Ita et hic aperte ostenditur q̃ non sequitur deus ecclesie iudicium que per surreptionem et ignorantiam interdum iudicat. deus aũt semp iudicat ſm veritatẽ. Et in remittendis vel in retinendis culpis. id iuris et officij habẽt ecclesiastici sacerdotes. quod olim habebant sub lege legales in curãdis leprosis. Hi ergo peccata dimittũt vel retinent. dum dimissa a deo vel retenta iudicãt et ostẽdũt. Ponunt enĩ sacerdotes nomen dñi sup filios israel. sed ipse benedicit vt dicitur in numeris. Hunc modum ligandi et soluẽdi Hieronymꝰ supra notauit.

Leuitici. xiij

Numeri. vj.

Alius modꝰ ligandi et soluendi.

Ligant quoq̃ sacerdotes dum satisfactionem penitentie confitentibus imponunt. Soluũt cum de ea aliquid dimittunt. vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt. Quemadmodum superius leo papa notauit. Scdm hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Unde superius augustinus dixit. Quibus remittunt remittit deus etc. Opus enim iusticie exercent in peccatores cum eos iusta pena ligant. opus misericordie dũ de ea aliquid relaxant. vel sacramentoꝝ communioni conciliant. alia opera in peccatores exercere nequeũt. Et notandum est quia quos satisfactione penitentie ligant. eoipso a peccatis solutos ostendunt. quia nõ imponitur alicui satisfactio penitentialis. nisi quem sacerdos vere penitentem arbitratur. Alij non imponit. et eoipso peccatum retineri a deo iudicat. Quod autem hoc ad claues ptineat Augustinus ostendit dicens. Frustrat claues ecclesie qui sine arbitrio sacerdotis penitentiam agit. si sine dus confessione criminis indulgẽtia impetratur.

Aug. in li. de penitentia.

absoluitur a sacerdote. quero q̃ dicãn clauis errat. an non. Si errat. ergo non deberet eum absoluere. q̃ hoc falsũ est. quia iudex ſm ea que apparent debet iudicare. Si non errat. ergo videtur q̃ talis sit solutus in celis. Rꝰ dicendum q̃ q̃tum ad absolutionem a culpa. sacerdos se habet per modum demonstrantis. q̃tum ad absolutionem a pena se habet p modum dimittentis. Sed attendẽ- 6 dũ est q̃ efficacia sacramenti pendet ex idoneitate suscipientis. actus enim actiuorum sunt in patiẽte disposito. Dico igitur q̃ in talem qui videt contritus habet clauis effectum quãtum est de se. sed q̃ non habet. hoc est ex fictione illius. ita q̃ q̃uis clauis non erret. tamen ille errat et decipit. Si autem ille qui soluit obligat ſm voluntatem ita q̃ nõ ſm scientie vel iuris regulaꝫ procedat. sic clauis non habet efficaciam. et contra tales qui volebant ad votum soluere et ligare loquitur Hieronymus. ostendens hoc de supercilio et superbia procedere. vnde sicut sacramenta priuantur efficacia. aut quia nõ recte administrantur. aut quia non recte suscipiuntur. sic de clauibus oportet intelligi.

Ad intelligentiam huius partis queritur de clauibus ſm q̃ spectant ad forum penitentiale. Et circa hoc tria principaliter queruntur. Primo queritur de clauibus in generali. Secũdo de potestate ligandi et soluendi que est clauis pricipalis. Tercio de scientia discernendi. Circa primum queruntur duo. Primo queritur vtrũ claues ecclesie date sint. Secundo supposito q̃ sic. queritur ad quid date sunt.

a

Questio. j. a

Circa quã ostendit q̃ claues eccle sint date p illud quod habet Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Item hocipsum probatur per illud quod dicitur Joh. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc. ergo in potestate apostolorum fuit introducere ad iusticiam. ergo ad vitam. sed omnis q̃ potest admittere vel excludere a regno habet claues regni. ergo apostolis date fuerunt claues. nõ nisi q̃ntum erant prelati ecclesie. ergo etc. Item ratione videtur. quia nullus potest ingredi regnum celorũ nisi per ecclesiam. et hoc significatum est Geñ. xxviij vbi dicitur. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Sed constans est q̃ ad rectum ordinem oportuit prelatos in ecclesia institui. sed nullus sufficienter porte preest nisi qui habet clauem ipsius. ergo videtur q̃ dominus claues apostolis concesserit.

Item decet regem terrenum vt clauem ostij siue porte suis seruis committat qui ministrant in eius curia. sed non est liberalior rex terrenus q̃ rex eternꝰ

sime no multo minor. ergo videtur ꝙ aliquibus suis sive hominibus claves commisit. Ad oppositum ita arguitur. Nulla necessitas est clavium ubi ostiũ semper est patens ⁊ apertum. sed ostium celi ⁊ ecclesie semper est apertũ. ergo ⁊c. Minor probatur sic. ostium paradisi christus dominus est qui dicit Joh. x. Ego sum ostium. sed illud semꝑ est apertum. quia Johis. vj. dicit ipse. Eum qui venit ad me non eiciam foras. Et Apocal. iiij. Vidi ⁊ ecce in celo ostium apertum. ergo ⁊c. Item illi soli conceditur clavis qui potest claudere ⁊ aperire. sed hic est solus christus Ysa. xxij. Dabo clavem domus david super humerũ eius. et claudet ⁊ non erit qui aperiat ⁊c. ergo solus christi est aperire ⁊ claudere. ergo ⁊c. Item solus ille fert clavem qui potest obstaculum amovere. sed obstaculum regni celoꝝ solus christus potuit amovere. ergo ⁊c. Probatio minoris sup illud Ysaie. xxij Dabo clavem domus david. glo. in passione reseravit quod ante non poterat. si hoc fuit solius christi. ergo ⁊c. Item maius quid est habere claves paradisi ꝙ͂ habere claves mortis ⁊ inferni. Sed christus clavem mortis ⁊ inferni sibi soli reservavit nec dedit ecclesie. ergo clavem regni multo fortius. Rᵒ dicendum ꝙ nomen clavis translatum est ad spiritualia ab ipsis corporalibus. In his autem corporalibus clavis est instrumentum ad removendum aliquod obstaculum. Quoniam igitur in spiritualibus invenimus obstaculũ ad ingrediendum in regnum celeste. necesse est illud removeri. ideo ad spiritualia nomen clavis transferimus. vocantes clavem illaz virtutem per quam obstaculum removetur. sive ꝑ quã excluditur vel includitur. Scd͂m hoc igitur notãdũ ꝙ cum triplex sit obstaculum ingrediendi in regnuz. et triplex potestas illud removens. triplex est clavis spiritualis differens ſm gradum ⁊ dignitatem. Obstaculum aũt ingrediendi in celum est debitum alicuius peccati. hoc autem est triplex. Primum peccati mortalis commissi. et hoc est debitum eterni supplicij. hoc autem obstaculum solus deus amovet. quia hoc removetur per culpe deletionez. ⁊ ideo potestas hoc removens est potestas divina que ab aliquibus dicitur clavis autoritatis. Secundum obstaculum est debitum peccati contracti. et illud est debitum solutionis precij et hoc solui potuit per eum qui potuit satisfacere. talis aũt fuit solus xp̃s. et ideo hec potestas removens illud obstaculum est solius christi. et vocant eam aliqui clavem excellentie. Terciũ obstaculum est debitum peccati dimissi. quia postꝙ͂ homini dimissa est culpa. adhuc est obligatus ad temporalem penam. et hoc removeri potest ꝑ illum qui potest peccati penam taxare. ⁊ talis est minister christi non tñ christus. et ista potestas est hominibus cõmunicata. et vocatur ista potestas clavis ministerij. Cũ igit̃ triplex sit ptãs ſm triplex obstaculũ. triplex est clavis. Prima scilicz autoritas a qua est. secunda scilicet excellentie et hec est in solo christo. ⁊ tercia ẽ clavis ministerij que descẽdit a clave autoritatis mediante clave excellentie. et de hac dictum est petro. tibi dabo claves regni celorum Mathei. xvj. ⁊ de hac ꝓcedunt autoritates et rationes ad primam partez Sed rationes ad oppositum procedunt de alijs clavibus. Ad illud ergo quod primo obijcitur ꝙ ostium semper est apertum. dic͂m ꝙ hoc verum est de se. sed tamen homo sibi claudit per debituz peccati qd incurrit. a quo oportet hominem per aliquam clavium liberari. Ad illud quod obijcitur ꝙ solus christus potest claudere. Dic͂m ꝙ illud intelligitur de clave excellentie per quam clausit lymbum sanctis ne ibi descendant. et aperuit paradisuz. ⁊ de ista apertione dicitur in oratione paschali. Deus qui eternitatis aditum devicta morte reserasti. de hac intelligitur textus ⁊ glosa. ⁊ ita patet sequens obiectio. Ad illud quod obijcitur de clavibus inferni. potest respõderi ſm aliquos ꝙ iste etiam sunt claves inferni. sed tamen denominantur a digniori. quia dum aperiunt celum claudunt infernum. sed principaliter sunt ad aperiendum celuz. Potest aliter dici ꝙ claves inferni habet christus ſm ꝙ deus. quia ipse est qui potest animam ⁊ corpus perdere in iehennam. et qui põt liberare ⁊ ibidem includere. unde hoc cõpetit ei ſm clavem autoritatis que est in removendo culpam. ⁊ ideo plus dicit ꝑ clavem inferni ꝙ͂ per clavem regni. sicut plus est liberare a culpa ⁊ morte eterna ꝙ͂ liberare ab aliqua pena temporali introducendo in gloriam. ideo non valet illud.

Questio. ij. b

Ad quid sint iste claves. Et supposito ꝙ sint ad aperiendum. queritur, utrum sint ad claudenduz. Et ꝙ sic videtur. Ysaie. xxij. Dabo clavem domus david ⁊ aperiet et nemo claudit. et claudet et nemo ⁊c. Sed potestas collata est ministris conformis potestati christi. ergo ad claudendum ⁊ ad aperiendum.

Item in datione clavium dominus dedit non solum potestatem solvendi sed etiam ligandi. non solum dimittendi peccata sed etiam retinendi sicut patet Mathei. xvj. et Joh. xx. et per hoc ꝙ solvunt sũt ad aperiendum. ergo ab oppositis ꝑ hoc ꝙ ligant et retinent erunt ad claudendum. non ergo solum ad aperiendum. Item clavis dicitur methaphorice in spũalibus ad similitudinem clavis in corporalibus. sed officium clavis nõ tñ est ad aperire sed etiam claudere. ergo ⁊c. Item si solum est ad aperiendum. ergo pari ratione cum baptismus sit ad aperiendum ianuam, omnia sacramenta et precipue eucharistia ⁊ unctio extrema que removent obstacula ad ingrediendum in gloriam. ergo omne sacramẽtum esset clavis. quod non admittit usus nec ratio. ergo ⁊c. Contra. claves date sunt ad nostram utilitatem. sed utilitas nostra non est ꝙ regnum celi nobis clauditur. ergo non sunt ad claudendum.

Item nihil claudit regnum celoꝝ nisi quod apponit obstaculum. appositum autem obstaculuz ad ingrediendum non est nisi debitum quod est ex peccato. sed claves non sunt ad faciendum homĩes peccare. ergo videtur ꝙ claves non sint ad claudendũ.

Item quicunq; utitur instrumento ad illud ad quod est. recte utitur illo. sed sacerdos claudẽdo aditum regni non recte facit sed peccat. ergo clavis nõ est ei ad hoc data. Probatio minoris. Mathei. xxiij. Ve vobis scribe et pharisei qui clauditis regnum celorum ante homines. ergo peccabant in hoc.

Item nihil idem est ad oppositos fines. sed claudere ⁊ aperire regnum celorum sunt opposita. ergo clavis non ordinatur ad hec duo. Queritur etiam

latra hoc cum malum exemplum claudat regnū celorum. et bonum aperiat. quare non dicitur clauis? Item cum soluere τ ligare nō sit clauis vsus. sed magis manus. non videtur q dominus deberet clauibus attribuere vsum ligandi τ soluendi quod tamen facit Mathei. xvj. queritur ergo vnde hoc sit?

12 R°. dicendum q potestas sacerdotibus communiter concessa super subditos non est ad omnino soluendum debitum. quia non debebat hec cuilibet cōmunicari. ne culpa sine pena remaneret. ideo data est eis potestas vt ligando soluerent. ligando scilicet ad vnum. absoluerent ab alio. sed non est data potestas ligandi nisi propter solutionem. Quoniam igitur soluere aliquem a debito est remouere obstaculum. et hoc est aperire celum. et per consequēs ligare ē claudere. ideo dico q claues iste simul sunt ad ligandum et soluendum et aperiendum. Sed actus ligandi et soluendi competit eis inmediate et in subiectū. sed actus aperiendi in relatione ad finem vltimum. Et quoniam instrumentum denominatur ab optimo τ a fine. ideo magis denominatur illa potestas a nomine respiciente finem. Quia vero instrumentuz ordinatum ad claudendum τ aperiendum in corporalibus est clauis. ideo talis potestas recte dicitur clauis. non tamē est omnimoda similitudo sed aliqua. Clauis cū materialis ad vtrunqz principaliter est. τ principalius ad claudendum propter latrones τ fures. Sed spiritualis principalius est ordinata ad aperiendum. nec est ordinata ad claudenduz. nisi propter apertionem. sicut nec ad ligandum nisi propter solutionē. et ita quemadmodum medicina est scientia sani τ egri. sani per se. τ egri per accidens. ita intelligendum est in proposito. Concedo ergo q sit ad claudēdum. licet non omnino eodez modo quo clauis materialis.

13 Ad illud ergo quod obiicitur q clausio ē nobis damnosa τ fit per peccatum. Dicendum q sicut in corporalibus quedam est ligatio simpliciter nocens et impediens. sicut cum ligatur homo propter paralisim. Quedam simpliciter expediens sicut cum ligatur homo mediante emplastro. sic τ in spiritualibus ligatio peccati impedit. sed ligatio sacerdotalis melius facit ad velociorem et expeditiorem solutionem. Similiter intelligendum est de clausione q est quedā bona τ expediens. τ hac ligat clauis nō alia. ipse autem opponit de alia. et per hoc patet responsio ad tria obiecta. ligat enim non debito peccati. sed impositione siue superpositione remedij.

14 Ad illud quod obiicitur q nihil idem est ad oppositos fines. Dicendum q verum est intelligendo de fine per se. sed de fine quod est ad diuersa. ita q ad vnum est per se ad alterum per accidens nihil impedit. sic autem dicimus in proposito esse.

15 Ad illud quod queritur quare exemplum non dicitur clauis. Dicendum q officium clauis est q eadem soluit τ ligat. et claudit τ aperit. et solum est hec potestas sacerdotalis. ideo sola dicitur clauis. vnde baptismus non dicitur clauis eo q tm̄ aperit. similiter nec bonum exemplum. econuerso peccatum vel malum exemplum tm̄ claudit. et ideo neutrum dicitur clauis. Preterea exemplum disponit a remotis. sed clauis aperit de propinquo. ideo clauis non debet dici.

16 Ad illud quod obiicitur q clauis non est soluere. Dicendum q potestas illa habet actum in relatione ad subiectum. et in relatione ad finem act⁹ In comparatione ad subiectum respicit potestatis vsum. sed in comparatione ad finem respicit fructū. Et qz denominatio est ab optimo. ideo domin⁹ claues illam potestatem vocauit. Sed quia executio τ vsus respicit actum primum. ideo illi claui actum soluendi et ligandi attribuit.

Consequenter q̄ritum ad secundum articulum queritur de potestate ligandi τ soluendi in foro penitentiali. de qua duo queruntur. Primo queritur vtrum hec potestas sit in culpam. Secundo queritur vtrum possit in penam.

Questi. j. c

Circa quā sic proceditur. Et videtur q habeat posse in culpam. Johānis. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur. et quoꝝ retinueritis ꝛc. ergo videtur q habeat posse supra peccata. Item sacramētum penitentie est remedium contra actuale. sicut baptismus contra originale. ergo sicut virtute baptismi deletur originale. ita virtute penitentie actuale. Sed virtus penitentie principaliter consistit circa claues. ergo videtur ꝛc. Item vir iustus merito vite potest aliū primam gratiam impetrare cui non est commissum officium mediatoris. sed sacerdoti officium clauium est commissum officium mediatoris. ergo multo fortius sacerdos gratiam impetrare potest. ergo et peccata dimittere. Item communiter conceditur q sacramentum baptismi delet omnem culpam. sed tamen in hoc non derogatur diuine potentie in aliquo. Sed maioris virtutis est susceptiuus spiritus rationalis q̄ aqua. ergo videtur q sine aliquo inconuenienti possit dici q sacerdos virtute clauium ministerialiter absoluat a culpa.

Contra. Marci. ij. cuz dominus dixisset. fili dimittuntur tibi peccata tua. statim dixerunt hic blasphemat. sed non credebant blasphemare ob aliud nisi quia peccata dimittere est solius dei. non est ergo sacerdotis. Item Augustinus τ Gregorius dicunt q in suscitatione Lazari mortui significata est resuscitatō peccatoris. sed Lazarus est prius a domino viuificatus q̄ traderetur discipulis exoluendus. ergo absolutio sacerdotis nihil valet anteq̄ homo sit viuificatus per gratiam τ suscitatus a morte culpe. ergo sacerdos non potest super culpam. Item paris potestatis est interius baptizare τ a culpa absoluere mortali. sed deus non debuit potestatem baptizandi interius communicare ne spes poneretur in homine. ergo pari ratione nec potestatem absoluendi ab actuali. Item nullo modo fit remissio culpe nisi per gratiam. sed gratiam dare est potentie infinite sicut monstratum est in precedentibus. ꝙ ꝛc.

17 R°. ad predictorum intelligentiam est notanduz q circa hoc est duplex modus dicendi s̄m diuersos doctores. Aliqui enim dicere voluerunt q dupliciter est loqui de clauiuz potestate. Aut prout operatur in ꝓposito ꝯfitēdi. aut in actu ꝯfessiōis. Si prout operatur in ꝓposito ꝯfitendi. sic qz illud ꝓpositum claudit in ꝯtritōe. τ in ꝯtritōe ꝑma delet culpa. sic virtus clauiū

quodammodo se extendit ad delendum culpam. nõ enim a culpa potest iustificari nisi proponat sacerdoti cõfiteri. Si autem loquamur de potestate put operatur in actu absoluendi. sic non potest in culpam. pro eo quod digne accedens ad absolutionem accedit contritus et suscitatus. et ita est ei iam culpa remissa. Sed iste modus dicendi licet videatur probabilis. tamẽ habet in superficie fantasiam. Primũ. quia baptismus sacramentum nõ dicitur operari anteq̃ homo baptizatur. alioquin operatum fuisset ab initio. pari ratione nec clauis. Item plus potest vnumquodqz in re q̃ in solo proposito. si ergo in proposito delet culpam. quanto magis dum exhibetur in re ipsa. Et iterum. possibile est quod aliquis ad absolutionem accedat attritus sicut ad baptismum. quare tunc non fiet attritio cõtritio. cũ non sit fictus. Et ideo est alius modus dicendi quod habet clauem. et per potestatem clauis mediator est dei ad hominem. et hominis ad deum. vnde per ipsum peccator ascendit ad deum. et sic est sacerdos os peccatoris siue loquens pro peccatore. Et per ipsum descẽdit deus ad hominem. et sic est sacerdos angelus dei immo os. eo quod ipse separat preciosuz a vili. Scd̃m quod ascẽdit habet se per modum inferioris et supplicantis. Secundum quod descendit per modum superioris et iudicantis. Secundũ primũ modũ potest gratiam impetrare. et ad hoc est ydoneus. Secundum secundum modum potest ecclesie reconciliare. et ideo in huius significationem in forma absolutionis premittitur deprecatio per modum deprecatiuum. et subiungitur absolutio per modum iudicatiuum. et deprecatio gratiam impetrat. sed absolutio presupponit eam. Quomodo enim sacerdos absolueret quemq̃ de quo non presumeret quod esset absolutus a deo?

18 Si ergo queratur vtruz potestas clauiuz se extendat ad delendam culpam. Dicendum quod bene potest se extendere per modum deprecantis et impetrantis. et illud signatum est in benedictione sacerdotum Numeri. vj. sed per moduz imperantis nõ. Quoniam ergo potestas sonat per modum actiui et imperantis et se. hinc est quod potestas clauium proprie loquendo nõ se extendit supra culpam. et concedende sunt rationes ad hoc inducte.

19 Ad illud quod obiicitur de Iohanne. dicendum quod vel illud de remissione dicitur q̃tuz ad

20 ostensionem vel solum q̃tum ad penam. Ad illud quod obiicitur quod sacramentum penitentie est contra morbum actualis. dicendum quod sacramentũ penitentie accipitur prout comprehendit rem interiorem. s. contritionem per eum modum per quem in perfectione penitentie tria concurrunt. s. contritio. confessio.

21 et satisfactio. Ad illud quod obiicitur quod vir iustus impetrat gratiam. Dicendum quod verum est. tamen nõ largitur. et bene sacerdos potest ibi gratiam impetrare peccatori. sed ipse non dat eam sed alius. et ideo soli

22 illi attribuitur absolutio a culpa. Ad illud quod obiicitur de sacramento baptismi. Dicendum quod baptismus delet culpam per gratiam. sed tamen nõ est illius causa efficiens sicut supra ostensum est. sed virtus diuina. Et baptismus dicitur peccata remittere ratione rei interioris quam solus deus infundit. similiter et penitẽtie sacramentũ. Sed potestas clauis dicit potestatẽ creature rationalis. nec decernit gratiaz sed quod exterius est. quia clauis est extra in sacerdote. et ideo nõ sic ei attribuitur. si enim sibi attribueretur mũdatio. cum hoc non possit intelligi per modum informandi. intelligeretur per modum efficiendi.

Questio. ij

Item in morte absoluitur quis ab omni mandato. ergo et a mandato satisfactionis et confessionis et huiusmodi. sed punitio pro peccatis satisfactio est. ergo liberatur deinceps ab omni debito punitionis. ergo vt videtur amplius non punitur. Item pronior est deus ad miserendum quam ad condemnandum. Sed decedentem in mortali peccato statim condemnat. ergo decedentem in charitate statim glorificat. Item potentior est charitas ad eleuandum quam sit mortalis culpa ad deprimendum. Sed culpa mortalis statim demergit in abyssum. ergo charitas statim eleuat in celum. ergo non est ponere post mortem aliquod supplicium. Item status post mortem respondet statui qui est in via. Sed in via non est nisi duplex status. scilicet bonorum et malorum. ergo post mortem non est nisi duplex. ergo statim anima decedentis vel est in paradiso cum bonis. vel in inferno cum malis. Respondeo dicendum quod sicut dicit scriptura. et auctoritates sanctorum. et reuelationes plures. et rationes concordant. et ecclesia vniuersalis confirmat. que pro illis orat. absque dubio post hanc est ponere penam purgatoriam. Ratio autem huius est ista. quia vniuerse vie domini misericordia et veritas. Sic autem misericordia parcit dominus. vt veritati siue iustitie non fiat preiudicium. ideo dimittit culpam et penam eternam. ita tamen quod obligatum teneat ad penam temporalem. ab hac autem pena non absoluitur in morte. quoniam status post mortem non repugnat punitioni anime. quamuis non competat merito eiusdem. Puniuntur enim anime et premiantur. et ideo cum non sint alicui taliter remissa peccata quin obligetur ad aliquam penam. nisi fiat per baptismalem gratiam. et ab ea obligatione non absoluitur. et debitor pene non possit cum debito ingredi celum. necessarium est esse purgatorium. Ad illud ergo quod obiicitur de apoc. quod requiescent a laboribus suis. dicendum quod est labor in operando. et est labor in patiendo. et verbum illud intelligitur de labore in operando. quia iam non est dies in qua operari valeant merendo. non autem intelligitur de labore in patiendo. et hoc patet ex ipso textu sequenti. opera enim illorum secuntur illos. Ad illud quod obiicitur quod est misericordissimus. dicendum quod est verum sed tamen iustus est. ideo veniam prestat quam decet iustam misericordiam prestare. Quia enim iustus est homini iniusto. non decet reconciliari manente iniusticia et offensa. et ideo misericordie iusticiam decet vt remittendo venialem mortalem culpam remittat omnem aliam. non sic de pena. Quoniam enim misericordia remittit penam. et iusticia exigit. ideo oportet quodammodo diuidicari vt alteri non preiudicetur. et sic patet quod etiam pena exigitur in foro dei. Ad illud quod obiicitur quod absoluitur ab omni mandato. dicendum quod verum est. sed tamen non absoluitur ab omni debito. immo anima trahit secum debitum. et quia retributor est iustus. retribuit secundum quod inuenit debitricem. et quia debitrix erat pene quam nondum exsoluit. patet etc. Ad illud quod obiicitur quod statim damnat decedentem in mortali dicendum quod non est simile. quoniam ille qui in mortali est nihil habet in se quod sit dignum vita. immo totum vel est mortuum vel mortificatum. et ideo summe dispositus est ad eternam damnationem. et propter hoc statim damnatur in ista retributione. Sed ille qui est in charitate. cuius caritas simul stet cum veniali culpa et reatu pene. habere potest in se aliquid dignum pena. Et quia gloria non potest simul stare cum pena secundum forum presens. necesse est prius debitum illud solui per penam purgatoriam. Ad illud quod obiicitur de pondere iam patet Responsio. quia pondus charitatis habet in se aliquid retardans. vel culpam aliquam puillam. vel reatum. sed pondus peccati nihil habet eleuans vel retardans. ideo non est simile de ascensu caritatis et de descensu peccati. Ad illud quod obiicitur quod non est nisi duplex status in hac vita. ergo etc. dicendum quod licet non nisi duplex sit principalis, tamen vterque subdiuiditur. Nam qui habet iusticiam in duplici differentia est. Aut enim est in statu perfectorum perfectione completa. et talis non habet aliqua venialia nec aliqua cremabilia debita. et huic statim debetur vita eterna. tales sunt sancti martires vt laurentius et vincentius. et sancti confessores vt benedictus et franciscus. Alii sunt in statu imperfectorum. et hii cremabilia habent vt plurimum. et etiam debita. et oportet primum debita cremabilia solui quam introducantur in patriam. et hoc est in pena purgatoria. Similiter carentes iusticia in duplici sunt differentia. Quidam in statu paruulorum. et hii carent iusticia originali. et hiis competit status in lymbo sine pena sensibili. Alii qui sunt in statu adultorum. qui carent iustitia personali siue gratuita per propriam culpam. et talibus competit status infernalis. et sic patet quod ratio illa non valet. Posset etiam dici quod pena purgatoria non dicit statum sed magis transitum de statu in statum.

Questio. ij. b

Utrum pena purgatoria sit maxima penarum temporalium. Et quod sic videtur. August. in quodam sermone. ille ignis durior erit quam quicquid in hoc seculo penarum aut videri aut sentire aut cogitare quis potest. Item in litera dicit quod excellit omnem penam quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Item ratione videtur. quia quanto quis iudicandus est debilior

tãto iudex puniẽs minori pena debet esse cõtent⁹. ꝙ quanto est fortior. tãto exigitur ab eo pena grauior. sed spũs sepatus inproportionaliter est fortior ꝙ sit totum coniunctum siue homo totus. sed post hanc vitam est spũs sepatus. ergo videtur ꝙ grauius puniatur. Item spũs sepatus a carne semper grauius peccat ꝙ spũs carni coniunctus. sed malum pene proportionatur malo culpe. ⁊ malum culpe semper grauius est in spũ separato. ergo pari rõne ⁊ malum pene. Item maior et grauior est pena passionis ꝙ pena compassionis. sed anima exuta punitur pena passionis. coniuncta vero pena compassionis. ergo ⁊c. Item quãto aliqua pena est maior tanto est grauior. Sed anima exuta cum punitur. tota punitur ⁊ fm totum. cum enĩ sit simplex. ignis totam attingit. Sed in pñti aut vix aut nunꝙ aliqua pena totum hominem cruciat. ergo generaliter grauior ẽ illa ꝙ sit aliqua tempalis pena. Contra. deus retributor est vniuscuiusqꝫ fm meritum suum. vñ ꝓportionabiliter respondet pena reatui. sed cuꝫ quis moritur reatus non intẽditur. ergo nec pena debet intẽdi. ergo non debet esse maior in futuro ꝙ in pñti. Itẽ quãto aliquid magis est passibile. adiũctum puniẽti magis patitur ⁊ grauius punitur. sed coniũctuꝫ est magis passibile ꝙ anima fm se. ergo adiũctum affligenti magis patitur. ergo si punitur coniũctim in pñti. ⁊ in futuro anima sepata. patet ⁊c. Item maior ẽ passio in qua agens est transmutans ⁊ abijciens ꝙ vbi alterum horum deficit. sed in purgatorio anima punitur ita ꝙ nõ trãsmutatur nec aliquid obliuiscitur. in pñti aũt corpore fit abiectõ. ergo videtur ꝙ ista pena sit grauior. Item beatior erit anima quãdo glorificabitur corpore resumpto. ⁊ similiter miserior quando punietur corpore resumpto. ergo vnio anime ad corpus potius facit ad pene augmentum ꝙ ad diminutiõnem. ergo ab oppositis separatio facit potius ad diminutiõnem ꝙ ad augmentum. ergo videtur ꝙ minus grauiter puniatur in purgatorio anima sepata ꝙ nunc cum sit coniuncta.

[17] R⁰ dicendum ꝙ sicut dicit magister ⁊ sancti etiam multi dicunt. oportet nos cõcedere etiam si non appareat nobis rõ. ꝙ pena purgatoria grauior est omni tpali pena quã modo sustinꝫ anima carni coniuncta. in huiõi aũt magis adherẽdum est autoritati ꝙ rationi. pro eo ꝙ illud est magis supra nãm ⁊ rõnem ꝙ fm nãm ⁊ rõnem. Sane tamẽ hoc intelligẽdũ vt generaliter pena illa sit maior ista fm illam regulam phi. Si optimuꝫ in vno genere ẽ melius optimo in alio genere. ⁊ hoc simplr alio melius. Similiter intelligendum est hic ꝙ illa sit maior. non quia minima sit maior maxima in hoc genere. sed qr maxima in illo genere maior sit maxima in hoc genere. Sicut enĩ dicit beatus Grego. quibusdam reuelatum est quasdam animas in vmbra esse pũitas. Ad hoc aũt quod tenemus intelligẽdum ꝙ aliqui voluerunt assignare rationem nãlem. ostendẽtes ꝙ ex nã anime veniret. quia cum anima exuta patitur per se ipsam patitur fm se totam. ⁊ ideo pena modica est ei grauissima. Sed hunc modum dicendi non approbat ratio catholica q̃ in inferno credit animas grauius puniendas post corpora iam resumpta. vñ credendum est ꝙ iusti qui in igne cõflagratõis in corpore purgabũtur in die iudicij grauius puniẽtur. quia breuius. ⁊ ideo intensius ꝙ qui nunc purgãtur. Alij voluerunt assignare rõnem ꝑtim aialem. ꝑtim supra nãm. Dixerũt enĩ ꝙ anime exute a corpore habẽt ꝑtentias expeditas. ⁊ naturale desiderium habent ꝑtingendi ad bonum ꝑpter quod sunt create. Et vlterius. gratia est in eis que magis in desiderium inclinat. ⁊ ideo cum illud bonum sciant. ⁊ ab illo retrahãtur ⁊ quasi incarcerãtur. modica pena sensibilis cũ hac tristicia est eis maxima. ⁊ ꝓ tanto dicunt penam purgatoriam esse maximam. Sicut enĩ delectatiões spũales sunt intense multum ⁊ precellunt corporales. ita ⁊ tristicia de absentia superexcellit omnẽ dolorem corporeum. Sed certe nec ista ratio manuducat si q̃s aspiciat. Primũ q̃dẽ qr desideratiuũ summi boni ẽ desideratiuũ qd hꝫ necrio secuꝫ cõiunctã fruitionem ⁊ aliquam realem possessionem. ⁊ ideo pariter gaudium. vnde qui plus desiderat supremum bonũ magis ibi delectatur. In hoc enim dissimile est desiderium tempalium ⁊ corporalium a desiderio spiritualium vt ostendit Aug. in li. lxxxiij. q. ⁊ illud veritatem habet maxime cum deus inhabitat per charitatem in aĩa. Scdm etiam istam rõnem pena lymbi maxima esset. ⁊ fuisset maxima in sanctis patrib⁹. ⁊ ibi creditur fuisse requies facta. Et ista etiam rato nihil ad ꝓpositũ facit si q̃s inspiciat. ꝓ eo ꝙ sancti non de carentia locuntur. sed de pena afflictiua. sic de igne siue de flamma purgatoria. Ideo dicendum ꝙ rõ hui⁹ sumitur ex diuina iusticia. ⁊ ista est ratio recta. qꝛ ꝙ ignis agat in animam (vt infra videbitur) non ẽ nature sed iustitie. ⁊ ideo ꝙ magis agat diuine iusticie ẽ attribuendum. Quĩ ergo de⁹ iustus penam non acceptat scdm quod punitam tã tum. sed scdm qd pl⁹ est in ea ratio ordinis recti.

[18] Scdm hoc intelligẽdum est ꝙ est pena assumpta ⁊ pena inflicta. In pena assumpta non tm̃ placet deo ordinatio pene ad culpam. sed ⁊ ordo ⁊ rectitudo que est in voluntate assumente. Sed in pena afflicta placet ordiatio pene ad culpam. quĩ igitur pena penitẽtium in presenti plus est assumpta. pena moriẽtium est inflicta in purgatorio pro eo ꝙ iam non est tempus agendi sed recipiẽdi. ideo modica pena in presenti plus satisfac. ⁊ magis est de ea contenta diuina iusticia ꝙ de magna in futuro. Et iõ quasi improportionabiliter maiorẽ exigit vt ei satisfiat.

[19] Exempluꝫ autem potest haberi in istis mũdanis debitis. creditor ei plus acceptat marcam auri ꝙ .x. marcas argenti. ⁊ pena presens illi cõparata multo preciosior est in cõspectu dei ꝙ sit aurum argento in conspectu hominum. Concedende ergo sunt rationes probantes penam illam grauiorem esse.

[20] Ad illud ergo quod obijcitur ꝙ reat⁹ nõ augetur. dicendum ꝙ verum est. Sed reatus pene mel⁹ soluitur de modica pena assumpta ꝙ de multa inflicta.

[21] Ad illud quod obijcitur ꝙ quanto magis est passibile magis patitur. dicẽdum ꝙ illud est verum ceteris paribus. sed diuina virtus cuius est ille ignis instrumẽtum ordinat vt puniat grauius. Uel dicendum ꝙ pena non iudicatur maior ⁊ minor scdm lesiones siue passionem. sed fm sensum passionis ꝑut sensus refugit illam penam. Et quĩ spũs licet minus ledat ab igne ꝙ corpus. viuaciorem tamen habet vim sentiendi passionem. Et iterum. maxime refugit. quia hoc contra naturam suam est. non sic contra naturam corporis. Et ideo ꝙuis minus patiatur ⁊ minus ledatur. passione tamen naturali magis punitur ⁊ magis dolet. ⁊ per hoc patet responsio ad duo vltima. Quod enĩ dicit ꝙ magis punitur qd abijcit

transmutat. dicendum ꝙ similiter est. quia ignis infernalis qui vrit et non consumit grauius punit quam ille alius ignis
22 qui vtrumque facit. Similiter de alio ꝙ magis punit quod vnit. dicendum ꝙ similiter est. quia maior pena est brachium conterere quam etiam amputare. quia remanet ibi sensus et dolor continuus. Sic et in anima que nunquam dormit semper est actualis sensus nociui et dissensus. ita ꝙ vtrumque viget. et neuter minuitur quantum est ex parte spiritus. et ille dolor est intensus et continuus. ac per hoc grauior. Quod autem corpus agit in spiritum. in suo loco dicetur cum agetur de penis infernalibus.

Questio .iij. c

Utrum pena illa sit voluntaria. et ꝙ sic videtur. quia omnis sapiens vult illud sine quo non potest adipisci quod desiderat. vt desiderans sanitatem vel secari et vri. sed anime in purgatorio non sunt insipientes. et desiderant gloriam. et sciunt ad eam non posse peruenire nisi per illius pene tolerantiam. ergo et cetera. Si tu dicas ꝙ hoc non est velle simpliciter sed sub conditione. ostenditur ꝙ simpliciter velint. Cor rectum habet qui voluntatem suam voluntati diuine conformat vt dicit amb. et glo. super ps. sicut habitum est in primo. Sed iusti in purgatorio habent cor rectum. et deus vult ibi esse ipsos. ergo ipsi volunt se ibi esse et pati. Item omnis vere penitens vult facere emendam siue agendo siue suscipiendo. Sed anima que moritur vere penitens penitentiam non amittit. ergo vult emendam facere. Sed non potest agendo. ergo patiendo. ergo vult penam illam pati. Item omnis qui patitur penam aliquam et non vult illam pati iudicatur impatiens. et ille est qui dicitur inobediens. ergo cum viri iusti in purgatorio penam patiantur. si nolunt illam pati sunt impacientes et inobedientes. Contra. voluntarium est illud quod est in ipso cognoscente singularia. ergo quod non est a principio intrinseco sed extrinseco. et de necessitate non de libertate. non habet rationem voluntarii. sed talis est pena purgatoria. ergo et cetera. Item nihil a quo quis desiderat et petit liberari est voluntarium. si enim esset voluntarium in eo vellet persistere. sed iusti qui sunt in purgatorio petunt et desiderant inde liberari. ergo et cetera. Minor multis reuelationibus nota est. sicut potest probari per .iiij. dyalogorum. Item quanto pena acerbior est. si voluntaria est. tanto gloriosius est martirium. Sed pena purgatorii est acerbissima vt monstratum est. ergo si est voluntaria. videtur ꝙ omnes qui transeunt purgatorium martyres iudicandi sunt.
23 Respondeo. dicendum ꝙ aliqua pena dicitur tripliciter voluntaria. Uno modo quia assumitur a voluntate imperante sicut est pena penitentialis. Alio modo quia sustinetur a voluntate acceptante sicut est pena martirii. quia adeo eis placet ꝙ ab ea liberari non vellent. Tercio modo est quedam pena que sustinetur a voluntate tolerante. vt pena que est in paciencia. ita ꝙ eius oppositum est in desiderio. sicut cum amans et desiderans sanitatem infirmatur. sustinet quidem infirmitatem tanquam penam diuinitus inflictam. attamen ab ea liberari procurat. et illud minime habet rationem voluntarii. hoc modo voluntaria est pena purgatoria in viris iustis. quia voluntarie eam sustinent. et desiderant vehementer ad patriam peruenire. et alios sibi auxilium prebere. Secundum hoc patet responsio ad vtramque partem. Quia enim rationes ad primam partem probant illam penam voluntariam esse hoc modo tercio. Rationes vero ad oppositum probant ꝙ non est voluntaria primo modo vel secundo. quod patet discurrendo per singulas. Prime enim rationes currunt secundum voluntatem tolerantem que deo se conformat. cum etiam liceat aliquid sibi desiderare quod et deus velit ipsam habere quantum in se est. Sequentes rationes currunt secundum voluntatem imperantem que est ab intrinseco. vel secundum desiderantem que nollet separari a volito. que tanto magis delectat. quanto voluntarium quod obtinet magis desiderat.

Questio .iiij. d

Utrum in illa pena sit minor certitudo de gloria quam in via. Et ꝙ sic videtur. quia quanto status similior est statui quem homo omnino respuit. tanto maiorem timorem incutit ei qui in eodem existit. Sed status purgatorii magis similis est statui infernali quam status vite presentis. ergo augetur in eo timor. ergo per oppositum minuitur certitudo. Item sicut anima peccatrix punitur timore et dolore. sic econtra anima iusta reficitur gaudio et spe. sed in purgatorio augetur pena dolorum. ergo pari ratione pena timoris. ergo minuitur certitudo future beatitudinis. Item si augeretur certitudo augeretur consolatio. et si augeretur consolatio minueretur flagellatio. ergo si esset ibi maior certitudo esset minor afflictio quam in presenti. Sed non est minor sed maior afflictio quam in presenti. ergo est minor certitudo. Item si maior esset ibi certitudo cum non ambulet ibi anima per spem sed per fidem que non euacuatur quousque veniat lux glorie. esset ibi maior fides. et si maior fides. maior gratia. ergo a destructione consequentis si gratia non est maior in purgatorio. videtur ꝙ nec maior certitudo. ergo saltem ita dubitat anima ibi sicut hic. Sed hic nescit vtrum odio vel amore digna sit. ergo et ibi nescit vtrum sit in inferno vel extra. Contra magis est certus per spem qui sperat et non potest desperare. quam qui sperat et desperare potest. sed anime que sunt in purgatorio ita sperant ꝙ desperare non possunt. in via autem desperare possunt. ergo et cetera. Item maior est certitudo in eo in quo nulla est dubitatio. quam in eo in quo cadit dubitatio. hec est per se vera. Sed in eo qui est in purgatorio non cadit dubitatio de gloria habenda. ergo est ibi maior certitudo. Probatio minoris. si potest dubitare se peruenturum potest consequenter opinari. et qui potest opinari potest credere et errare citra vtramque partem. ergo cum anima talis non possit errare. non videtur ꝙ possit dubitare. Item si venit de hoc titubatio. aut ex subreptione. aut ex sciencia certa. non ex subreptione. quia hoc competit anime ratione coniunctionis sue cum carne a qua opprimitur et non omnino est domina actuum suorum. Non ex certa sciencia. probatio. Anima que est in purgatorio. certa fide cognoscit ꝙ in inferno vermis non moritur. certa fide cognoscit ꝙ anima in inferno non melioratur certa fide cognoscit ꝙ in inferno desperatione cruciatur. sed constat ꝙ opposita videt in se ex deliberatione. nec potest de hiis dubitare quin cadat a vera fide. sed non potest fieri infidelis. ergo non potest ex certa sciencia dubitare. nec ex surreptione dubitare. ergo nullo modo. ergo et cetera.

Item cum anima a carne separatur scipsam nudam intuetur. ergo videt quod habet in se. ergo nouit vtrum habeat culpam mortalem an gratiam. et certa est ꝙ si habet gratiam non potest ad infernum descendere. ergo videtur ꝙ nullo indicio dubitet. ergo multo maior certitudo est de gloria in purgatorio quam in presenti seculo. Respondeo ad predictorum intelligentiam est
24 notandum secundum quosdam. ꝙ pre acerbitate penarum ita absorbetur spiritus vt vbi sit ignorat. et ex hoc dubitat vtrum sit in inferno an extra. Sic enim apostolus ex dub-

cedic extra se rapitur ut nesciat an in corpe an extra corpus hoc viderat. sic suo mõ dicunt in penis se habẽ. et p statu illo dicũt maiorez certitudinez fm actũ cẽ. licet non sit minor fm habitum. immo quodammõ maior. Sed certe non videt hoc rõnabiliter sustineri. Primum. quia et si spũs carni piunctus possit ab huiõi penis adeo absorberi ut usum rõnis amittat. spũs tamen separatus qui immortalis est non vr adeo absorberi. cum fortior sit ad sustinẽdum magnã penam in se q̃ in corpe puã. Et q illud verum sit pz p Greg. in. iiij. dyalogorum ubi dicit q quidã in purgatorio existẽtes in grauibus penis pcierunt adiutoriũ p liber tione. et sciebant se esse aliqñ liberandos. Patet etiam per illud quod dicit in euãl. de diuite et lazaro. ubi dicit q damnati supra se electos pside rant usqz in diem iudicij. si ergo pena illa infernalis inpportionabiliter grauior est q̃ purgatoria. et illa nõ absorbet usum rõnis in dãnatis qui sunt oppssi vet ine et despatiõe et culpa. q̃nto magis nec ista pena absorbebit spũs iustorum. qui fortificati sunt bona cõscientia et spe et diuina gratia. certe non videt. Ideo dõm q anime in purgatorio maiorem habent certitudinem de gloria q̃ etiam ille que in via sunt. sic habebant anime in lymbo. Et ista certitudo media est inter certitudinẽ vie et patrie. In patria enĩ est certitudo tentõis euacuans expectationem et timorẽ. In via vero est certitudo expectatõis immixta terrori. quia qlibet labi pt dũz est viator. In purgatorio est medio mõ. s. certitudo expectatõis eorum q̃ nõdum obtinuit. sed est euacuatio timoris. pter pfirmatõez li. ar. qua deinceps scit se peccare nõ posse. et sic patz q est maior certitudo dum euacuat timor de lapsu. et illa euacuatio non est p anime maiorem pfectionẽ sed p status mutatõem. Ad illd ergo quod obijcit in ptrarium q locus ille similior est inferno. dõ. q duplex est similitudo vel symbolum. Una que ẽ via ad faciliorem trãsitum. p quem modum dicit phs. q in habentibus symbolum facilior est transit⁹. et dõ hac obijcit. Alia est similitudo que tamen ad transitum non disponit. sicut os similius est ossi q̃ sit humor. et tamen non ita de facili possit pverti in alimẽtũ ossis sicut humor. et de isto non habet veritatem quod obijcit. Quia enĩ difficilior est transitus. ideo min⁹ pt. immo si nullus est transitus nullo mõ pt timere. q̃m enĩ ergo ab igne purgatorij in infernum descẽdere ẽ impossibile. nec ab igne pñtis supplicij siue status pñtis. q̃uis ille sit similior. nõ inducit maiorẽ timorem. Ad illud quod obijcit q puniat dolore et timore. dõm q ad hoc q sufficiẽter puniat nõ oportz aiam puniri omĩ genere pene. afflictio enĩ ignis vel cruciatio doloris sufficiẽter punit. punit etiã titillatio tioris. Ad illud quod obijcit q augmentata certitudine augetur psolatio. dõm q hoc verz est ceteris paribus. sed q̃m illa certitudo est cũ afflictõe et expectationis dilatione. ideo non tã viget ibi psolatio q̃ afflictio. attamen nec in ira sua ptinet mias suas dñs. sed cũ irat⁹ ẽ mie sue rememorat. et vehemẽter afflictos aliqua spei certitudine refocillat. Ad illud qđ obijcit q ambulat p fidem. ergo et c. dõm q et si p fidem ambulet q̃tum ad ea que diuinitatis sunt que non dum p spem intuet. nihilominus tñ aliqua sunt nobis inuisa que anima exuta nouit tanq̃ certitudinalia. utpote diuinam sentẽtiam de se latã. que dẽ vnoquoqz homie pticulariter fertur in eius exitu. hec aũt fidem nõ euacuat. quia credit non appetitur. et ad h indiget sba rerum spandarum et argumẽto non visarum.

Questio. v.

Quoruz ministerio pena illa infligit. Et q ministerio demonum videtur sicut dicit auctas et habet infra di. xlvij. in fine. Illos habebũt tortores in pena. quos habuerunt incentores in culpa. Sz pstat q iusti purgãtur p eis culpis quas demones incẽdunt. ergo et c. Item in legenda beati martini dicit q dyabolus stabat ad eius obitum sicut ibi dicit q dixit. qre astas hic cruenta belua. sed pstans est q sciebat se nõ posse eum trahere ad infernum. cum sciret virum sãctum. ergo saltem volebat ducere in purgatoriũ. Itez rõne videtur. quia crudelius est vexare bonos q̃ affligere malos. sed quod crudelius est crudeliori tortori debet pmitti. ergo cum dyabolus cum suis angelis sit crudelissimus. videtur q eius sit viros iustos in purgatorio affligere. Item viri iusti affligũtur in purgatorio. pstat q non rõne eius quod habuerunt simile deo. sed rõne eius quod habuerunt simile dyabolo. ergo q̃diu est in illis istercatus non sunt oĩno erepti ab eius ptãte. ergo videtur q ab eis affligãt. Contra Greg. in iiij. dyalogorum dicit. q anime reproborum p seipas descendunt ad infernum. ergo pari ratione immo multo fortiori per seip as sine demonũ ministerio descendunt in purgatorium. Itez anime puniũtur in purgatorio ad hoc ut purgẽtur et in celũ introducãtur. sed demones abhorrent animax purgationem et liberatõem. ergo talem purgatõem siue punitõem non administrant sz fugiunt. Item sic dicit Aug. si dyabolus cognouisset paciam iob et q ei⁹ tẽptatione deberet psũere. nequaq̃ ipm amplius vexasset. ergo cum sciat certus signis q ille anime iuste sue non sunt. et q ex pena sunt meliorande. videt q eas amplius nullatenus vexet. Item alius est qui punit filium. alius qui punit latrũculum. filiuz enĩ punit dñs vel doctor. sed latronem punit euissor⁹ vel tortor. Sed demones sunt tortores et iniusti. sunt sic filij. ergo nequaq̃ pueniens est illos ab ill⁹ puniri. Itẽ iniustum est ut qui de altero triumphauit eidem sbijciat post triũphum. Sed aĩa viri iusti de demonib⁹ triũphauit in hac vita. ergo iniustũ est ut dyabolus sup eam posse hẽat post hanc vitam. Rñ dõ q aliqñ voluerunt dicere q pena purgatorij ministerio demonum infligatur. p eo q in scriptura aut vix aut nũq̃ legitur q bonus angelus bonos vexauerit. sed vexatio bonorum solũ a malis fuit. sic est exemplũz de Job. exemplũ etiã de anthonio. mali vero vexati sunt a bonis et a malis. Et rõ huius vr esse fm eos. quia q̃ vexat alterum et affligit quoddam odiũ habet. Dyabolus aũt odit bonos et malos ob suã crudelitatez. ideo vtrosqz affligit cũ sibi pmittit. maxime cũ affligunt p pctõ qđ est eius similitudo et quedã caracteristicatio. boni vero nõ odiũt nisi malos. et iõ illos solos affligunt sicut afflixerunt sodomitas et egiptios. Sed licet videatur esse magis pueniens ut fiat hoc ministerio demonum q̃ sãctorum spũum. melius tñ videt esse dõm et rõnabilius etiã. q sicut diuina iusticia iubente. et statu eius succendẽte. mali adurentur in inferno post iudiciũ. sic etiam et in purgatorio. Nõ enĩ vr pbabile q demões illđ misteriũ exerceãt.

cuz ibi purget peccati scoria. ſm quam ibi quodam modo anima similis erit dyabolo. ⁊ dyabolus suā ſi militudinem nolit delere. sed potius confirmare. nec vnq̄ exercet hominem nisi in quo sperat victoriam acquirere. nec vexat eū a quo victus est ⁊ deiectus. ⁊ alia plura ad hoc faciunt que tacta sunt. Rursus nō videt̄ hoc probabile vt ministerio fiat angelorꝫ bonorum. vt tam grauiter affligant ⁊ puniāt conciues suos. nec hoc de facili posset ꝑ scripturaꝫ probari. nō solum in se verumetiam in simili. Quis Jacob patriarcha visus sit ab angelo ledi cum emarcuit neruus femoris eius. sed illud magis fuit ad cōcupiscētie repressionem q̄ ad grauem afflictionem. Ideo concedendum ꝙ non fit ministerio demonum nec etiā supernorꝫ spirituum. nisi fortassis q̄tum ad directionē. Credendū est enim ꝙ in egressu anime a corpore assistunt ⁊ spiritus bonus et spiritus malus vn⁹ vel plures. et tunc ſm veritatez ferã sententiam. et si bona est. per ministerium boni angeli vel adducat̄ in celū. vel in purgatoriuz quousq̄ postq̄ purgata fuerit ꝑ eius ministerium educat̄. ita ꝙ ipse solū sit deductor ⁊ non tortor. Si vō sit mala. ꝑ ministerium demonū ducit̄ ad infernuz. Hoc inquā tanq̄ magis ꝓbabile concedendum. Quis nihil sit in hac parte temere asserendum.

30 Ad illud ergo quod obijcitur ꝙ incentores erunt tortores. Dōm ꝙ verum est nisi illa culpa remittatur ⁊ homo peniteat. ⁊ hoc non habet locum in ꝓposito.

31 Ad illud quod obijcit̄ ꝙ presens erat in obitu martini. Dōm ꝙ hoc nō erat vt adduceret ad purgatorium. sed q₂ cupiebat insidiari calcaneo. ⁊ per hoc detrahere in abyssum.

32 Ad illō qō obijcitur ꝙ maioris erudiditatis est. Dōm ꝙ verum est si ibi staret intensio. sed illa punitio est transitus ad eternam glorificatōnem. non sic est in damnatis. ideo non est simile.

33 Ad illud quod obijcitur ꝙ puniunt̄ ratiōe similitudinis. dōm ꝙ est puniri simpliciter. et est puniri sic vel sic. Primo quidez modo puniunt̄ ratione peccati. Sed sic vel sic puniuntur ad purgationē. quoniam habent iusticiam. et hinc ē ꝙ talis punitio ad dyabolum non spectat.

Questio. vj. f

De loco in quo anime puniuntur hac pena. Et queritur vtrum locus ille sit superius. an inferius. an in medio: Et ꝙ in loco superiori videt̄ sic. Anime ille iuste erute sunt de potestate tenebrarum. quoniā hoc dicitur de omnibus viris iustis. et de illis maxime verum est quos non possunt ad malum pertrahere. sꝫ ipse dyabolus est princeps aeris huius. ergo videt̄ ꝙ sint ille anime supra hunc aerem eleuate. ergo videtur ꝙ locus purgatori⁹ animaꝝ sit in spera ignis sursum. Itē in corpalibus situs sequitur pondus. ⁊ cum habet in se inclinationes diuersas. sequit̄ naturam predominantis. ergo a simili in spiritibus locatio sequitur pondus spirituum. sed pondus in spiritibus est amor. ergo si in spūalibus predominatur amor castus qui tendit sursum. videtur ꝙ spirit⁹ absolutus a corpore si habeat charitatē q̄uis aliq̄d habeat cremabile debeat ferri sursuꝫ. Itē purgatoriū ē via media trāseundi a statu vie ad statū pr̄ie. ſꝫ stat⁹ vie ē circa locū terrestrē. status patrie est intra locuz supra celestem. q̄ cum via sit media ad terminū. videtur ꝙ purgatoriū sit in medio inter celum ⁊ terram. sed medium illud sursum est ⁊ maxime competens spere ignis. q̄ ⁊c.

Sꝫ ꝙ sit in loco inferiori. s. inferna li videtur. primo autoritate grego. in dyalogo. Una eademq̄ vis puniens. bonos probat. purgat ⁊ eliq̄t. malos vō condemnat deuastat ⁊ exterminat. ergo videt̄ ꝙ idē sit puniens. ⁊ idē etiā sit locus purgandorum ⁊ locus damnandorꝫ. Item hoc videt̄ ꝑ simile. q₂ limbus sanctis patribus fuit loco purgatorij. Sꝫ constat ꝙ limbus fuit in inferno aut iuxta infernum. quod patet ꝑ articulū fidei. descendit ad inferos. dicit̄ etiā ꝙ expoliauit principatus ⁊ potestates Col. ij. ergo ⁊c. Item ratione videt̄. q₂ locus pene est locus ignobilis. sicut locus glorie ē nobilis. et iterum culpe inq̄tum huiōi locus debetur inferior. Item locus purgatorius est penalis locus et purgationi debitus ratiōe culpe. ergo debet eē ignobilis. sed locus quanto superior tanto nobilior. ⁊ quāto inferior tanto minus nobilis. q̄ ⁊c. Sed ꝙ sit in medio videtur. Hugo de sancto vict. Probabile est ꝙ in his locis puniantur in quibus culpam commiserunt. sed culpam cōmiserunt hic in medio. q̄ ⁊c.

Item hoc ꝓpīn videtur exēplo. In. iiij. dyalogorꝫ narrat Grego. de paschasio ꝙ cyprian⁹ epūs vir sanctus eum in quibusdam balneis inuenit ad que iuerat ipse episcopus consilio medicorum. ⁊ paschasius iam pridem mortuus ibi puniebat̄. ⁊ post eius adiutorio liberatus est. signo dato eidez epō si post tricesimū diem non inueniret̄ ibidē. Item hoc etiaz videtur ratione. q̄m status purgatorius est stat⁹ medius inter statū glorie ⁊ statū damnationis eterne. ergo in medio inter vtrūq̄ deberet esse. q̄ nec superius nec inferi⁹. sed in medio circa nos. R̄ʒ dicēdū

34 ꝙ istud a sanctis determinatū nō est. nec ratiōes multū efficaces ad hanc materiam adduci valent de facili. pro eo ꝙ licitum est hic varie sentire. ⁊ ſm tres partes ꝓpositi ꝓblematis inuenti sunt diuersi diuersa sentire. innitentes rationibus iam tactis. Quidam enim dixerūt ꝙ locus est sursum. quidam ꝙ deorsuꝫ sub terra. quidam ꝙ ibi vbi peccauerūt. Sed si diximus ꝙ omnino sursum sit repugnabit ratio ⁊ autoritas ⁊ reuelatio. q₂ frequēter plures circa nos pati inuenti sunt. Si dixerim⁹ ꝙ omnino deorsum. idē inconueniens sequitur. Si diximus ꝙ vbi peccauerūt. illud omnino vł incredibile vel improbabile est ꝙ omnes anime qꝫ pariſi⁹ peccauerūt pariſius puniant̄. Quid ergo dicēdū: sane potest dici ꝙ est determinare locū purgatoriū duplicit̄. vel ſm legē cōmunē. vł ſm dispēsationē diuinam. Si ſm legē cōmunē. sic lymbus inferius fuisse credēdus est. vt superius sic locus purgatorius. ⁊ talis locus competit punitioni ⁊ similiter satisfacienti siue ei qui affligit̄ merito feditatis culpabilis. hic aūt locus pars inferni creditur a quibusdam. ꝓpter illud verbū grego. ꝙ sub eodē igne electus purgatur ⁊ damnatus crematur in quarto dyalogorꝫ. Si autē loquamur ſm dispēsationē spālē. sic diuersis diuersa loca cōcessa sūt. vel ꝓpter eorꝫ celeriorē liberationē vt possint alijs suam indigētiā reuelare. sicut docet exēplum de paschasio. vel ꝓpter nostram instructionē vt aliquando recogitemus magnam post hanc vitam penam infligi peccantibus. Uel ꝓpter alicuius sancti impetrationē. sicut legit̄ ꝙ sanctus patricius impetrauit cuidā ꝙ puniret̄ in quodam loco in terra. et hoc fabulose ratū est ꝙ ibi eēt purgatoriū. ⁊ sic sunt diuersa loca.

Concedendum igitur est q loc⁹ purgatorij est infernus fm legem cōem. ē etiā medi⁹ fm dispensationē diuinam. supius in spera ignis nō est est aliquo istorū modoꝝ. sed q̄ hoc cogitat moueri videt fm fantasticam fictionē. Ad illud qd̄ obijcit q est in suꝑioꝝ. qꝛ sumus eruti de ptāte tenebraꝝ. Dōm q inferius existentes etiā erepte possunt esse anime. qꝛ sathanas nō regnat nisi in mundanis ꝑ ꝯuersationē. nō ꝑ localē inhabitationē. Ad illud qd̄ obijcit q corpus sequit naturam ꝑdominantis. Dōm q motus anime sursum vel deorsum nō est fm suū desideriū. s fm diuinū iudicium. qd̄ est mouens supremū. et quia illud iudicium decreuit eam affligere ad tempus. τ hoc competit loco deorsum. s. punitio τ afflictio. ideo patet illud q nō sequit naturā ꝑdominantis nisi iuxta regulam supmi mouentis. Ad illud quod obijcit q est via. Dōm q est via retardans eo q est retardans. aliquo mō est obliquans. τ q̄ quo modo obliquat ideo nō oportet q recte sit i medio. τ tunc esset via recta τ velox. nūc autē tardior. sic patet illud. Rationes vo ad alia duo membra si non sint multum efficaces. tamen qꝛ verum cōcludunt cōcedende sunt. Ad illud tamen quod vltimo obijcit q medius est. g̃ in medio debet esse. dōm q plus sapit naturam vnius extremi. ꝓ eo q punit ibi nō ꝓ eo q habet de iustitia sed de culpa. Et̄ cum non sit nisi duplex meritum. s. bonū τ malū. fm legē communē solū duplex debet esse locus correspondens retributioni vtriusq̄. Unus nobilis qui est supremus alter ignobilis qui est infim⁹. τ ꝓpter hoc vt dicit gregorius vocat infernus quasi inferius. vel infra nos siue sub nobis.

35 — 36 — 37

De ꝯfessione sacramentali q̄ntum ad oportunitatē tpis respectu penitentie mortaliū in comparatione ad potestatem sacerdotis.

Si vo querit de illo qui satisfactionē iniunctam τc̄. Supra determinauit magister temp⁹ penitentie in se. hic secundo determinat ꝑ cōparationē ad arbitriū sacerdotis. Et qm̄ in penitentia a sacerdote imposita tria est considerare. s. reconciliationē. τ pene impositionem siue iniunctionē. τ vltra iniuncte pene expletionē. ideo hec ps habet tres. In prima querit magister quasi ordinē resolutorio incipiens a posteriori. vtrū penitentia iniuncta consummata. sit penitens absolutus simpliciter. τ hoc facit ibi. Si vo querit de illo τc̄. In scd̄a qm̄ pnia imponenda est. s. vtrū in extremo mortis articulo. τ hoc ibi. solet etiā queri vtrū satisfactionis lex τc̄. In tercia querit vtrū in necessitate alicui neganda sit reconciliatio. ibi. Sciendum etiā q tpe nccitatis. Et illa pars diuidit in tres. In prima ōndit q nō est neganda reconciliatio in articulo necessitatis. In scd̄a ōndit q preter necessitatem in grauibus oportet ꝯsulere epm̄. ibi. Nō debet tn̄ presbr̄ τc̄. In tercia ostendit q si penitens voluit reconciliari τ non potuit q habendus est ꝓ reconciliato. τ hoc ibi. Si aūt querit de illo qui ad pniam sero τc̄. Principaliter aūt presentis partis intentio ꝯsistit qualiter satisfactio sit iniungenda. τ qualiter implenda. vtrū etiā ꝑ interpositam personam. et vtrum. s. tota.

59 — 39 Si vo n̄ sufficit dolor interior simꝉ cū pena iniuncta addet deus penam. Uidetur falsum dicere. qꝛ iste q̄ ꝓfecit. fecit pniam iniūctam. fecit totū ad qd̄ tenebat. g̃ illa ꝯpleta est absolutus. g̃ nō dꝫ ampli⁹ penā reddere. Itē sacerdos est arbiter inter pctōrē τ deū. sed si sacerdos iniungat pctōri pniaꝫ maiorē. pctōr tenet stare eⁱ iudicio q̄ntūis excedat. g̃ si de⁹ nō reuocat cōpromissum. si errat in iungendo minorē penā debita. dꝫ deus esse content⁹. aut si aliter. vr̄ frangere pactū. It ignorātia excusat maxime qn̄ ē inuincibiꝉ. s scire q̄ntū de⁹ exigat pene ꝓ culpa nemo nouit certitudinaliter ꝑ ꝯicctura. g̃ in h̄ stādū ē iudicio τ arbitrio sacerdot. g̃ si ampli⁹ nō ꝓcedat absolut⁹ ē. Re⁹. dō. q sacerdos [illegible] clauiū hꝫ potētiā relaxandi aliq̄d de pena. τ hāc deus nunq̄ exigit. s solutū eē reputat a q̄ sacerdos absoluit q̄ntum ad h̄ simplr̄ se cōmittit in sacerdotis arbitriū. si nō sit impedimentū a pte ei⁹ q̄ absoluit. Q̄tū vo ad taxationē nō se cōmittit nisi in arbitriū discreti. q̄ etiā discrete taxet. qꝛ si aliter fit decet deū aliī facere. τ iō si sacerdos pniam minorē ꝯdigna imponat. dn̄s supplet qd̄ deerat. Ad obī q talis fecit totū ad qd̄ tenebat. verū est de tentiōe q̄ venit ex obligatione siue ex reatu pcti. nō est tn̄ verū q̄usq̄ soluerit penā ꝯdignā. Ad obī de arbitrio iā pꝫ rn̄⁹. qꝛ in soli⁹ discreti arbitriū se cōmittit q̄rū ad taxationē pene. Ad obī de ignorantia. dōm q̄ illa ignorātia excusat vt nō peccet. s tn̄ nō excusat vt satisfactionē ꝑfectā faciat. τ iō oportet hāc ꝑfici in futuro.

Querit vtrum penitentia iniuncta ꝯsummata sit penitens absolutus simpliciter.

c

Si vero querit de illo q̄ satisfactionem iniunctam impleuerit. que ignorantia vel negligētia sacerdotis peccato condigna nō fuit. vtrum de vita migrans ab omni pene liber sit? Idem respondeo quod supra de illo qui penitentiam non cōpleuit dixi. Qꝛ si tātū est lamētum interioris doloris vt sufficiat in vindictam peccati. oīno liberatus est.[a] Si vo nō sufficit dolor interior simul cum pena iniuncta. addet deus penam. Qꝛ aūt interdū sufficiat dolor interior ad vindictam peccati. certum documentum habemus in illo latrone qui sola mentis ꝯtritione τ confessione[b] statim vt cōuersus fuit paradisum ingredi meruit. Sed qꝛ dispensatores ecclesie contritionis quantitatem non perpendūt. quib⁹ nō est datū intelligere occulta cordiū. oīb⁹ leges pnie ꝯstituūt tā magis q̄ minus de pctō dolentib⁹. Quoꝝ

a

Luc. xxiij.

b

40 — b ij Statim vt ꝯuersus fuit padisū ingre. me. Uidet hoc falsū. qꝛ Mich. q. vi. Ascēdet iter pādēs an eos

intelligit͂ de christo. ergo ante ascensionem christi nullus intrauit. ergo nec latro statim. R° aliqui ad hoc vo-
luerūt dicere q̄ latro fuit in paradiso terrestri cum domino vsq̄ ad ascensionem. sed post ascensionem fuit in
paradiso celesti. Sed tamen illud dubium est. ꝛ ideo via alia eligenda est ſm aug. q̄ paradisus duo modo di 41
cit statum fruitionis. Alio mō dicit locū aptum ꝛ ydoneū. et ille loc⁹ duplex est ſm q̄ fruitio est duplex. Que
dā ꝑ speculū ꝛ imꝑfecta. ꝛ tali competebat ꝑadisus terrestris. qm̄ locus est terrenus. tn̄ quietus et eleuat⁹.

studium ad hec precipue tendere debet. vt cordis do-
lorem quantum fas est cognoscant. ꝛ ſm ipsius modū
satisfactionē iniungant. Unde aug. In actione penitē- *Aug. i ench.*
tie vbi tale cōmissum est. vt is qui cōmisit a christi eti-
am corpore seꝑetur. nō tam consideranda est mēsura
tpis q̄ doloris. Cor eīm cōtritū ꝛ hūiliatū deus nō de- *Ps. l.*
spicit. Uerū qꝛ plerūq̄ dolor alteri⁹ cordis occult⁹ est
alteri. nec in alioꝝ noticiam nisi ꝑ verba vel alia que-
cunq̄ signa ꝓcedit. cum sit corā illo cui dicit͂. gemi- *Ps. xxxvij.*
tus meus a te nō est absconditus. recte cōstituunt͂ ab
his qui ecclesijs ꝓsunt tpa penitentie. vt satisfaciat eti-
am ecclesie in qua pctā ipsa remittunt͂. extra eam q̄p-
pe nō remittūtur. Ipsa eīm spm̄sanctū pignus accepit.
sine quo nō remittunt͂ vlla peccata. Item hieronym⁹. *Hieronym⁹.*
c Mensurā tpis in agenda pnīa ideo nō satis aperte ꝓ-
figunt canones ꝓ vnoquoq̄ crimine. vt de singul' di-
cant qualiter vnūquodq̄ emendandū sit. sed magis i ar-
bitrio sacerdotis intelligentis relinquendū statuerunt
qꝛ apud deū nō tantū valet mensura temporis quantū
doloris. nec abstinentia tantū ciboꝝ quantū mortifi-
catio vicioꝝ. Ideoq̄ tempora penitentie pro fide ꝛ cō-
uersatione fideliū penitentiū abbreuianda ꝑcipiunt. ꝛ
ꝓ negligentia protelanda. pro quibusdā tamen culpis
modi penitentie sunt impositi.

Queritur vtrum in extremo mortis articulo
sit penitentia imponenda. d

Solet etiam queri vtrum satisfactiōis lex morituris sit
imponenda? de quo Theodorus cantuariensis eṗus
in penitentionali suo sic ait. Ab infirmis in periculo
d mortis positis. pura inquirēda est confessio pctoꝝ. nō
tamen est illis imponenda quantitas pnīe sed innote-

Quedam est fruitio
plena et hec est in pa-
tria ꝛ huic competit
loc⁹ supceles͂t. Qn̄ ḡ
dī q̄ latro statim fuit
in ꝑadiso. intelligitur
q̄tū ad statū. qꝛ stati
fuit in dei visione. nō
q̄tū ad locū. c Nō 42
satis aperte ꝓfigunt
canones ꝓ vnoq̄ ꝛc.
Contra. qꝛ grego. dic
ꝛ hꝫ ꝫ di. xvj. Falsas
pnīas dicimus q̄ nō
ſm auctē sanctoꝝ pa-
trū imponunt͂. ḡ vide-
tur q̄ oēs pnīe vere i
canonibus scrōꝝ cō-
prehēdāt͂. R° dōm q̄
sicut in scientijs pra-
cticis q̄ versant͂ circa
opera sermo in parti-
culari est incertus et
dubius. sermo aūt in
vlī certitudinē hꝫ. ſꝫ
cū applicat͂ ad singu-
laria incipit q̄dāmo-
do habere incertitu-
dinē. vt qui nō cōside-
rat circumstantias ꝑ-
ticulares poti⁹ deuiet
q̄ seipm̄ rectificet. sic
pꝫ in medicina ꝛ scia
morali. sic intelligen-
dū est in ꝓposito q̄ ca-
nones instruūt in ge-
nerali q̄lit͂ imponen-
da est pnīa. ſꝫ descēsū
ad singlaria reliquūt

sacerdotib⁹ discretis q̄ ꝯsiderēt ꝑsonaꝝ circūstantias. accedentes ad canones sicut ad regulas directiuas. q̄r
si ꝯ canones imponant nō recte imponūt. In canōe eīm maxime determinat͂ pnīa q̄tū ad tps mag' q̄ q̄tū ad
modū. qꝛ mod⁹ ille certior est et cōior. Un̄ generaliter ꝓ pctō mortali ꝓfigunt pniam septennē. vn̄ laic⁹ q̄ for- 43
nicat͂. vij. annis. pſbr. x. eṗs do. xv. peniteat. sic hꝫ i diuersis loc' in decret' patrū. Silr de euomētib⁹ eucharistiā
ꝓpter gulā ꝛ ebrietatē si sit laic⁹. xl. dieb⁹ peniteat. si clericus vel religiosus. lx. dieb⁹. si eṗs. xc. diebus. hoc hꝫ
de ꝯse. di. ij. Ad has aūt regulas aspiciendo dꝫ vnusquisq̄ sacerdos inspicere quales penitētias imponat. tū
ſm grauitatē criminis. tū ſm diuersas cōditōnes ꝑsonaꝝ. Et nota hic q̄ ꝓ pctō mortali septennis pnīa ꝓfi-
git͂. nō solū ꝓpter tpis diuturnitatē. sed magis ꝓpter figurā ꝛ fictionē. In lege eīm maria seꝑata fuit ex͂ castra
diebus. vij. Numeri. xij. Maria figt penitētē. vn̄ maria amaꝝ mare interꝓtat͂. Et in Tren. dicit͂ de viro peni
tente. magna est velut mare ꝯtritio tua. hec penituit septem diebus. sed nūc penitet. vij. annis. qđ significatū
est Ezech. iiij. Diē ꝓ anno dedi tibi. Si aūt tu queras rōnē hui⁹ quare pnīa est aggrauata. cū lex noua sit lex 44
miscdie. dōm q̄ maior ingratitudo est hic ꝓpter maiorē grām. Etiā est maior cōtēptus ꝓpter maiorē dignita-
tē noue legis. in q̄ sanguis xp̄i effusus est vt̄ firmū eēt testm̄. Quia etiā grauⁱ⁹ est peccm̄ ꝓpt' statū peccātis q̄ dꝫ
esse ꝑfectior. Quia vlterius satisfactio in lege no. dꝫ esse ꝑfecta. vt in statū pristinū reducat. Et qm̄ sol in vno
die non redit in idem punctū ſꝫ in anno. ideo dies ꝯuersus est in annū. Rursus qꝛ ꝑfectū est remediū in lege
noua. iō ann⁹ debuit multiplicari ꝑ septenariū ꝓpter septē ꝓuitates domandas. ꝓpter. vij. dona spūssancti re-
sequirenda. ꝓpter septē dotes. tres. s. aīe. et quatuor corporis obtinendas. Et sic pꝫ rō quare canones sic institu-
eruṫ. hec aūt oībus nō est imponenda sed tm̄ insinuanda. vt recognoscant q̄ grauis est culpa. d Non 45
tm̄ est illis imponenda quantitas pnīe. sed innotescenda. Ur͂ male dicere. qꝛ ad nihil valet scire q̄d ꝛ quantū
debeat facere nisi etiā faciat. ḡ si nō est imponenda vt faciat. nō est innotescenda. Si dicas q̄ valet ad cogno

scenda. et cū amicoꝝ orationibus ⁊ elemosynaꝝ largitionibus pondus pnīe subleuandū si forte migrauerit. Si vō ꝯualuerint. pnīe modum a sacerdote impositū diligenter obseruent. Alijs vō ꝓ qualitate peccati. penitentia decernenda est presidentū arbitrio. Vñ leo papa. Tpa penitudinis habita moderatione cōstituēda sunt tuo iudicio. put ꝯuersoꝝ aīos ꝑspexeris esse deuotos. Pariter etiā habere debes etatis senilis intuitum. et respicere ꝑiculoꝝ quoꝝcūq; vel egritudinum necessitates.

Leo papa

Querit vtrū in necessitate sit alicui neganda recōciliatio. ostendens q̄ non. e

Sciendū etiā q̄ tpe necessitatis non est neganda pnīa vel recōciliatio penitentib⁹. Vñ leo papa. His q̄ tempore necessitatis ⁊ ꝑiculi vrgentis instantia ꝑsidiū penitentie ⁊ moꝝ recōciliationis implorāt. nec satisfactio interdicenda est. nec reconciliatio deneganda. q̄z misericordie dei nec mensuras possum⁹ ponere nec tpa diffinire. Q̄z si ita aliqua egritudine aggrauati sūt. vt qd̄ paulo ante poscebant. sub pn̄ti significare nō valeant. testimonia eis fideliū circūstantiū prodesse debent. simul q̄ pnīe ⁊ recōciliationis ꝯsequanť beneficiū. Itē Julius papa. Si presbr pnīam abnegauerit morientibus. reus erit aīaꝝ. q̄z dn̄s ait. cū cōuersus fuerit tunc saluus erit. Vera em̄ cōfessio vltimo tpe pōt esse. q̄z nō mō temporis ſ etiā cordis deus inspector est sicut latro ꝓbat.

Leo papa. Juli⁹ papa. Jsaie. xlv.

Ostendit q̄ preter necessitatem in grauib⁹ oportet consulere episcopum. f

Non dz tñ ꝑsbr penitentē recōciliare incōsulto episcopo, nisi vltima necitas cogat. Vñ in cartaginensi cōcilio. Presbr inconsulto ep̄o nō reconciliet penitentē nisi absente ep̄o si vltima necitas cogat. Cuiuscūq; penitentis publicū crimē est qd̄ vniuersaꝫ cōmouerit vrbē añ absidā. s. introitū ecclie manus ei imponať. Itē aureli⁹ ep̄s dixit. Si q̄s in periculo cōstitut⁹ fuerit. ⁊ se reconciliari diuinis altarib⁹ petierit. si ep̄s absens fuerit dz ꝑsbr cōsulere ep̄m. ⁊ sic ꝑiclitantē ei⁹ ꝑcepto recōciliare. incōsulto vō ep̄o nō pōt excōicatos vł publice penitentes presbr recōciliare. Vñ in cartaginēsi ꝯcilio. ij. statutū est vt chrisma vel recōciliatio penitētū. ⁊ puellaꝝ ꝯsecratō a ꝑsbrs nō fiat. Itē recōciliare quēq; i publica missa ꝑsbro nō liceat. puellaꝝ tñ ꝯsecratio ꝯsulto ep̄o p ꝑsbꝝ fieri valeat. Vñ in cartaginensi cōcilio. ij. Presbr incōsulto ep̄o virgines nō ꝯsecret. chrisma vō nunq̄ conficiat. Sicut precepto episcopi potest presbr cōsecrare virgines. sic ⁊ reconciliare penitentes.

e In ꝯcilio cartaginensi. Aureli⁹ ep̄s. f

Ostendit q̄ si penitens voluit reconciliari ⁊ nō potuit q̄ habendus est ꝓ reconciliato. g

Si aūt queriť de illo q̄ ad penitentiā festinās sacerdotē inuenire nō potuit ⁊ ita decessit. vtruꝫ oblatio ei⁹ sit

(Gloss:) scendum grauitatem peccati. Contra grauitas pctī ꝯsiderata i fine maxime inducit in desperationē. ſ hoc maxime cauendū est infirmis. ḡ nō dz tūc dici. R° dōm q̄ pnīa nō est imponenda tali de q̄ ꝑsumiť q̄ moriať. q̄z stultū eēt aliqd ipōnē alicui qd̄ n̄ pōt facere. Sed innotescēda est ad cognoscendam grauitatem peccati. vt doleat ⁊ ingemiscat. sed nihilominus manifestanda est diuie misericordie abundantia. vt speret in dn̄o ⁊ cōfidat. ⁊ sic manifestans pnīam nō inducit in desperatōnē ſ magis in verā ꝯtritionē.

46 e Presbr reconciliare penitentē incōsulto ep̄o ⁊c. Videť male dicere. q̄z vbi supn⁹ iudex dictat faciēdū. frustra queriť consilium humanū. ſ cū presbyter videt pctōrem cōtritū. supnus iudex dicit pctōrē illū ꝯuersum in iustū. ⁊ eē recōciliatuꝫ. ḡ statim sine cōsilio siue sit in necessitate siue nō dz eum soluere. R° dō. q̄ dupliciter queriť consilium ab aliquo. Aut ꝓpter instructionem. ⁊ tunc queriť cōsiliuꝫ a sapiente q̄z sapiēs. ⁊ hoc maxime q̄ñ casus emergit vbi probabiliter pōt dubitari. Alio modo queriť ꝯsiliū ⁊ cōsuliť aliquis ꝓpter autoritať cōmissionē. ⁊ sic inferior cōsulit supiorem scꝫ vt sciat eius volūtatem. et vt p ei⁹ imperiū ⁊ cōmissionē habeat potestatē. hoc mō dz sacerdos in aliquibus casibus cōsulere

47 ep̄m. q̄z nō pt̄ p se ad illos extēdere manū cū hēat ptāte limitatā. In. v. aūt casib⁹ dz sacerdos ad ep̄m remittere vel eū ꝯsulē. Prim⁹ ē de pnīa solēni q̄ ab ep̄o dz imponi ⁊ p eū penitēs recōciliari. Scd̄s casus ē de excōicatis q̄s aliq̄ñ nō pōt absoluē. Terci⁹ vbicūq; inuenerit irregularitatē ꝯtrā. ꝓpter illā em̄ dz remittere ad ep̄m vel pōt dispenset. si nō pōt cū lr̄is suis mittat ad papā. Quart⁹ ē de incēdiarijs. Quint⁹ si sit cōsuetudo in aliq̄ ep̄atu q̄ certa crimiā ad ep̄m deferanť vt hōicidiū. sacrilegiū ⁊ hmōi. ⁊ iste casus ē ꝑticular' nō vl'is. f Prodest

nuili cõsecratio cõsulto episcopo p presbitrum fieri valeat. Uidetur male dicere. quia illi desponsant christo. ergo a solo episcopo est eis imponendus anulus. Rº dōm q quātū est de iure communi hoc licitū est solis episcopis quia ipsi sunt sponsi qui debent xpo aīas consecrare. sm q dicit apostolus. ij. Cor. xj. Despondi vos vni viro virginem castā. et debent filios perfectos generare. et ideo habent diuinam potestatem in excellentia. et eis solis ista que sunt excellentie sunt cōmissa. Unde hoc quod dicit magister locale solum fuit. et nunc non habet locum nisi in viduis velandis. quibus potest sacerdos de consilio episcopi dare velum. et pro tanto illud est intelligendum.

recipienda? dicimus q est. Unde in apanensi cōcilio. Si aliquis fuerit mortuus qui nō sit cōfessus. et testimonium habet bonū. et nō poterat venire ad sacerdotē. sed preoccupauit eum mors in domo vel in via. faciāt pro eo parentes eiº oblationē ad altare. et dent redemptionē pro captiuis.

Ad intelligentiam huius partis queritur de satisfactionis diminutione. Et circa hoc queruntur sex. Primo queritur vtrum possit fieri satisfactionis commutatio. Scdo vtrū possit vel debeat fieri relaxatio. Tercio dato q sic. queritur a q potest fieri. Quarto queritur pro quo potest fieri. Quinto cui valeat. Sexto et vltimo quantū valeat &c.

Questio. j. g.

Utrum possit fieri satisfactionis cōmutatio. et hoc ē questionis fundamentū. s. vtrum vnus p alio satisfaciat? Et q sic videtur. Gal. vj. Alter alteriº onera portate. Sed onera que maxime sunt portāda sūt onera spūalia. ergo si alicui imposita est pnīa grauis. videtur q aliquis partem vel totum possit p eo portare.

Quod venialia possint deleri sine gratia videtur. quia omnis culpa remissa est oĩno cũ est punita quantũ ipa exigit. sed venialis culpa ẽ digna sola pena tpali. sed cum oẽ temporale finẽ habeat. possibile est aliquẽ existentẽ extra gratiã sufficiẽter p illa culpa puniri. ergo possibile est sine gratia remitti. Prima ppositio manifesta est. quia nullus ita seuerus est in iusticia q puniat vltra q meruit qui peccauit. ergo cuz sufficiẽter punit. amplius nõ punit. sed nõ potest esse culpa sine pena. ergo cessante pena cessat culpa. Item venialis culpa nõ dicit deformitatẽ imaginis sed solum pronitatem ad bonũ cõmutabile. sed pnitas potest sine gratia aboleri. quoniã qui est pronus ad auariciam. sine gratia potest fieri pdigus ⁊ pronus ad pdigalitatẽ. ergo ⁊c. Item in morbis puis natura non indiget medicina. sed solũ quãdo morbus magnificatus est. sed venialia nõ psternũt naturã. imo dimittunt eam in suo vigore. ergo pter medicinã gratie potest p naturã veniale curari. Item quãto morbi minorẽ habent cõnexionẽ ⁊ similitudinẽ. tãto specialiꝰ põt vnꝰ sine alio curari. sed veniale maiorẽ conueniẽtiã habet cum aliquo veniali q̃ cum mortali. sed vnuz veniale potest deleri alio remanẽte. ergo multo fortius potest deleri veniale remanente mortali. ergo ⁊c. Item si veniale nõ potest deleri sine gratia. esto q aliquis in solo veniali moriatur. illud nunq̃ delebitur. sed q̃diu durabit punietur. ergo eternaliter ex seipõ punitur. ergo nõ differt a mortali. Contra. Augꝰ de ciuitate dei .xxj. Nec magna nec parua possunt nobis dimitti nisi nos dimiserimus debitoribꝰ nostris. hoc nõ est ob aliud. nisi quia dum homo nõ dimittit est semp in peccato. ergo nullum peccatũ potest homĩ dimitti q̃diu est in peccato mortali. ergo si sola gratia a peccato liberat. veniale nõ dimittitur sine gratia. Item si aliquid delet aliquid aliud. habet oppositionez ad illud aliquo mõ. sed nec pena nec natura habet oppositiõz ad culpam. ergo nec pter penam. nec pter naturã delentur venialia nisi assit gratia. Item omne peccatũ nocet ⁊ adimit. sicut vult Augꝰ in enchi. ⁊ multis locis. ergo veniale aliquid de bono spirituali ⁊ rectitudine adimit. sed solus deus potest anime restituere bonũ. sicut solus potuit eam creare. ⁊ hoc est p gratiã. ergo ⁊c. Item deus punit p veniali. hoc constat. ergo aliquid inuenit displicentie in veniali. sed nihil omnino remouet displicentiã dei nisi qđ inuenit placentiã et veniã. sed sola gratia gratũ faciẽs est illa que deo placerẽ facit. ergo ⁊c. Item pfectius est carere veniali q̃ mortali. ergo eque nobilis boni siue eque pfecti vl magis pfecti actus est delere veniale q̃ delere mortale. sed mortale deleri nõ potest nisi a dono gratie gratũ facientꝰ. ergo ⁊c. R° dicendũ q aliquorũ positio fuit q venialia sine gratia gratũ faciẽte deleri possunt p gratiã gratis datã. Et rõnem huiꝰ ostẽdere voluerunt. p eo videlicz q veniale peccatũ non repugnat gratie gratũ facienti sed gratis date. nec offendit maiestatẽ diuinã. quia ibi non diligitur aliquid supra deũ. sed aliquãtulũ inordinate sub deo. ⁊ ideo sicut mortale potest deleri p gratiã. quia ei repugnat. ⁊ quia gratia deo offenso recõciliat. ⁊ quia deũ cõtemptũ amare facit sup omnia. sic veniale potest deleri p gratiã gratis datã que illam modicã inordinationẽ remouet. ⁊ illã occasionẽ minus amãdi deũ ab ipa anima tollit. nec oportet ibi esse gratiã eleuantẽ animã ad dilectionẽ dei sup omnia. quia p veniale nihil amatur supra deum. Sed hec positio licz pbabilis videatur. a veritate tamẽ deuiat si quis inspiciat. Omne enĩ peccatum eo ipõ q peccatuz est aliquo modo animã defedat. et aliquo mõ ipsam deordinat. ⁊ necesse est ex hoc q aliquo modo deo displiceat. qm̃ igitur nota displicentie minima que esse possit sine habitu qui reducit ad cõplacentiã ⁊ ad amiciciã auferri nõ potest. tenendum est omino de omni peccato generaliter q nullũ oĩno potest deleri sine gratia gratũ faciẽte. sic enĩ decreuit nos sanare diuina misericordia. ⁊ hoc dicunt sancti. ⁊ sonat scriptura. que maxime ponit gratiam esse necessariã ad delenda peccata. Ad illud ergo quod obiicitur q sufficiens punitio absoluit a culpa. dicendum q si illud intelligatur in facie hominũ qui iudicãt sm exteriora potest habere veritatẽ. Sed in facie dei qui considerat faciem anime internã ⁊ decorem imaginis sue. quãtacũq̃ sit pena. nõ potest omino absoluere peccatorẽ nisi remoueatur interior deformitas. et ideo in foro dei impossibile est peccatũ sufficiẽter puniri q̃tum ad tempus nisi deleatur per gratiã. Ad illud quod obiicitur q veniale dicit solam pronitatem. dicendũ q falsum est. imo amplius dicit quãdã

5 6 7

notam displicentie. ꝛ ita semꝑ manet in anima. etiā si veniat pronitas ad oppositū. nisi interueniat charitas que opit multitudinē peccatorū. (8) Ad illud qḋ obijcit ꝙ in morbis paruis natura non indiget medicina. dicendum ꝙ verum est. ꝛ similiter in spiritualibus est si recte fiat similitudinis translatio. Natura igit habet in se fundamentū sanitatis. s. vtutes naturales regentes complexionem ꝛ expellentes nociua. Regimen autē spiritualis sanitatis nō est nisi gratia gratū faciens. et ideo sicut corrupta vi naturali non potest deleri morbus corporalis. sic nec absente gratia potest deleri (quātūlibet sit paruus) morbus spiritualis. Non ergo gratia sicut medicina sed sicut regitiua virtus est. exterius autem sacramentū est sicut medicina que non indiget gratia necessario. expedit sibi tamē ad curationē venialis. maxime cū illa egritudo est cōsuetudinaria. (9) Ad illud quod obijcitur ꝙ maior connexio est venialis ad veniale. dicendū ꝙ veniale sine veniali potest deleri. quia neutrū fundamentū virtutis viuificantis ꝛ sanantis euertit. s. gratiam. sed mortale extirpat gratiā. non enī simul stat cum vita. ꝛ quoniā nō potest deleri aliqua culpa sine gratia. ideo nullus morbus etiā minimus potest deleri quin deleatur omnis mortalis culpa. non sic autē est in veniali. pro eo ꝙ vtrūqꝫ simul stat cum gratia. (10) Ad illud quod obijcit de eo qui in solo veniali decedit. dicendū ꝙ positio est impossibilis. ꝛ ideo non est mirū si accidat impossibile. sed cum aliquis discedat cum originali ꝛ veniali. vel cū veniali ꝛ alio quocunqꝫ mortali. punietur pro veniali aliquāta pena intensiue. sed ratione adiuncti pena illa erit eterna. nō ratione ipsius culpe venialis.

Questio. ij. b

Utrum venialia possint deleri s gratia sine cōtritione siue interiori pena. Et ꝙ sic videt p illud quod habet in litera qḋ est verbū Greg. qḋ est gutta aque ad caminū ignis. hoc est veniale ad feruorem charitatis. ergo videt ꝙ in solo charitatis feruore possit deleri veniale. Item sicut colligitur ex verbis Augustini in libro confessionū. veniale non est aliud ꝙ minor amor dei. ergo quod excludit remissionē amoris excludit veniale ꝛ delet. sed charitas nulla facta mendicatione potest magis et magis inflamari. ergo ꝛc. Item possibile est iustum qui habet venialia mori dormiendo. vel ita ꝙ cadat in furiam. ergo cum vltra non sit locus penitentie. ꝛ necesse sit illa venialia deleri. quia aliquādo cum habeat gratiā puenit ad gloriam. ergo possunt venialia deleri per gratiā sine penitentia. Item mortale improportionaliter plus offendit deum ꝙ veniale. sed minima contritio sufficit ad delendū mortale cum gratia. ergo ad delēdum veniale sufficit sola gratia. Item venialia delentur virtute sacramenti extreme vnctionis. virtute etiam eucharistie sicut supra habitū est. Et expsse dicit Ambrosius. ꝛ p orationē dominicalē. ꝛ benedictionē episcopalē. sicut dicunt magistri cōmuniter. ergo non est necessarium conteri. quia alia est via deletionis. cum ergo per hoc remittant. ꝛ etiā per contritionē ꝛ exteriorem satisfactionē. ꝛ per baptismū. querit p quam naturam cōmunem insit hijs hoc passio cōmunis.

Contra. supra dist. xvj. habetur. vbi agitur de remissione venialiū. sufficit oratio dominica cū aliquo ieiunio ꝛ elemosynis. sic tamē vt p̄cedat contritio aliquātula. ergo nō potest pro illa culpa fieri satisfactio congrua nisi precedat interior penitentia. ergo ꝛc. Item maioris adherentie est veniale ꝙ mortale. sed mortale nunꝙ deletur nisi liberum arbitriū ab eo dissentiat per actū contritionis. ergo multo fortius videtur de veniali. Item quādo alique due forme sese compatiunt. vna per se nō expellit aliam. sed veniale simul stat cū gratia. ergo gratia per se non delet veniale. ergo necesse est aliqd addi vltra qḋ cū veniali peccato oppositionē habeat. sed hoc non est nisi penitentia interior. ergo ꝛc. Item ratio quare mortale non potest deleri sine actu detestationis est. quia voluntate actū est. ꝛ volūtate acceptante. ꝛ ideo nō potest deleri nisi voluntate detestante. sed venialia vt in pluribus volūtarie cōmittunt. ꝛ durant in nobis ꝙ diu voluntas vult in talibus versari. ergo videtur ꝙ venialia non possint deleri sine contritione interna. Item possibile est vnum veniale deleri sine alio. sed hoc nō est nisi per aliquid qḋ magis aspicit vnū veniale ꝙ aliud. ratione cuius gratie effectus potius est supra vnum ꝙ supra aliud. sed tale non est gratia nec sacramentū. sed solus actus interior liberi arbitrij. ergo ꝛc. (11) R°. ad hoc voluerunt aliqui dicere ꝙ peccata venialia qꝛ quodāmodo sunt volūtaria. sine volūtate detestāte illa deleri nō possint. qꝛ tamē longe minus habent de ratione voluntarij ꝙ mortalia. ideo quātulacūqꝫ contritio sufficit siue in generali siue in speciali. Unde dixerunt ꝙ si quis cū impenitētia ꝺ venialibus discedat mortaliter peccat. Si quis vō p̄ter vsum liberi arbitrij discedat. postmodū delentur per gratiā cum detestatione voluntaria. nam anima que est in gratia. statim dum in se cōspicit culpam. illam detestat. ꝛ gratia existens in anima eam delet. Sed tamē illud difficile ē sustinere tam in hoc seculo ꝙ in futuro. In hoc inꝙ seculo. quoniā multi sunt modi remittendi peccata venialia p̄ter penitentiam. vt cum aliquis deuote suscipit episcopalē benedictionē. ꝛ aque benedicte aspersionem. ꝛ p̄similia. In futuro. quia cum nullus sit vsus liberi arbi. meritorius post mortem. in nullo videt possibile ꝙ gratia culpam deleat coopante motu voluntatis anime iam exute. ꝛ sic modus iste dicendi non videt omnino ꝯueniens. Propter hoc igitur aliter dici oportet. (12) Et vt intelligamus modū deletionis venialiū notandum est ꝙ triplex est genus peccati. s. originale. actuale mortale. ꝛ actuale veniale. Et primū quidē minimā habet rationē voluntarij. imo nullam habet rationē voluntarij in nobis. Alterū autē genus peccati. s. mortale simpliciter tenet rationē voluntarij. licꝫ non ita sicut peccatū Ade quod nullum habuit inclinatiuū. Ueniale peccatū quodāmodo tenet mediū. vnde quodāmodo habet rationē pene. quodāmodo culpe. ꝛ rursus quodāmodo est voluntariū. quodāmodo inuoluntariū. Habemus enim necessitatē cōmittendi aliquod veniale in cōmuni. ꝙuis ad nullū in particulari. Primū igitur peccatū quādo aliunde contractū est potest deleri li. arbi. nihil omnino agente. sed sacramento solo exterius adiuuante. sicut patet in paruulis. Secundū genus peccati quoniā voluntarie contractū est nō potest deleri nisi li. arbi. cōsonante ꝛ adiuuante. ideo in iustificatione impij requiritur motus libe. arbi. p quem consonet gratie. et vlterius ꝯtritio p quā adiuuat. Ueniale vō peccatū

potest deleri li. arbi. consonante et aliquo exterius adiuuante. Unde si liberū arbitriū gratie non repugnat volendo psistere in culpa. et gratia virtute sacramenti vel rei sacramētalis vigoratur. culpam veniale delet. vel vniuersaliter vel pticulariter. Unde credendum est q aliquo nihil de peccatis suis cogitante. sed aīm passionem christi recolente in sacramento eucharistie. recogitante inq̃ feruenter. q venialia peccata vel omnia vel quedam remittant ei per gratiā sic adiutam. et omnia illa siue sacramenta siue sacramētalia vt eucharistia. et vnctio. et baptismus. et aque aspersio. et episcopalis benedictio. et contritio. et misericordie exhibitio. et orationis dominice. deuota exoratio. faciunt ad venialium deletionem. non p ppriam naturam. sed p eam naturam qua gratia gratum facientem ad hanc actum adiuuant et vigorant. Si queras quomodo adiuuant. dicendū q in talibus vt plurimū est humiliatio et deuotio. que est inq̃ gratia informans repugnans ipsi veniali peccato. qd feruorem charitatis et deuotionem quātum est ex se diminuit. Uel ea ratione qua est in eis penalitas que repugnat inordinate delectatiōi. vt pro illa pena iuncta ē ordini gratie. Et sic potest respōderi q q̃uis venialia valde congrue p penitentiā deleant. possunt tamē p gratiā aliter adiutam deleri. Et cōcedende sunt rationes ad

13 hoc inducte. Ad illud quod obijcit q pcedere debet aliquātula contritio. dicendū q magister non determinat p̄cise modum delendi veniale peccatum. sed modū pfecte satisfaciendi. Nemo autē pfecte satisfacit pro culpa nisi etiam interius in corde doleat. quāuncūq se exteri⁹ puniat. et hoc dico vel in generali vel in speciali. Uenialia autē non solum p vim penitentie sed etiam alijs modis deleri possunt vt tactum

14 est. Ad illud quod obijcitur q veniale est maioris adherentie. dicendū q dupliciter est loqui de adherētia venialis. aut q̃tum ad maculam. aut q̃tum ad pronitatem que est via ad illam. Si loquamur q̃tum ad notam displicentie. plus adheret mortale q̃ veniale. Si autē q̃tum ad pronitatem. econtrario est. delectio autē non est respectu pronitatis. sed potius respectu

15 macule peccati. Ad illud quod obijcitur q veniale se compatit cum gratia etc. dicendū q verum est q se compatit q̃tum ad inherentiam. et ideo gratia non delet p sui essentiam vel inherentiā. et pter hoc oportet ei addi aliquod adiutoriū. vel li. arbi. vel alicuius alterius penalitatis. vel sacramenti. ratione cui⁹ effectus vel actus gratie repugnat veniali. Q̃uis enim gratia s̄m essentiam stet cum veniali. tamē charitas ad feruorem excitata consumit culpam. sicut fornax

16 ignis modicam aque guttam. Ad illud quod obijcitur q veniale est voluntariū. dicendū q non sic sicut mortale. tamē quia aliquo modo voluntariū est. nunq̃ deletur nisi voluntas detestet. Unde vix contingit q ei qui proponit manere in veniali peccato. vtpote in verbis ociosis. q etiam si confiteat remittatur ei culpa. nisi forte pro opere illo contra seipsum insurgat. et adeo rugitus rationis fremat. q bestiales motus sensualitatis gressum figant. ad modū leonis

17 quo rugiente cetera animalia gressum figunt. Ad illud quod obijcitur q veniale vnum deletur sine alio dicendū q hoc possibile est duplici modo. Uel quia volūtas habitudinalit adheret vni et nō alij. et tūc culpa remittitur cui nō inheret. et remanet culpa cui voluntas adherebit. Uel ideo quia voluntas vnū peccatum magis detestatur q̃ alterum. Unde gratia magis delet culpam venialem in cuius deletione magis voluntas cōsonat vel adiuuat.

Consequēter q̃tum ad secundū articulū queritur de purgatione que fit p purgatoriū. De qua duo querunt. Primo querit vtrum in purgatorio post hanc vitam fiat aliqua purgatio ab aliqua culpa. an solum a pena. Secūdo vtrum purgatio illa fiat p ignem materialem.

Questio. j. c

Quod fiat ibi purgatio a culpa ostendit primo per illud quod dicit Math. xij. Qui dixerit cōtra spiritū sanctū verbum. non remittet ei neq in hoc seculo neq in futuro. ergo implicat domin⁹ aliqua peccata remitti in futuro. sed non nisi in purgatorio. ergo etc.

Item Gregori⁹ in. iiij. dyalogorū dicit q quedam leues culpe remittunt in futuro. et ibi multa dicit que ad hoc ostendendū faciunt. Si dicas q hoc non intelligit q̃tum ad reatum pene. hoc non soluit. quia in futuro vtpote in purgatorio non solum fit purgatio a reatu culparū venialiū. verūetiam mortaliū in his qui penitentiā in hac vita non complent. Itē omnis purgatio s̄m q huiusmodi respicit feditatem aliquam. feditas autē anime culpa est. ergo videt q purgatorius ignis sit contra culpam. Si dicas q est contra pronitatē vel sequelam vel aliquid tale. tunc quero cum li. arbi. post hanc vitam sit ita imobile respectu pronitatis sicut respectu voluntatis. quare talis sequela potest purgari et non venialis culpa. cū plus ledat animam sequela mortalis q̃ culpa venialis.

Item qd purgat aliquid aliquo modo habet oppositionem ad illud. sed pena pene non opponit. ergo si est ibi purgatio non est a pena. ergo a culpa aliqua.

Contra. sup illud. j. Jo. v. Est peccatū ad mortem glo. Quod in hac vita non corrigit. frustra post mortē venia ei⁹ postulat. ergo nulla post mortē ibi culpa purgatur. Item Dam. qd est hominibus mors. hoc ē angelis casus et econuerso. Sed angeli post casum a nulla culpa possūt liberari. g nec homies post mortem. Item Gregori⁹ in dyalogo. talis in iudicio quisq futurus est. qualis de corpore exiuit. si ergo exiuit cum veniali. patet etc. Item liberū arbitrium mediū est inter profectus in bono. et liberationē a malo culpe. Sed post mortē nō potest q̄s pficere in bono. ergo nec a culpa aliqua resurgere. Item facili⁹ est labi in veniale q̃ liberari a veniali. sed post mortē non potest anima venialiter peccare. ergo nec a veniali resurgere. Item veniale in nobis nō est nisi ratiōne fomitis. ergo ablato fomite. veniale non manet. sed fomes aufertur in morte non post mortem. ergo et veniale. R⁹ dicendū q aliquorum magistrorū et

18 bene intelligentiū opinio fuit q nullum peccatū post mortem dimittat. pro eo q vsus liberi arbitrij q̃tum ad meritum vel demeritum omnino cessat. vnde dicunt q venialia omnino remittunt. aut per penitentiam. aut per finalem gratiam si non assit locus penitentie. si forte morte pocupatus moriatur iustus homo. Rationem autē huius positionis et intelligentiā per hunc modū assignant. Dicunt enim q triplex est gratia. s. baptismalis. penitentialis. et finalis. et qu di-

let istarũ gratiarũ .p̄ sui initio dominiũ habet i impꝫ anima. p eo q dominat̃ in ipso ingressu in impꝫ anima velut gratia baptismalis que i sui principio delet omnẽ culpam non tantũ mortalẽ verũetiam venialem. Dominat̃ autẽ gratia baptismalis ex virtute sacramenti. gratia penitẽtialis ex subiectiõe ⁊ cõformitate liberi arbitriꝫ. gratia finalis ex ꝑfecta cõformitate omniũ viriũ anime ad ipsam gratiã. Cum eñ ipsa sepatur a carne. iam pronitates ⁊ ꝑturbationes que inerant anime ex carne recedũt. ⁊ potentie anime trãquillant̃ ⁊ gratie subiciunt̃. ac ꝑ hoc venialia delentur. siue sint in parte anime rationali. siue in ꝑte anime sensibili. ⁊ ita nullũ veniale dimittitur post hanc vitam. sed expellit̃ in puncto illo in quo potest dici hꝫ est finalis gratia que dominiũ sibi vendicat ⁊ omnẽ expellit culpam. Si ergo obiiciat̃ eis q in futuro purgant̃ ⁊ remittunt̃ peccata. Rñ ꝫm eos q remittunt̃ q̃tum ad reatum siue penã. ⁊ purgant̃ q̃tum ad scoriam siue sequelam. ⁊ illud dicit̃ magister Hugo sensisse. qui ait sic loquens de remissione peccati. Aliquãdo deus remittit ꝫm pietatem. aliquãdo ꝫm seueritatem. aliquãdo ꝫm vtrũqꝫ. Per incendiũ purgatoriꝫ scoria peccati excoquit̃. per lauacrũ baptismi peccati macula abluit̃. per flagellum satisfactõnis peccati palea excutit̃. Sed licꝫ ista opinio sit multũ rationi cõsona. tamẽ autoritates sanctoꝝ vident̃ expresse contraire. Nã ipse Gregoriꝰ dicit in moralibus. q aliqua peccata dimittunt̃ post hanc vitam. Et si tu dicas q intelligit q̃tum ad reatum sicut obiectum fuit. sic de omnibꝰ posset intelligi culpis. Item Isidorus tractans illud Marci. j. Ipse vos baptisabit spũsancto ⁊ igni. Peccata que ꝑcesserunt spiritussanctꝰ ꝑ aquã baptismũ abluet. ⁊ quedã ex eis que postea sequũtur criminibꝰ per ignem purgatoriũ remittet. cum ergo peccata precedentia non solum q̃tum ad penam sed etiã ad culpam abluant̃. ergo in purgatorio quedam q̃tum ad culpam sunt remittenda. Rursus cum gratia dominiũ habeat in anima statim in ipsa sepatione. ꝑpter quid non purgat a peccati scoria vel sequela sicut a veniali culpa. Et ꝑpter hoc est secũdus modus dicendi quem approbat magister in litera. et sanctorũ multiplex cõsonãt autoritates. dicendũ q aliqua peccata vtpote venialia non solum in hoc seculo sed etiã in purgatorio remitti possunt ⁊ remittunt̃. quãdo quis transit cum venialibus. pro eo q gratia non fuit adiuta finaliter ad illa delenda. ⁊ ideo indiget auxilio. Quoniã ergo voluntas potest gratie post hanc vitam esse cõformis. q̃uis nõ possit esse adiutrix. pro eo q cessauit tempus meriti. ideo indiget adiutorio exteriori. ⁊ cum nõ sit locus sacramẽti. habet adiutorium ignis puniẽtis siue purgatoriꝫ. qui ideo dicitur purgatoriꝰ. quoniã anima purgatur a peccati scoria ⁊ a veniali culpa si cum illa transeat. ⁊ hoc possibile est. quia sicut ostensum est in precedenti ꝑblematate. ad deletionem venialis sufficit q li. arbi. se conformet gratie. nec est necesse q adiuuet. Concedendum ergo aliquos post hanc vitam a veniali culpa posse purgari. Ad illud ergo quod obiicit̃ q frustra post mor-

19 tem venia postulat̃ de eo qđ non corrigitur. dicendũ q illud intelligit̃ de mortali. Uel fiat vis in hoc quod dicit q in hac vita non corrigit̃. verum est vel in se. vł in merito. Q̃uis autẽ non corrigat̃ aliquod veniale cum quo quis transit. non corrigat̃ inq̃ in se. meruit tamẽ corrigi. quia qui discedit in charitate. per illam meruit etiam post hunc statum ab hiis emũdari. que retardant premiũ charitatis. Ad illud quod obiicitur de casu angeloꝝ ⁊ morte hominũ. dicendũ q simile est q̃tum ad liberi arbitriꝫ inuertibilitatem siue q̃tum ad peccatũ mortale. non q̃tum ad omnia. nã mali angeli possunt in penis proficere. q̃uis nõ possint a malo resurgere. Per oppositũ. ratione boni meriti ꝑteriti boni homines possunt a malo eripi. q̃uis non possint in maluꝫ labi. quia in bono in quo moriuntur sunt cõfirmati. **20**

Ad illud quod obiicitur de Greg. dicendũ q sicut ipsemet subiungit. illud intelligit̃ q̃tum ad mortalia nõ q̃tum ad venialia. q ipsemet excipit illa. **21**

Ad illud quod obiicit̃ q liberũ arbitriũ tenet mediũ. dicendũ q falsuꝫ est pro statu illo. Est eñ in statu in quo potest ad ingressum in gloriaꝫ disponi per impedimẽti remotionẽ. q̃uis non possit mereri. Quoniã ad deletionem venialis ⁊ ad remissionem reatus peccati. sufficit ꝑsentia gratie ⁊ pene cũ consonantia liberi arbitriꝫ ⁊ adiutorio meriti ꝑteriti. **22**

Ad illud quod obiicit̃ q facilius est labi in maluꝫ. dicendũ q verum est q̃tum ad liberũ arbitriũ vertibile. non q̃tuꝫ ad omnẽ statũ anime. **23**

Ad illud qđ obiicit̃ q ablato fomite auferẽ veniale. dicendum q verũ est q̃tum ad potestatẽ peccandi de futuro. non tamẽ oportet auferri veniale prius ꝑpetratum. quia nõ omnis causa introducendi est causa conseruandi. sicut in multis exemplis patet. Destructo eñ cultello nõ potest infligi plaga. si tamẽ cultellus destruat̃. non oportet ꝑpter hoc sanari plagã ꝑus inflictã. **24**

Questio. ij. D

Utrum purgatio illa fiat per ignem materialẽ. aut ꝑ spiritualẽ. Et q sit spiritualis videt̃ per glo. super illud. j. Cor. iij. si cuiꝰ opus arserit. Exurit autẽ illud opus qui tẽporalia dilexit. q̃ñ sine dolore non perit que hic cum amore possessa sunt. Et Augustinꝰ de ciuitate dei. xx. exponens illud dicẽs. necesse est vt tantũ vrat dolor quãtum hesserat amor. si ergo hoc totũ est spirituale. nõ videt̃ q ille ignis purgans sit aliud nisi spirituale quid. Item qđ purgat̃ ⁊ a quo purgatur ⁊ ipsa purgatio est quid spirituale. ergo videt̃ q illud similiter ꝑ quod purgat̃. hic autẽ est ignis purgatorius. ergo ⁊c. Item nihil corporale extrinsecũ facit aliquid ad anime iustificationẽ. ergo nec ad culpe remissionem. sed in purgatorio emũdatur anima a culpa. ergo videtur q non vratur flamma materiali.

Item si anima purgatur ꝑ penam corporalẽ. cum pena mortis sit sum̃a penarum. ergo videt̃ q ibi deberet omnino purgari non igne materiali. Item videt̃ q nulla ad hoc sit necessitas. quia vehemens dolor ⁊ feruens amor per se sine aliquo exteriori sufficit delere penam et culpam. sed statim separata anima cum liberũ arbitriũ consonet gratie feruet charitas. ⁊ anima detestatur quãtum potest culpam prius cõmissam. ⁊ hoc generat feruorem ⁊ dolorẽ. ergo statim delet omnis culpa. Contra. Sicut dicitur in glo. sup illud sic saluus erit ⁊c. ⁊ habet̃ in lr̃a. grauior est ille ignis q̃ꝫ quicquid potest pati in hac vita. ergo anime habebũt aliqđ afflictiuũ extra illud autẽ aut ẽ corporale aut spirituale. nõ spũale. quia tunc vel esset angelus. vel esset anima. vel deus. quoꝝ nullum esse potest. ergo necesse est q sit corporale. Item nos videmus q recta ordinatione fit q anima que rebus corporalibus se subiecerat libidinose. vtpote

ꝑ conuersionē ad bonum cōmutabilē. iustificaꝝ per materialia ⁊ corporalia sacramēta. ergo pari ratione post hanc vitam purgari debet ꝑ afflictiua corporalia. Item si anima post mortem purificaꝝ. aut ergo dolore qui veniat ex contritione. aut dolore qui veniat ex exteriori afflictione. Non ꝑmo modo. quia non est amplius locus meriti. nec ꝗtum ad contritionē. nec ꝗtū ad alios actus virtutū. Nō secōdo modo. quia dolor de amissione est potius sapiens rationem culpe ꝙ rationē purgatiōis. quia venit ex inordinato amore. ergo tercio modo purgaꝝ dolore qui venit ex afflictione exteriori. ergo ⁊c. Item si ignis ille esset spiritualis. cum non sit deus. hoc constat. necesse est ꝙ in diuersis diuersificetur ⁊ plurificetur. ergo quot essent anime tot essent ignes purgatorij ⁊ tot purgatoria. si ergo hoc est inconueniens. patet ꝙ non est spiritualis.

25 Rꝫ dicendū ꝙ Augustin⁹ videꝝ dubitare vtrum ignis ille sit materialis an spūalis ꝗ cruciabit vel nūc cruciat animas. non solū de igne purgatorio. sed etiam de igne infernali. in quo diues ille ardebat. non solū sup Ben. ad literā. verūetiam in libro de ciuitate dei. Unde ⁊ per modū dubitationis dicit in glo. sup illud. j. ad Cor. iij. qui edificat lignum fenum ⁊c. ponens opinionem dicentiū igne materiali ⁊ temporali animas post hanc vitam purgari. dicit nō redarguo. quia forsitan verū est. et hocipsum poniꝝ in lra. ⁊ satis videꝝ rationabilis sua dubitatio. Diues enim qui erat in inferno. ⁊ cui⁹ lingua vrebatur. linguam corporalē non habebat. Et qui portat lignum. fenū. stipulam. non portat secū hec materialia sed spiritualia que sic nominanꝝ ꝑ methaphorā. quare non similiter de igne spūali methaphorice cōpetit intelligere? Sed ꝗuis egregius doctor Augustinus visus fuerit hic dubitare. alij tn̄ doctores nobis auferunt dubitationem. quoniā hoc cognouerūt multiplici ratione. vt Greg. in. iiij. dyalogorū. ⁊ Isidorus de ordine creaturarū. ⁊ communiter tenent doctores temporis nostri ignem purgatoriū esse materialē siue corporalē. Sed qualiter talis ignis agat in animas eas affligendo. hoc magnā habet questionē. ⁊ infra inquireꝝ de penis animarū. Qualiter autē agat purgando. diuersitas est inter doctores. Quidā enim dicere voluerunt ꝙ ꝑter vim punitiuā data est igni vis spiritualis purgatiua ratione cui⁹ purgat a veniali macula. vel etiā a peccati scoria. sicut sacramēta habent vim satisfaciendi sibi datā. Sed illud nō oportet ponere. s. ꝙ vltra punitionem habeat vim nouā. cum multas animas dicat Gregorius purgari ꝑ diuersa loca. ⁊ talis culpe mūdificatio ꝓprie fit ab ipsa gratia. Et ideo est aliorū positio vt videꝝ magis recta. ꝙ ille ignis per eandem naturā ⁊ punit ⁊ purgat. quoniā puniēdo iuuat gratiā. ⁊ gratia habens adiutoriū pene ⁊ cōsonātiā volūtatis nostre. que ꝗuis non sit adiutrix. non tamē impedit. est potens purgare culpam ⁊ peccati scoriam. ita vt purgatio talis sit a gratia li. arbi. ꝯsonante. etiā exteriore pena adiuuante ꝭm conformitatē ad remissionem venialiū que fit in hac vita. Si tamē queras quomodo pena adiuuat gratiā ad delendū siue purgandum maculā. dicendū ꝙ hoc facit diuina iusticia Uel etiā per eum modū potest intelligi ꝑ quem dicaꝝ ꝙ infirmitas grauis sobriam facit animā. id est virt⁹ hoc facit quodāmodo adiuta ꝑ penam. Si autē queras vtrum statim cū gratia habet illud adiutorium culpam deleaꝝ ⁊ purget scoriā. Dici potest ꝙ vtrūqꝫ est satis ꝓbabile. vel ꝙ statim vigoreꝝ gratia vt venialem culpam deleat cum a pena est adiuta. ⁊ deinceps puniꝝ pro obligatione. Uel potest dici ꝙ pena magis ⁊ magis disponat. ⁊ postmodū exquo disposuit sufficiēter gratia ipsa in instanti delet culpā si qua est. Quodcūqꝫ horum dicaꝝ nō videꝝ de facili improbari posse. Concedendū igiꝝ ignem illū materialem esse siue corporalē.

26 Ad illud ergo quod obijciꝝ de glo. ⁊ de Augustino. dicendū ꝙ Augustin⁹ nō negat quin ille ignis materialis sit qui animas purgabit. sed exponit hoc de spūali posse intelligi. Tamē ipse Aug⁹ satis in sermonib⁹ suis de purgatorio loquens innuit ignem materialē esse sicut est ignis inferni.

27 Ad illud quod obijciꝝ ꝙ spiritualis est purgatio. dicendum ꝙ verū est. ⁊ ideo effectiue siue formaliter est per quid spirituale. s. ꝑ gratiā. sed tamē qꝛ anima peccauit cum carne. ⁊ peccando carnē sibi ꝑposuit. ⁊ ita corpus ꝑposuit spiritui. diuina iusticia decreuit etiam in purgatione rei corpali ipsam subijcere.

28 Ad illud quod obijciꝝ ꝙ non iustificat. dicendū ꝙ verū est ꝑ se. tamē exterior punitio exercitat ⁊ adiuuat interiorem gratiā vt possit ꝑducere ad iustificationē ꝑfectam.

29 Ad illud quod obijciꝝ de pena mortis. dicendū ꝙ ipsa pena mortis est debitum originalis peccati. nec est ordinata ad anime purgationē nisi voluntarie suscipiatur cum quis potest euadere. vt in martyribus. vel etiā sustineaꝝ voluntarie cum ab alio infligitur. sed pena purgatorij ad hoc est.

30 Ad illud quod obijciꝝ de dolore ⁊ amore. dicendū ꝙ illi sunt motus voluntarij. ⁊ ideo non oportet ꝙ sint in summo in anima iam exuta. Preterea iam ꝑ se non sufficiunt. cum non restet amplius merendi spacium. ⁊ ideo necesse est exterius adhiberi ignē purgatoriū. sicut paruulis qui nō possunt ꝑ se mereri subuenit baptismatis sacramentū.

Consequēter ꝗtum ad terciū articulum queritur de liberatiōne a purgatorio. Et circa hoc queruntꝝ duo. Primo querꝝ vtrum vnus liberetur ante alium. Secūdo vtrum aliquis euoleꝝ ante extremū iudicium.

Questio. j.

Or vnus liberetur ante alium ostendiꝝ primo per illud quod dicit apostol⁹. j. ad Cor. iij. qui edificat lignum. fenum. stipulam ⁊c. facilius ⁊ citius consumiꝝ stipula ꝙ lignum. ergo cum aliquis ferat stipulā. aliquis ferat lignum. videꝝ ꝙ citius liberetur vnus ꝙ alius. Item in litera habeꝝ ⁊ est verbum Augu. in ench. Post hanc vitā incredibile nō est nō nullos fideles per ignem purgatoriū. quāto magis minusve bona peritura dilexerunt. tanto citius tardiusqꝫ saluari. Item in foro penitentie grauiori culpe respondet grauior pena. non solum ꝗtum ad intensionem sed etiā ꝗtum ad durationē. vt patet inspicienti canones in quibus penitentie taxantur. Si ergo iudicium ecclie rectū cōforme est diuino iudicio. patet ⁊c. Item per peccatū meruit anima non solū in igne cremari sed etiā a dei visione priuari. ergo vtroqꝫ mō debet temporaliter puniri. ergo qui grauius peccauit non solum acerbius puniri. verūetiam diutius debet a dei visione separi. ergo tardius purgari. Contra. Quātūcūqꝫ merita sunt equalia. tā in celo ꝙ in infer-

no sunt pmia ꝛ supplicia equaliter durãtia. ergo pariter vt videt debet esse in pena purgatoria. Item quãtum potest minor pena sup minorẽ culpam. tantũ potest maior super maiorem. ergo q̃cito liberatur in purgatorio paruus peccator per paruam penam. tam cito liberat magnus peccator per magnã penã.

Item si alius citius alio liberatur. aut ratione maioris charitatis. aut ratione minoris reatus. Ratõne maioris charitatis videtur. quia charitas est tanto maior quanto anima est deo similior. et tanto statui glorie vicinior. ergo tanto citius curat ꝛ purgat ꝛ in celum fertur. Sed ꝙ ratione minoris reatus videtur. quia anima non est obligata nisi ad soluendũ quod traxit ex hac vita. Sed quãto debitum est minus. tanto citius soluit. ergo videt ꝙ talis citius purgetur et

31 in celum feratur. Rᵒ dicendũ ꝙ sicut dicit Augustinus expresse in litera. in illo igne citius purgat vnus q̃ alius. Qui enim diutius i peccato pmansit. dignũ est vt diutius sustineat penam. Rursus. qui grauius offendit. dignum est vt puniatur pena acerbiori. ꝛ dilatione patrie longiori. diuina hoc iusticia faciente q̃ omnibus decentissime reddit stipendia meritorum.

32 Ad illud quod obiicit in contrariũ de equalitate durationis in celo. dicendũ ꝙ non est simile. quia in inferno pena eterna infligitur. ꝛ eterno nõ est maius ꝛ minus ex parte post. siue ex parte ea qua est eternũ. Similiter in celo premiũ eternũ datur. in purgatorio vo sola pena temporalis infligit. ꝛ in hac est diutius

33 ꝛ breuius. Ad illud quod obiicitur ꝙ pena grauis eque cito delet grauem ꝛc. dicendũ ꝙ verũ esset si omnino pena intenderet sm ꝙ intendit culpa. sed diuina dispensatio sic ordinat vt non omnino intendat q̃tum ad acerbitatem ꝓpter magnam difficultatem. siue etiã quia vult vtroq; modo punire. ꝛ ita vt maior acerbitas et diuturnitas recompenset si quid in

34 altero deficiebat. Ad illud qđ obiicit ꝙ quis citius purgatur. dicendũ ꝙ ille qui minorẽ habet reatum. quoniã locus purgatorius nõ est debitus nisi ratõne reatus vel alicuius culpe. Et si tu obiicias ꝙ charitas maior debet facere citius euolare. dicendũ ꝙ charitas maior auget gloriã intensiue. sm autẽ durationẽ non. Unde si duo innocentes inequalis charitatis simul morerent. simul euolarent. non tamẽ equaliter bene essent. Quod ergo obiicitur ꝙ est similior statui glorie. dicendũ ꝙ verum est ratione ordinationis ad bonum. sed non magis q̃tum ad liberationẽ a malo. ꝛ velocior purgatio respicit ereptionẽ a malo directe nõ habilitationẽ ad bonũ.

Questio .ij. f

Utrum aliquis sanctorũ euolet in celum ante iudicium. Et ꝙ non videt. Heb. xj. apostolus loquens de viris sanctis ꝛ fidelibus dicit. Hij omnes nõ acceperũt repromissiões deo pro nobis aliquid melius prouidente ne sine nobis cõsummarent. ergo si sancti priores non debuerũt cõsummari sine alijs sanctis apostolis. cum vsq; ad diem iudicij crescat numerus sanctorũ. patet ꝙ vnus non euolet ante alium. Item Math. xxv. statuet agnos a dextris. edos autem a sinistris. ꝛ dicet his qui erunt a dextris venite benedicti patris mei pcipite regnum. ergo videt q̃ non sunt ante illud iudiciũ gloriã pceptum. Si enim primo pcepissent. non diceret dominus pcipite regnum. Itẽ nullius possessio que habet p sententiã obtinet ante lationem sententie. sed vite eterne possessio habetur per sententiã. ergo cum sententia detur in die iudicij. videt ꝙ ante diem iudicij non euolet aliqua anima in celum. Item magnifici regis eo modo est stipẽdia elargiri per quem modũ eius magnificentia magis declarat. sed hoc est pcipue dum fit curia vna ex multitudine ꝛ ex aggregatiõe multorũ. ergo videtur ꝙ dominus reseruet gloriã eternam vt eam simul omnibus conferat. Itẽ anima peccauit in carne. ergo videt ꝙ in carne debeat puniri. ergo nunq; pfecte purgatur nec punit quousq; resumat corpus in quo purgetur. sed ante pfectam purgationem non euolat anima in celum. ergo non ante diem iudicij. Item corpora non glorificabunt ante diem iudicij quãtuncuq; sit sanctus qui moritur. ergo pari ratione nec anime.

Contra Luc. xxiij. dixit dominus latroni. hodie mecum eris in paradiso. ergo anima latronis fuit cum christo. Sed constat ꝙ christus postmodũ non abstulit quod prius ꝓmisit. ergo semp post fuit cum christo. sed christus ascendit in celum. ergo anima latronis asendit. ergo pari ratione alie sancte anime. Item Phil. j. cupio dissolui ꝛ esse cum christo ita dicebat apostolus. Sed constat ꝙ desideriũ suuz non erat cassum. ergo statim post dissolutionez fuit cum christo.

Item Apocal. vj. date sunt illis singule stole. sed non ẽ stola nisi gloria anime ꝛ stola corporis. ergo ꝛc.

Item charitas est pondus sufficienter inclinans ꝛ sursum eleuans. ergo si nõ sit retardans. statim per charitatem anima sursuz euolat. sed qui purgatur in purgatorio post purgationẽ non habet aliquod retardans. ergo statim euolat. Itez differre mercedem mercenarij facit piudiciũ iusticie. sed deus est summe iustus. ergo statim quãdo inuenit hominẽ dispositũ statim retribuit. Item spes que differtur affligit animã. si ergo differtur premiũ sanctorũ vsq; ad iudiciũ. videt ꝙ sint in continua afflictione ꝛ gemitu ꝛ expectatione. ergo si deus tñ differt. videt ꝙ ipse sit cru

35 delissimus. Rᵒ dicendũ ꝙ aliqui stulti circa hoc errant dicentes animas nõ esse glorificandas. sed potius expectare vsq; ad extremũ diem iudicij. Hos stultos dixi. quoniã talis error nec fulcimentũ habet ab autoritate. nec ab efficaci ratione. nec habuit ista positio aliquem magnũ autorem nec defensorem. sed imponitur quibusdã grecis. Uidetur tamẽ pro isto errore facere. glo. que est super ps. Noli emulari. vbi dicitur ꝙ iusti qui moriunt nõ statim sunt vbi etiã erũt post iudiciũ. sed in illa requie vbi erat Lazarus cuz Abraham. Sed sicut patet i ipa glo. ex cõsequẽtibus illud dictum est q̃tum ad stolam corporis. non q̃tum ad gloriam vel locum. Certum enĩ est ꝙ christus expoliauit principatus ꝛ potestates tenebraruz. ac per hoc constat sanctos qui in limbo erant ad celum cũ christo sublimatos. ac per hoc ꝛ omnes iustos qui nõ ha

36 bent reatum pene. Ad illud ergo quod obiicit ꝙ non acceperũt repromissiões. dicendũ ꝙ apostolus vocat consummationẽ q̃tum ad illius superne ciuitatis impletionem post quã nullus intrabit. Uel dicendum ꝙ apostolus intelligit q̃tum ad tempus gratie. quod conseruauit vsq; ad nos. vt nos facti participes gratie in abundantia. participes etiã fieremus

37 ꝛ glorie. Ad illud quod obiicitur ꝙ statuet agnos ꝛc. dicendũ ꝙ iudiciũ istud erit q̃tum ad cõsummatiõ

glorificationē suscitatam in anima ꝛ in carne. quā nō dum habent mortui. ꝙuis anime sint vere in celo.

58 Ad illud qđ obijcit de sententia. dicendū ꝙ sicut duplicit̄ cōtingit regnū obtinere. s. integre ꝛ pfecte. siue ī toto ꝛ in pte. sic duplicit̄ est iudiciū siue etiā duplicit̄ sententia. Nā sicut hō glificat̄ sm pte. ita ꝛ ꝑticulariter iudicatur ꝛ de eo sententia profert̄ quādo anima de corpore egredit̄. Judiciū autem vniuersale ꝛ sententia erit quādo homo erit glorificādus totaliter. ꝛ tūc consummabit̄ curia celestis. et sic duplex iudicium competit duplicii modo possidendi gloriam. Et duplex modus competit duobus. scȝ diuine magnificētie ꝛ nostre indigētie. Propter nostrā indigentiā tollendam statim quādo anima est apta sublimatur ad gloriam. quia frustra expectaret cum non possit amplius mereri. Propter diuinam magnificentiā ostēdendam reseruat̄ generalis ꝛ vniuersalis resurrectio corporū in fine seculorū. ꝛ sic in nullo ꝑiudicatur cōmodo nostro. dum anima assumit̄ in gloriam. in nullo diuine glorie. dum in fine fieret in resumptiōe corporū totuȝ qđ fieret si gloria differret̄ ab animabus. ꝛ ꝑ hoc patent illa tria. s. de possessione ꝑ sententiā. de dei magnificatione. ꝛ de corporū resuscitatione. De qua quare differat̄ suo loco habet̄ infra.

Juxta ordinē positū supra dist. xvij. agit hic de cōfessione sacramētali ꝙtum ad vtilitatē a parte finis. ostendens que cōfessio sit vtilis.

Post hec considerandū est quid prosit confessio ꝛc. Supra egit magister de confessionis necessitate a pte cōfitentis. ꝛ possibilitate a pte absoluentis. ꝛ oportunitate a pte temporis. hic agit de vtilitate a pte finis. Et habet hec pars duas. In prima ostendit que confessio sit vtilis. s. confessio vera ꝛ humilis. In secūda ostendit quātum confessiōis cōtemptus obsit. infra dist. xxij. Cūqȝ multis autoritatibus supra sit assertuȝ. Prima in duas diuidit̄. In prima determinat que sunt attendenda in confessione ex pte confitentis. In secūda que ex parte audiētis. ibi. Caueat autē sacerdos ꝛc. Prima pars duas cōtinet. In prima ostendit ꝙ confessio nō debet esse diminuta. In secūda parte ꝙ non debet esse sup̄flua. ibi. Sicut autem penitens celare non ꝛc. Similiter secūda in qua determinat ex parte sacerdotis quid obseruandum sit duo continet. Primū est vt cōfessa teneat secrete. Secūdum vō vt non absoluat alterius parrochianū. ꝛ hoc ibi tangit̄. Quod vō dictum est. Et ita principaliter duo tangunt̄. scȝ ꝙ cōfessio integra debet esse ꝛ secreta.

Determinat que sunt attendenda in confessione ex parte cōfitentis. ostēdens ꝙ cōfessio non debet esse diminuta. e

Post hec considerandū est quid profit cōfessio illa vbi singula peccata que quisqȝ fecit non exprimunt̄.

a Sane dici potest [a] ꝙ omnia crimīalia semel saltē oportet in cōfessione exprimi. nisi aliqua a mente exciderint. Sȝ qꝛ nemo delicta intelligit oīa. generalit̄ saltē ea cōfitere quorū memoriā non habes. ꝛ sic nihil celasti de sceleribus tuis.

b [b] Venialia vō qꝛ innumerabilia sunt. sufficit generaliter confiteri. nisi aliqua sint frequēter iterata. Perfecti⁹ ē tamē etiaȝ illa exprimere si vales. ideoqȝ quotidie generaliter fit confessio in ecclesia pro venialibus. s. peccatis que quotidie admittim⁹. ꝛ pro illis mortiferis quorum noticiaȝ nō habemus. Unde Augustin⁹. Ueritatē dicit deo penitens. quādo nihil illi de cōmissis sceleribus celat. nisi qđ etsi voluntate celauerit. deus ignoret. sed veritatem sibi dici vult ab eo vt veniam consequat̄. Si vō mente aliqua exciderint. confitet̄ veritatem deo cum generaliter dixerit. Deus qui nosti occulta cordis. ꝛ opera mea ꝛ delicta a te non sunt abscondita. quibus veniā largiaris precor. ꝛ hec est veritas confitentis quā diligit deus. Unī Ecce enī veritatē dilexisti. Hic insinuat̄ ꝙ general̄ cōfessio etiā mortalia delet quorū intelligētia nō habet̄.

Aug⁹ in. v. responsione cōtra pelagianos.

Psal. l.

Ostendit ꝙ confessio non debet esse sup̄flua. f

Sicut aūt penitens celare nō debet peccatū suuȝ quia

59 a. ij. Qꝛ oia criminalia semel saltē oportet in ꝯfessione exprimi. Videt̄ hoc falsū. qꝛ ad hoc ꝙ cōtritio valeat nō oportet sigillatim conteri de ꝙlibet. imo iustificatur in cōtritione de omnibus. ergo pari ratiōe videt̄ de confessione. Rꝰ dicendū ꝙ nō est simile. qꝛ cōtritio est in cōspectu dei ꝙ vno aspectu videt oīa. sed cōfessio est ī cōspectu hominis qui nō potest plene noscere morbū nisi audiēdo mortalia singula. Et iteruȝ. cōfessio fit ad erubescentiā. contritio vō ad peccati detestatio nē ꝑ iusticiā. Detestatio aūt intēdit̄ in collectiōe multoꝝ malorū. sed erubescētia in expletiōe singuloꝝ.

40 b. ij. Venialia ꝛc. sufficit gn̄alit̄ cōfiteri nisi aliq̄ sint frequēt̄ iterata. Videt̄ nō bn̄ dicere. quia iteratio nō trahit in aliud gen⁹. ergo quātūcūqȝ iterent̄. venialia sunt. ergo sufficit illa generalit̄ cōfiteri sicut ꝛ alia. Rꝰ dicēdū ꝙ ꝯsuetudo frequēter ducit ī libidinē ꝛ ꝯtēptū. ideo ꝑpter dubiū ꝛ vitandū piculū qn̄ timet̄ ꝓbabiliter aliqđ hoꝝ esse veniale peccatū. ꝯfitendū est ꝛ sufficit stare in generalitate. nec oportet ad singula descēdere. si tn̄ velit descēdere laudabile ē valde ꝛ vtile ꝛ pnecessariū volēti ascēdē ad pfectiōȝ.

supbia est. ita nec hūilitatis causa fateri se reum illius qd se non cōmisisse noscit. quia incauta est talis humilitas z peccatorē cōstituit. Unde Augustin⁹. Cum humilitatis causa mētiris. si nō eras peccator anteq̄ mētireris. mētiendo efficieris qd vitaras. veritas in te nō est. nisi ita te dixeris peccatorē vt etiā esse cognoscas. Ueritas aūt ipa est vt qd es dicas. nam quō est veritas. vbi regnat falsitas?

c — Aug⁹ de verbis apli.

Determiat que sunt attendenda in cōfessione ex pte audientis ostendēs q debet esse secreta. g

Caueat aūt sacerdos ne peccata confitentiū alijs prodat. alioquin deponatur. Unde Greg⁹. Sacerdos ante omnia caueat ne de hijs que ei cōfitentur peccata alicui recitet. non ppinquis. non extraneis. nec qd absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit. deponatur z omnibus diebus vite sue ignominiosus pegrinando pgat.

Gregori⁹.

Ostendit q nō debet absoluere alterius prochianum. h

Qd vo dictum est vt penitens eligat sacerdotē scientem ligare z soluere. videtur contrariū ei qd in canonibus repitur. vt nemo. s. alterius parrochianū iudicare psumat.[d] Sed aliud est fauore vel odio pprium sacerdotem cōtemnere. qd canones phibent. aliud cecum vitare. qd Urbanus facere mouet. ne si cecus cecū ducat ambo in foueam cadant. Ait eni Urbanus secūd⁹ Placuit vt nulli sacerdotū deinceps liceat quēlibet cōmissum alteri sacerdoti ad penitentiā suscipe. sine eius cōsensu cui se prius cōmisit. nisi p ignorātia illius cui prius cōfessus est. Qui vo cōtra hoc facere temptauerit. gradus sui piculo subiacebit.

d — Math. xv.

41 c. ij. Nec hūilitatis causa fateri se reum. Uidetur contrariū dicere Augu. in lib. confessionū. vbi dicit sic. Si queris a me vtrū iustus sim. Rº q nō. sed constat q Aug⁹. iustus erat. et hoc ex humilitate dicebat z bene et meritorie. Rº dicendum q fateri se reū vel iniustū est dupliciter. Aut put repatus est iniusticia. sic simpliciter puat iusticiam. z hoc mō nō dz se qs fateri reum nisi habeat mortalis cōscientiā. Alio modo est fateri se reum z iniustū put puat iusticie pfectionem. z fm hoc omnis homo potest se iniustuz fateri. fm illud Ysa. lxiiij. vt pānus mēstruate vniuerse iusticie vestre. Nec iustificatur homo comparatus deo fm Job. z hoc mō Aug. dicebat se nō esse iustum.

42 Et nota q confessio debito mō facta debet habere. xvj. cōditiones. vñ vsus. Sit simplex. humilis. confessio. pura. fidelis. Et frequēs. nuda. discreta. libens. verecūda. Integra. secreta. lachrymabilis. accelerata. Fortis z accusans. z sit parere parata. Sufficientia autē z numerus harū conditionū potest accipi sic. Quedā enim sunt cōditiones que sunt z debent esse in cōfessione fm sui rectam quātitatem. Quedā fm rectum ordinem z societatem. Quedā fm rectam qualitatē z fm rectam quātitatem. Et hoc tripliciter. Aut q̄tum ad integritatē. aut q̄tum ad numerositatē. aut q̄tum ad diuturnitatē. z sic sunt tres conditiones. s. q sit integra. frequēs. z accelerata. Si q̄tum ad associationē. sic debet habere duarum societatem partiū. s. contritiōis z satisfactionis. Q̄tum ad contritionē sit lachrymabilis. Q̄tum ad satisfactionē sit parere parata. Uel q̄tum ad vtrūq. z sic fortis. Q̄tum ad qualitatē. aut ipsius confitentis aut cōfessionis. Si confitentis. sic sunt quinq conditiones. fm vim rationalem est simplex. fm concupiscibilē debet esse libens. fm irascibilem humilis. in sermone fidelis. z in signo verecūda. z sic sunt quinq. Si in se consideretur. sic debet esse para vt nihil intermisceat. debet esse nuda vt nihil celatū teneat q̄tum ad circūstantias. debet esse discreta vt nihil addat. debet esse secreta vt alijs non noceat. debet esse accusatoria vt seipsum puniat. Et sic sunt tres ex pte qualitatis. tres ratione adiuncti. quinq rōne subiecti. z quinq ratione sui. z sic in vniuerso sunt. xvj.

43 d. ij. Sed aliud est fauore vel odio pprium sacerdotem contemnere zc. Uidetur hic male soluere. quia ex hac solutione quilibet cui vult posset confiteri. dūmodo non cōtemnat pprium sacerdotem. Sed contrariū habetur in decretali. vbi dicitur q si ex causa vult accedere ad alium. petat primo z obtineat licentiā. quia aliter nō poterit soluere vel ligare. Rº dicendū q illud verbum Augustini intelligitur q̄tum ad electionem sacerdotis. anteq̄ subditus alicui se subijciat z curam anime cōmittat. sed verbū Urbani post cōmissionem. extūc enim tenetur ei confiteri. nec debet alij nisi petat licentiā.

44 Tamē in quinq casibus habetur licentia petita p obtenta. Primus est si sit vagabūdus. Secūdus est si renūciauit domiciliū. Tercius si peccauit vel offendit in aliena parrochia. Quartus pter sacerdotis ignorantiā vel maliciā. quia est reuelator cōfessionis vel sollicitator ad malū. Ultimus est in casu necessitatis vt si sit in articulo mortis. vel debeat intrare iustū bellū.

D intelligentiā hui⁹ partis fm duo que tanguntur in litera duo pncipaliter queruntur. Primo queritur de confessione q̄tum ad modum Secūdo vo queritur de confessione q̄tum ad sigillum. Circa primū querūtur tria. Primo queritur vtrum liceat aliquod peccatuz in confessione omittere. Secundo vtrum liceat addere. Tercio vtrum liceat aliena peccata referre.

Questio. j. g

Qd non liceat de confitendis omittere ostenditur primo autoritate Augustini in libro de penitētia. Caueat ne verecūdia ductus diuidat apud se confessiones. vt diuersa diuersis velit manifestare. quod est se laudare et hypocrisi intendere. et semper venia carere. ad quam frustra sperat peruenire. Item ratione ostendit sic. Confessio ordinatur ad peccati cognitionem. sed nunq̄ recognoscit egritudinem sufficienter qui solum peccatum vnum nouit. cum homo multis egrotet. sicut patet in medicinis. ergo non sufficiēter peccatū detegit q̄ nō dicit vni sacerdoti peccata oīa q̄ cōmisit. Item confessio est ad peccatoris accusationem. sed cum peccator se accusat de tribus peccatis et fecit decē. hoc ipso ostendit sacerdoti se non peccasse nisi ter. sed hoc ē falsitas et hypocrisis manifesta. ergo &c. Item confessio fit propter absolutionem. absolutio autem sacerdotis signum est diuine absolutionis. sed deus nunq̄ absoluit ab vna culpa quin absoluat ab omni culpa mortali. ergo absolutio sacerdotis aut nulla est. aut est ab omni culpa. sed non meretur absolui a sacerdote peccator qui celat ei peccatū. ergo nulla est absolutio nisi confiteatur sacerdoti vni omnia a quibus indiget absolui. Contra. Omnes sacerdotes tenent locum vnius. s. christi. ergo idem est confiteri diuersis qd̄ confiteri vni. ergo tantū valet si peccator diuisim diuersis confiteatur omnia quātum si omnia confiteatur vni. Item confessio est in remedium. ergo non debet fieri in scandalum. sed possibile est q̄ penitens confiteatur proprio sacerdoti aliquod peccatum quod scandalisabit eum. vtpote si cognata sacerdotis fuerit eius adultera. ergo videtur q̄ possit peccatū hoc reseruare. et alia sibi dicere. et ita confessionem dimidiare. Itē aliquis confessus est vni. x. et commisit. xij. et oblitus duorū post recordatur non habēs copiam sacerdotis. iste fuit legitime confessus de. x. ergo si non debet bis puniri pro eodem. sufficit nunc confiteri duo. ergo videtur q̄ confessio possit dimidiari. Item sufficit si quis confitetur sacerdoti proprio illud a quo potest absoluere. sed possibile est q̄ aliquis habeat casum vel peccatum a quo non potest absoluere nisi superior. ergo sufficit q̄ minora confiteatur vni. et peccatum illud confiteatur maiori. ergo videtur

45 q̄ confessio possit dimidiari. R° dicendum q̄ in venialibus nō est vis. sicut enī nō est vis necesse ea cōfiteri. sic non est necesse ea simul et omnia integre confiteri. Sed de mortalibus dicitur q̄ necesse est omnia confiteri vni sacerdoti. omnia inq̄ quorū est memor.

bis punit. si q̄ aliquis pro peccato cōmisso penituit
et se puniuit. videtur ꝙ amplius pro illo non puni-
at quantūcunqʒ peccet alias. q̄ ⁊c. Item reatus pe
ne eterne est insepabiliter annexus culpe. sed culpa
non pōt redire. q̄ ⁊c. Item si reatus peccatorum
precedentium redit. q̄ nulla est in mundo vtilitas ꝙ
quis bene fecit et penituit. Sʒ hoc videtur impium
dicere. q̄ ⁊c. Item dona dei sunt sine penitentia. q̄
si deus aliquid condonat. non penitet de condona-
tione. ergo non potest reatus redire quem deus di-
13 misit vel a quo soluit. R. dōm ꝙ aliqui voluerūt
dicere peccata precedentia redire quo ad reatuʒ. qr
per culpam sequentem tot reatibus obligatur ad pe
nam quot prius erat obligatus. Et ratio huius tan-
gitur in littera. Dicebant enim ꝙ quot peccata com
miserat. tot vinculis obligabatur cum veniebat ad
penitentiam vt detestaretur preterita mala. et ideo
cum peccat. omnia vincula rumpit. et ideo tot re-
atibus reus est quot prius peccata cōmisit. Sed illd̄
nihil est. Primuʒ. quia sufficit vna detestatione dete
stari cetera. nec tenet simul et semel diuisim detesta-
ri omnino. q̄ in vno non peccat nisi obmissione vni-
ca. Aliorum opinio fuit ꝙ peccata priora redeant p
recidiuum quantum ad equiualentiā. pro eo ꝙ ingr̄
titudo que est conditio peccati adeo aggrauat pec-
cātēʒ. vt sit ita reus sicut per omnia peccata precedē
tia reus fuerat. Sed illud non videtur verum. Pri-
mo. quia ingratitudo pensatur scd̄m quantitateʒ be
neficij. Sed maius beneficium prestat deus conser-
uando innocentiam q̄ reuocando ad penitentiam.
ergo grauius peccauit cum primo innocentiaʒ per-
didit q̄ quando post recidiuauit. q̄ ingratitudo non
facit ꝙ adeo sit peccatum graue vt precedētia. Pre
terea ingratitudo ista est peccati circumstantia a p-
te peccantis. sed magis aggrauat peccatuʒ libido vl
gen⁹ peccati q̄ aggrauet circumstātia. q̄ nunq̄ ꝑ-

pter ingratitudinē vnum peccatum leue fm gen⁹ equipollebit peccatis precedētibus grauib⁹ ꝛ enormibus. Et ideo aliter dōm ꝙ reatus ē obligatio ad penam. pena autem peccati duplex est scꝫ pena dā-
[14] ni et sensus. Possumus ǵ loqui de reatu peccati duplicṫer. aut quantum ad penam damni. aut quantū ad penam sensus. Si quantū ad penaꝫ damni. sic qꝛ peccat in vno factus est omniū reus. credendum est ꝙ peccata dimissa redeunt. Si autem loquamur q̄ntum ad penam sensus sic distingdendū est. Quia q̄dam peccata sunt omnino dimissa quantū ad penā et culpam. et talia nullo modo redeunt. Quedā aūt dimissa sunt in parte. et de talibus fienda est satisfactio. Et q̄m culpa sequēs tollit potentiā satisfaciendi quamdiu manet. ꝑ hoc ip̄m iste obligatur ad supplicium eternum. non rōne sui principaliter ſ ratione annexi. et sic intelligendum est peccata redire. Verū etiam ꝙ aliquo modo aggrauat culpam sequentem precedens remissio. quia est ibi contemptus p̄stiti be-
[15] neficij. non tamē ita ꝙ faciat equiualentiam. Ad illud quod obī de autoritate Mat. dōm ꝙ fm aliū horum modoꝝ intelligendū est. et similiter sequens
[16] obiectum patet quia verum cōcludit. Ad illud qd̄ obī de tentionibus iam responsum est ꝑ interemptionē. quia nō tot tentionibus tenet̄. sed ea sola ten-
[17] tione qua tenet̄ conteri. Ad illud qd̄ obī de seruo manumisso. dō. ꝙ in legibus hūanis illud fit ad cautelam et terrorem. et iō non oportet sic in lege diuina reperiri. Rationes aūt ad oppositum quibus ostēditur ꝙ reatus non omnino redit verum cōcludūt.

Onsequēter q̄ntū ad scdaꝫ ptē q̄rit̄ de pnia in ratione sacri. Et cum ad rōeꝫ sacri duo concurrant. s. institutio et significatio de quibus duobus in littera agitur. ideo circa hec duo queruntur. Primo queritur de penitentia quantū ad institutionē. Secundo quantum ad significationem.

Questio. j. c

Utruꝫ sacramentū penitētie fuerit institutum. Et ꝙ sic videt̄. ita diffinit Hugo sacramentū. Sacramentum est ex similitudine representans. ex institutione significans. ꝛc. si ǵ penitentia est sacramentum. pateꝫ ꝛc. Item sicut dominus p̄cepit baptizari. ita precepit penitentiā agere. sicut patet Mat. iij. Et sicut dicitur. Jo. iij. nisi quis renatus fuerit ꝛc. ita dicitur Luce. xiij. si penitentiam non egeritis. omnes simul peribitis. ǵ sicut precipiendo baptizari instituit baptismatis sacramentū. ita precipiēdo penitere instituit sacramentum penitentie. Item modus agendi penitentiam in veteri lege fuit p̄fixus. sicut pateꝫ Leuitici. iiij. et. v. silr̄ in noua scdm sacerdotis arbitriū. Sed talis modus non est ex nature dictamine. ǵ est ex institutione. Contra. Hugo de sancto victore dicit ꝙ in lege nature nullū sacramentū institutum est sub precepto sed solum sub consilio. Sed penitentia in lege nature fuit sub p̄cepto. quia nemo sine ea vnq̄ saluari potuit. ǵ non fuit instituta. Item nullum sacramentuꝫ indiget institutiōe qd̄ ē ex naturali dictamine. sed penitentia est ex naturali dictamīe. qꝛ naturaliter dictat ratio ꝙ peccans ꝛ offendēs debet per penitentie humilitateꝫ reconciliari. ergo ꝛc.

Item omne sacramentum qd̄ institutum ē variatum est. sed penitentia semp fuit ab initio vsq̄ nūc q̄ntū ad cōtritionē et satisfactiōeꝫ saltē. ǵ nō vꝫ ꝑ leges institutū. Item si institutū est sacramentū. q̄ritur vbi et a quo. Si ibi vbi dicit̄ agite penitentiam Mat. iij. similit̄ institutū pōt dici a Johe qui predicauit penitentiam agite Mat. iij. Si ibi Mat. viij. vade et ostende te sacerdotibus. Sꝫ constat ꝙ intelligebatur de sacerdotibus legalib⁹. Si ibi. quorum remiseritis peccata. Jo. xx. Sed contra. ibi ē institutum qd̄ est ordinis sacerdotalis. Rē. dōm ꝙ de pe- [18] nitentia est loqui dupliciter. aut ꝑut est reconciliatiua deo. aut prout ē nō solū recōciliatiua deo sed etiam ecclesie. Si loquamur de ipsa prout deo reconciliat. sic est de dictamīe legis naturalis. que dictat cōteri de peccato. et humiliari debere. tamē cū aliqua illustratione fidei. et sic tale sacramentale potius habuit insinuationem ꝙ institutionem. Eo enī ꝙ natura dictabat. insinuari sufficiebat. ꝛ aliqui volunt dicere ꝙ insinuatum fuit ante lapsuꝫ in illo vbo Gen. ij. In quacunq̄ die comederitis ꝛc. Sꝫ illō verbum videt̄ poti⁹ minari supplicium ꝙ instituere remedium. Et iterum. cum penitentia sit in remediū. de sua institutione primaria nō videt̄ competens tēpus institutio nisi ex quo cepit peccatū. Et ideo est alia positio et melior. ꝙ dn̄s tunc insinuauit et instituit. q̄n post peccatū adam vocauit. Gen. iij. vbi es. Ubi dicit glo. ꝙ mouebat euꝫ redire ad cor. iuxta illud propheticum. redite ꝑuaricatores ad cor. ꝛ multe glose. que hoc innuūt. et sic patet ꝙ penitentia ꝑut fuit sacramentū concilians deo ibi fuit insinuatū quantuꝫ pro illo tempore sufficiebat. et illa insinuatio cuꝫ naturali dictamine sufficiebat loco institutionis. Est et alio modo loqui de penitentia scdm qd̄ est sacramētum ecclesie. et sic habuit institutionem in lege scripta. siue moysaica. siue euangelica. In lege moysaica. qꝛ nondum erat vnitas perfecta nec perfecta reconciliatio. institutionē habuit fm imperfectioneꝫ. s. q̄ntum ad quandam generalitatem in determinatione oblationum que erāt loco confessionis et satisfactionis. In lege autem noua vbi vnitas ecclesiastica est perfecta et reconciliatio plena. instituta fuit fm statum perfectionis. et quantū ad formale qd̄ est absolutio sacerdotalis et ligatio. et quantum ad materiale qd̄ ē quedam lucida et aperta confessio. non solū in generali verū etiam in speciali. Et primū domin⁹ instituit per se et promulgauit. s. dauiū potestatem. Joh. xx. post resurrectionem. Scdm vero institutū fuit per apostolos. vel vt melius dicam promulgatum. quia domin⁹ apostolos docuit. et ipsi a domino docti. et autoritate ab ipso accepta immo eius autoritate ꝑmulgauerunt. Non enī nobis tradiderunt nisi quod a domino vel a domini spiritu acceperūt. et sic patet. quando. ꝛ quomō. ꝛ vbi. ꝛ a quo. institutū est hoc sacramentuꝫ. Concedende igitur sunt rationes hoc probantes. Ad illud qd̄ obijcit̄. ꝙ nō [19] fuit institutū in lege nature. dōm ꝙ ꝓprie institutuꝫ non fuit precepto discipline vel precepto sacramentali. sed magis ex precepto naturali. ad quod illuminabat excitatio et visitatio dei. qua homines increpauit in signo audibili. et increpat spiritualiter ꝑ dolorem in lectulo. et omnia ossa hominis marcescere facit. Ad illud quod obī qd̄ est ex naturali dicta- [20] mine. dōm ꝙ verum concludit fm illam acceptionem. attamen quia natura per se non sufficit. ptꝫ ꝛc.

21 Ad illud quod obi. q non est variatũ. dicẽdũ q inquantum est sacramentum ecclesie variatum est. et lex scripta aliquid addidit supra illud qd erat naturalis dictaminis. et lex euangelica illud aditum non euacuauit. immo magis impleuit in addendo additione perfecta. Quod queritur vbi et a quo sit institutum iam patet ex predictis. Q̃o. ij. d

De penitentia quantum ad significationem. Et queritur quid sit hic signum et quid signatum. Et videtur q penitentia exterior significet interiorez sic. Sacramentum illud significat ex institutione qd representat naturaliter. sed penitentia exterior naturaliter representat interiorem. ergo illud significat ex institutione. Item sicut se habet baptismus corporalis ad spiritualem. sic penitentia exterior ad interiorem. sed baptismus fluminis significat baptismũ flaminis. et hoc ex institutione. ergo et penitentia exterior interiorem. Itez penitentia sacramentuz liberat a naufragio. sed impossibile est peccantem actualiter a naufragio liberari nisi per penitentiam interiorez. ergo penitentia sacramentum in se continet eaz. sed nõ in ratione signi. ergo in ratione signati. Item penitẽtia perfecta ad baptismi puritatem conatur reducere. sed peccator nunq̃ reducitur ad puritatem illam nisi per penitudinem cordis. ergo penitentia exterior interiorem significat. Contra. Hugo. sacramentum est materiale elementum foris sensibiliter propositum. ex similitudine rep̃sentans. sed exterior penitentia non est talis. quia non est elementum. ergo nõ est sacramentum nec signum. Item interior penitentia est virtus vel actus virtutis. Sed gratie virtutum et sacramentoꝝ differentes sunt. ergo interior penitentia non est res alicuius sacramenti. Itẽ qñcunq; recte ordinãtur signum et signatum in sacramento. signum causa est signati. p diffinitionem sacramenti superius habitam. sed penitentia exterior nõ est causa interioris nec illa effectus. immo econuerso. ergo ꝛc. Item cum in perfectione penitentie. tria sint. s. contritio. confessio. satisfactio. queritur rõe cuius dicitur exterior. ꝛ ratione cuius dicatur interior. Si dicitur interior ratione contritionis. et exterior ratione confessionis et satisfactionis. Contra. ista non significant contritionẽ sed poti⁹ voluntatez cõfitendi et satisfaciendi. Si dicitur exterior ratiõe trium. tunc ergo cum sint tria diuersa. erũt tria sacramenta. Si dicas q vniuntur. quero quo genere vnitatis vniuntur. 22 R. dicẽdũ q sicut in iudicando de institutione oportet iudicium variari de penitentia scdm qd est sacramentum reconcilians deo. et scdm quod reconciliat non solum deo. sed etiam ecclesie. Sic et in proposito. Scdm namq; qd est sacramentum reconcilians deo. pro re habet peccati remissionem. pro signo habet exteriorem humiliationez siue in habitu siue in verbo. pro re et signo interiorez penitudinez. Nec oportet q primũ sit causa medij. sed potius econuerso. et hoc quia ẽ ex naturali dictamine. ideo procedit exterius ab interiori. non exterius facit id quod interius est. Sed inquantuz est sacramentum ecclesie institutionem habens. sic habet rationem cause et signi sicut alia sacramenta. et ratõ causalitatis residet penes id qd formale est. ratio ve-23 ro signi penes id quod materiale est. Materiale autem in hoc sacramento est humiliatio penitentis. siue quantum ad actum contritionis. siue quantum ad verbum accusationis. siue quantum ad penaz satisfactionis. formale vero est absolutio sacerdotis. hec duo simul iuncta significant penitentiam interiorem scdm quod per ipsam est remissio culpe perfecta quantum ad culpam et quantum ad penam et quantum ad remissionem peccati. Quantum ad culpam habet rationem signi exterius sacramentum. Quantum ad remissionem pene habet quodammõ rationem cause. Et sic patet quid in hoc sacramento sit res. s. peccati remissio perfecta. et quid signũ. s. exterior penitentia scdm ecclesiasticam formam in q̃ est humiliatio et absolutio. Res et signum est interior penitudo. vnde concedende sunt rationes ad primam partem. 24 Ad illud qd obi. q non est elementum. dicẽdũ q Hugo valde large sumit elementũ ad omne illud quod exterius apparet sensib⁹. vel si appropriet ad corporalia sacramenta. tunc non intelligitur nisi de sacramentis proprijs no. le. 25 Ad illud quod obi. q gratie virtutum differunt a gratia sacramentorum. dicẽdũ q verũ est aliquo modo. sed non oppetet quantum ad essentiam. sed sufficit q̃ntum ad effectum vt supra determinatuz est in principio. et sic est in proposito. Naz penitentia interior est res exterioris scdm q vltra rectitudinem virtutis addit vlteriorem effectum. s. remissiõis perfecte q̃ntum ad culpam et penam quando exterior est perfecta. et est simile in baptismo. vt visuz est supra. 26 Ad illud quod obi. q interior est causa exterioris. dicẽdũ q quia hoc sacramentum ptim est naturalis dictaminis. partim institutionis. ideo signuz exterius q̃dammõ causatur et quodãmõ causat. Nam detestatio interior inquantum detestatio est bene facit exteri⁹ hominem humiliari. sed scdm qd absoluit in integrum a culpa et pena. hoc habet ab exteriori absolutione et penitentia. et sic patet q conuenientissime est ordinatio in significando et causando scdm qd ei competit. 27 Ad illud qd obi. ratione cuius illorum trium est signum. dico q ratione omniũ. Sumitur eñi contritio pro exteriori gemitu. nec tamẽ tria sũt sacramenta. sed illa tria vt vnum pfectũ signũ significant pniam pfectam. Et hoc ptz. qz si vere penitet corde. ergo dolet. et hoc significat p gemitũ ptritionis. ergo detestat culpã et se redarguit. ꝛ hoc significat per verbũ confessiõis. ergo hz volũtatẽ emẽdandi ꝛ hec significat p penã satisfactiõis. Hec tria cõtinet pnia interiorq̃ est vna et vera virtus. et iõ oia signa exteriora in vnũ pfectũ signũ concurrũt. et sũt vnũ sacrm. et habẽt vnitatẽ sacri. et est modus spẽalis vnitatis. cũ multi modi assignent a diuersis. Et si tu obycias q non sunt simul. dicẽdũ q saltẽ q̃ntũ ad ppositũ siue voluntatis votũ vnũ manet in alio. vt qui contrit vere pponit confiteri et satisfacere. aliter nõ est cõtritio vera. sic intelligendum ẽ de alijs.

Consequenter q̃ntũ ad intelligẽtiã omniũ hoꝝ que dicta sũt in hoc tractatu de pnia. queritur de pnia scdm q hz rationẽ fundamenti. Et circa hoc duo querũt. Primo de rõe fundamẽti in se. Scdo vero in relatiõe ad rõz tabule. Q̃o. j. e

Qr pnia tenet rõz fundamẽti ostẽdit Heb. vj. nõ rursus iacẽtes fundamentum penitentie ab operibus mortuis. Glo. Quod prius dixit inchoationis sermonem. nunc vocat fundamentum. sed in sermo-

re quo eruditur veniens ad xp̄m penitentia est fundamentum. qđ patet p illum excellentem doctorem Jo. qui predicauit. agite penitentiam. Patz etiaz p doctorem doctorum qui incepit predicationem suam ab hoc verbo. Mat. iij. agite pn̄iam. Glo. pn̄ia ē prima virtus. quia ibi dicitur. prima virtus est per penitētiam perimere veterem hominē. Item impossibile ē domū dei edificare in corde nisi destruat̄ edificium sathane et ip̄e expellat̄. sed hoc primo fit per introductionē penitētie. ḡ videt̄ q̄ penitētia p̄mo sternat̄. ḡ ip̄a ē fundamētū. Contra. j. ad Cor. iij. fundamentū aliud nemo ponere pōt p̄ter id qđ positū ē qđ ē xp̄us. ḡ si xp̄s solus ē fundamētū. et pn̄ia non ē xp̄s. ptz ꝛc. Item Heb. xj. fides ē substātia sperandaꝝ rerū fundamētū ꝛc. Glo. est fundamētū omniū bonoꝝ. sed nō sunt duo fundamēta. ḡ ꝛc. Itez penitētia et impenitētia sunt opposita. Sz impenitētia ē consūmatio edificij dyabolici. ḡ nō fundamentū. ḡ per oppositū videt̄ q̄ penitētia fit cōsummatio edificij dn̄i xp̄i non fundamētū. Itē querit̄ de numero et ordine coꝝ q̄ ponuntur in fundamento ab apostolo. Ponit eñ duas virtutes cum dicit. nō rursus iacientes fundamentū penitētie ab operib⁹ mortuis et fidei ad deum. Tangit eñ duo sacra cum dicit baptismatū doctrine. impositionis quoq; manuum. Duos articulos fidei cū dicit. resurrectōis mortuorum. et iudicij extremi. cū multo plures sint virtutes et multo plura sint sacramēta et etiā articuli. querit̄ quare hic tantū tot enumerat̄. Item queritur iuxta hoc cū fundamētū dicat̄ xp̄s. j. ad Cor. iij. fundamentū nemo aliud ꝛc. Dicat̄ etiā penitentia in auctē predicta. Dicat̄ etiā fides Heb. xj. l textu ꝛ glo. Dicat̄ charitas Eph. iij. in charitate radicati et fundati. Dicat̄ humilitas scd̄m Greg. qui dicit in moralib⁹. totū ruine crescit qđ edificas. si molē fabrice humilitatis fundāmēta nō curas. Dicat̄ patientia scd̄m prudentiū dicentē. nā minor ē virt⁹ quā nō patiētia firmat. scd̄m q̄m cōem naturā in his reperiam dicat̄ potius fundamentū de his q̄ d̄ aliis. R. ad illud iā quesitū intelligendū notādū q̄ fundamētum dr̄ dupliciter. Uno mō locus in quo edificiū stabilit̄. et hoc mō dicit̄ xp̄s fundamentum. ꝛ hoc bene notat̄ in glo. i. ad Cor. iij. vbi dicit̄ q̄ sicut totū edificium materiale tendit deorsum. q2 locus fundans est deorsum. sic sp̄uale edificiuz tendit sursum quia xp̄us dn̄s qui fundamētū ē sp̄ualis edificij ē sursuz. Alio mō dr̄ fundamentū illud scd̄m qđ res locat̄ et stabilit̄ in suo sustentaculo. et hoc pōt eē̄ tripliciter. Aut illud p quod prohibens remouet̄. aut illud per qđ ibi locat̄. aut p qđ confirmat̄ et stabilit̄. Si est illud p qđ remouet̄ p̄hibens. sic ē penitētia que remouet peccati inmundiciā sup quā erat ꝯstructa machina dyabolica. Si aūt sit vt collocās. sed duo sunt in nobis per que nati sum⁹ locari et tendere ad locum nr̄m. s. intellectus et affect⁹. Intellect⁹ locat̄ in xp̄o p fidem. et affectus locat̄ et cōglutinat̄ p charitatē. et iō n̄ tātū dicit ap̄ls i charitate fūdati. verūetiā radicati. Si āt sit vt defendēs et roborās. aut ꝯtra ventū p̄speritatis. aut ꝯtra ventū aduersitatis. Si contra ventū p̄speritatis. ē humilitas. Si cōtra ventuz aduersitatis. est patiētia siue fortitudo. Et sic p hoc fundatur supra firmā petrā ip̄a anima. et sic patz q̄ ratio fundamēti de oībus dicat̄ fm q̄ndam analogiam que ortum ꝛ radicē hz in xp̄o. Ad illud ḡ quod 28 querit̄ vtrū penitētia sit fundamentū. dd̄m q̄ sic. accedentis ad xp̄m de regione dissimilitudinis siue peccati. Et ptz rn̄sio etiā ad illud quod obī de fide et de xp̄o. Ad illud ḡ qđ obī de impenitētia. dd̄m q̄ q2 29 priuatiue oppōit. et in priuatiue oppositis tenet cōsequētia econtrario non. sicut patet in compositione et resolutione. q2 qđ ē primū in ꝯponēdo. vltimū est in resoluendo. iō hec ratio poti⁹ facit ad oppositū q̄ p̄positū. Ad illud qđ querit̄ de nūero et ordine coꝝ que ponunt̄ in fundamēto. dd̄m q̄ ap̄lus 30 sicut dicit glo. vocat fundamētū sermonē inchoationis. i. sermonē qui debet fieri his qui ad xp̄m sūt vocandi primo. In hoc aūt sermone tria cōp̄hendit que hz necessario cognoscere si q̄s vult ad legē christianoꝝ introire et p hanc ad vitā venire. Optet eñ volentē ad deū ꝑtingere q̄ sciat quo debet tendere. et adiutorium p qđ pōt ꝑuenire. et viā p quam debz incedere. Terminus ē premiū. adiutoriū ē sacramētum. via est veritas siue virtutis opus qđ ē preceptū. et hec tria scire optet volenti ad deuz ꝑuenire fm illud Hug. q̄ tria sunt maxime attendēda. precepta. sacramēta. p̄missa. Uia igit̄ est in virtutibus. et qm̄ ad hoc q̄ recta via ꝓcedat. necesse habet declinare a malo et tendere ad bonū. iō dupliceē ponit virtutez. vnam p quā declinat̄ a malo et hec ē penitētia. aliā p quam tenditur in bonū et hec ē fides tendēs in deum p dilectionē. que sequit̄ pn̄iam quantū ad tendētiam. licet antecedat quantū ad cognitionē. Adiutorium silr̄ optet duplex saltē eē̄. Unū qđ liberat a malo et hoc ē sacr̄m baptismi. in quo delentur peccata. Alterum qđ confirmat in bono. et hoc ē confirmatō siue manuū impositio. Similit̄ retributionez duplicē optet cognoscere. s. bonoꝝ et maloꝝ. Bonoꝝ per resurrectionē mortuoꝝ remunerandoꝝ p gloriam. Maloꝝ p iudiciū extremū. Hec optuit primo predicari. et inter prima hic primo pn̄iam. et sic pz nūerus et ordo. et nr̄a etiam ē instructio qualiter docere debemus eos qui de nouo veniūt ad legem xp̄i.

Questio. ij. f

De pn̄ia sub rōne tabule. Et p̄mo videt̄ q̄ ista duo nō cōpatiant̄ se circa pn̄iam. s. tabula et fundamentū. q̄m fundamēti ē subsistere. et tabule ē supefferri. ḡ si penitētia recte dicit̄ fundamentū. improprie minime tabula appellat̄. Item Hiero. super illud. peccatū suū sicut sodoma ꝛc. Scd̄a tabula post naufragium ē peccati abscōsio. sed pn̄ia cōsistit in peccati detestatione. ḡ ꝛc. Itez fundamētū est primū. ḡ si penitentia est fundamentum et est tabula. ḡ est prima tabula. ḡ male dicit Hiero. q̄ sit secūda tabula. Uidentur eñ ista incompossibilia q̄ sit fundamētum et q̄ sit scd̄m. Si tu dicas q̄ est tabula scd̄m qđ est sacramentum. et fundamentū scd̄m qđ est virt⁹. Contra. si est tabula inquantum sacramentum. ḡ ē scd̄m sacramentum. ergo immediate de ip̄a debet determinari post baptismum. Item tabula dicit̄ q2 liberat a naufragio fm q̄ virtus. ergo est tabula fm qđ virtus. Querit̄ ergo scd̄m quem tropum dicatur tabula. R. dd̄m. q̄ penitentia siue dicatur 31 fūdamētū. siue tabl̄a. sub tropo dictū ē. tn̄ scdz aliā ꝛ aliā acceptionē. scd̄m q̄ fit duplex translatio. Pn̄ia

ēm est virtus. et sic competit ei ratio fundamenti. Penitētia sacramentum est. et sic ſm hoc competit ei ratio tabule. Ratio aūt huius est. qr virt⁹ vt vult Aug. de quantitate anime nihil aliud ē q̄ equalitas mētis vndiq3 rationi ɔsentiētis. vñ ē quedā quadratura p quā anima in spūali edificio collocaẜ. Et qm̄ in hac collocatione pnie virtus pmo occurrit in edificatiōe. iō cōpetit ei ratio prime ptis edificij. hoc āt est fundamētū. et ideo penitētie virtuti rectissime aptatur nomē et ppietas fundamēti. Sȝ nomē et ppietas tabule ɔpetit penitētie sacro. 32 Ad qd̄ intelligendū optet nosse quid sit mare. quid naufragiū. quid nauis. et que tabula. Mare est presens seculū ſm illd̄ ps. hoc mare magnū. Nauis que pducit ad portū salutis ē vnitas ecclesiastica. De q̄ Sap. xiiij. Trāseūtes mare p ratem liberati sūt. Et Act. xxvij. Nisi in naui manseritis 2c. Naufragiū nauis ē per separationē et scissionē membroꝝ. ſm illud iude. hij qui segregant semetipsos. 2c. Tabula ē adiutoriū aliquod collatū. p qd̄ posset ille qui ē in periculo naufragij. subleuari a periculo peccati. et hoc ē sacramētū. Et cū duplex sit peccati piculū. duplex ē naufragium. duplex ē sacr̄m liberās a duplici naufragio. scȝ a naufragio originalis. et hoc ē baptismus. Et qr originale ē pmū. iō baptismus ē prima tabula. Et scōm naufragium ē per actuale. et qr ab hoc liberat penitētia. iō diciẜ scḋa tabula. Et sic patet q̄ recte dicitur fundamētū. et recte di tabula. scōm diuersas acceptiones. Et recte inq̄ntum virtus diciẜ fundamētū. recte inq̄tū sacr̄m liberās a naufragio di secunda tabula. et sic pȝ illud argumētū. ē scḋa tabula. q̄ ē scōm sacr̄m. Patet etiā scḋo obm̄ de cōpossibilitate hoꝝ duoꝝ. Ad illud ḡ qd̄ obi de abscōsiōe. dd̄. 33 q̄ ē absconsio p ypocrisim. et p penitētiā verā q̄ totū remittit. Et Hiero. loquiẜ de abscōsione scḋa q̄ fit p reuelationē nō de prima. Ad illud qd̄ obi q̄ pnia 34 liberat ſm qd̄ virt⁹. dōm q̄ sicut fides supplet locū baptismi vbi quis nō pōt baptizari. sic penitētia virtus locū sacri. attamē quia hoc nō habȝ nisi in articulo necessitatis vt possit a naufragio liberare. sacrāmētū aūt habet de se. iō ratio tabule debet sacramēto attribui nō virtuti. Preterea sacr̄m respicit liberatiōnē a malo siue a piculo. non sic virtus. Et qr tabula sonat in rationē refugij et liberationis a malo naufragij et periculo peti. iō magis cōpetit sacro q̄ virtuti. et sic patet rñsio ad obiecta oia circa partem oppositā. Solū hoc diligenter attēdendū ē q̄ cōdiuersum⁹ in hoc mari. stringamus tabulā ppter periculum euitandum a mari magno.

Distinctio. xxiij. De vnctionis extreme sacramento.

Reter pmissa ē aliud sacramentū. scȝ vnctio infirmoꝝ 2c. Supra determiatū ēst de quatuor sacramentis. Hec ē q̄nta ps in qua agitur de quinto. s. de vnctione extrema. Diuidiẜ antē hec pars in duas. In prima agitur de sacramēti institutione. In secunda de instituti dispensatione. Et hoc ibi. Querunt etiam aliq̄ si hoc sacramentum. Prima pars duas continet. In prima distinguit hanc vnctionē ab alijs. In secūda determinat causas sue institutionis. s. a quo est institutū. et ppter quid. et in qua materia. et hoc ibi. Hoc autem sacramentum vnctionis infirmorum. 2c. Similiter scḋa pars pncipalis duas habet ſm duas opiniones quas ponit circa frequentationem siue iterationem sacramenti. Et pmū modum ponit. ibi. Querēt aliqui 2c. Secundum ibi. Quidam autem de omni sacramento.

XXIII

Distinguit hanc vnctionem ab alijs duabus. a

Reter pmissa ē etiam aliud sacramentum. s. vnctio infirmoꝝ. q̄ fit in extremis oleo per epm̄ consecrato. Et sunt tria genera vnctionis. Est enim^a vnctio q̄ fit chrismate. q̄ dicitur pncipalis vnctio. quia in eo pncipaliter paraclitus datur. Unde et ppter abundantiam gratie duos liquores mixtos habȝ. oleum scȝ et balsamum. Oleum conscientie. balsamū fame. Chrisma vero grece vnctio latine dicitur. Nec tn̄ omne oleum ad vnctionem sanctificatū chrisma vocatur. sed illud solum quod miscetur cum balsamo. quo capita regū et pontificū vngūtur. q̄ etiā baptizatos sacerdos vngit in vtice. 2 pōtifex p ipositionē manus cōfirmādos vngit in frōte. Est et alia vnctio q̄ cathecumi et neophiti vngūtur in pectore et inter sca-

De trib⁹ a generibus vnctionis.

In parte ista sunt dubitationes circa litterā. et pmo d̄ ordine istius sacramenti ad antecedentia et sequentia. Uidetur eīn male ordinare. cū cm̄ inter omnia sacramenta vltimo detur. ppter qd̄ ēt extrema vnctio nūcupatur. videtur q̄ vltimo debeat ordinari. R. dōm q̄ sacramēta quedam respiciunt psonam. quedam cōiter ipsam ecclesiam. vt sicut in naturis q̄dam sunt vires ordiate ad conseruationem indiuidui. quedam ad conseruationem speciei. sic in spiritualibus sacramenta quinq3 sunt ad conseruandam et promouendam gratiam vel consummandaȝ circa ipsam personam. sed ordo et coniugium ad consūmandā ipsā ecclesiā. et iō qr multitudinē respiciūt. sicut mltitudo seq̄tur vnitatē. sic due sacra predicta ɔsequūẜ alia q̄nq3. inter que extrema vnctio vltimū locū tenȝ. Alia rō assignata ē supra circa pncipiū h⁹ libri di. ij. vbi tāgiẜ ordo sacroꝝ. a Unctio q̄ fit chrismate q̄ dicitur pncipalis, 2c. Uideẜ male dicere. qr aut vnctio

pulas in perceptione baptismi. Tercia vero vnctio est q̄ dicitur oleum infirmorum. de qua nūc agitur.

Determīat cāꝫ institutōis hui⁹ sacri. s. a quo. ꝓpter qd. et in q̄ materia ē institutū. b

Hoc aūt sacrm̄ vnctiōis infirmoꝝ ab aplīs institutuꝫ legit. Ait eñ Jac. Infirmat aliqs in vob. inducat ꝑ͡sbros ecclesie. ⁊ orēt sup eū vngētes eū oleo in nomie dñi. et allevabit eū dñs. ⁊ si i pctīs fuerit dimittēt ei. In quo ofidit [b] duplici ex cā sacrm̄ hoc institutū. s. ad peccatoꝝ remissionē. et ad corpalis infirmitatis allevationē. Vñ constat eū qui hāc vnctionē fideliter devoteqꝫ pcipit. et in corpe et in aīa allevari. si tñ expedit vt in vtroqꝫ alleuet. Q: si forte corpis valitudieꝫ illi habere nō expedit. illā q̄ ē aīe sanitatē in hoc sacramēto acq̄rit. Et sicut in alijs sacramētis ita etiā i isto aliud ē sacrm̄ aliud res sacramēti. Sacramētuꝫ ē ipa vnctio exterior. res sacramēti vnctio interior q̄ peccatoꝝ remissiōe. et virtutū ampliatiōe pficitur. [c] Et si ex contemptu vel negligentia sacrm̄ hoc ptermittit. periculosum est et dampnabile.

Prima opinio de iteratiōe h⁹ sacri. c

Querūt etiam aliqui si hoc sacramentū iterari possit. cum baptismus et alia quedā sacramēta semel suscepta non iterent. Aug. dicit sacramentū non iteranduꝫ. et sacramēto nō faciendā eē iniuriā. sed hoc dicit vbi ait de sacramēto baptismi et ordinatiōis. Vñ non videt illud generaliter accipiendū. sed ꝺ sacramēto baptismi et confirmationis et ordinatiōis q̄ nullatenus sunt repetēda. q: semel tñ et non sepi⁹ dat baptism⁹ et cōfirmatio et ordinatio. Sacramētū vero altaris ⁊ penitentie et coniugij sepe iterari videt. q: sepe sacramentū corporis pcipitur. frequēter penitētia agitur. cōiugium sepe cōtrahit. Quare ergo vnctio similiter nō pōt iterari? Si morbus nō reuertit. medicina non iteret. Si vero morbus nō pōt cohiberi. quare medicina debet ꝓhiberi. Sicut oratio iterari pōt. ita et vnctio iterari posse videtur. vtraqꝫ eñ illic cōmemorat Jacobus. ⁊ vtrūqꝫ illic cooperatur ad ferendam allevationē corporis et anime. Cur ergo negat vnctionem super infirmū posse iterari ad impetrandā sepi⁹ sanitatem mentis et corporis. cum propter idem sepe iteranda sit oratio?

principalis dr̄ ab ordine aut a dignitate. Si ab ordie. falsum dicit. quia prima vnctio est in baptismo. Si a dignitate. adhuc falsū dicit. q: in sacramēto ordinis est vnctio maioris dignitatis. R. dōm q principalis vnctio dicit cōfirmatio ex q̄druplici cā. scꝫ a loco. q: in fronte q̄ est pars nobilior in corpore. A ministro q: fit ab epō. Ab elemēto siue materia q: ꝺ oleo mixto cum balsamo. Postremo ab effectu ꝓpt abundantiaꝫ gratie. Vñ ibi paditus in magna abundātia traditur. sicut etiā patuit in apostolis. et hec est vnctiō principalis. Et si obijciat de ordinis sacro. dōm q nō dat amplius munus gratie gratū facientis. s amplius munus grē gratis date. s. autoritatis et potestatis sacerdotal vel pontificalis. Dat etiam ibi munus gratie gratū facientis in digne suscipientib⁹. licet nō tātū. Et nota q de eadem materia fit triplex vnctio. vna q̄ baptizati inūgit in vertice. Alia q̄ cōfirmandi vngunt in fronte. Tercia qua inungun tur pōtifices in capite. Et hoc vult dicere in litteris. regū et pontificum. i. regaliuꝫ pōtificum quales sūt pōtifices noue legis. naꝫ reges sm̄ q dicunt illi qui nouerunt vngun tur in scapulis.

b Duplici ex causa sacramentuꝫ hoc institutū ⁊c̄. Videtur male dicere quia vnius sacramenti vnicus est finis. R. vnus est finis principalis. et nihil impedit quando multiplex potest esse vtilitas dum tñ vnus sit finis principalis. alij vero p accidens. et sic est in proposito.

c Et si ex contēptu vel negligentia sacramentum hoc ptermittitur periculosum est ⁊c̄. Videtur male dicere. quia negligentia in his q̄ non sunt de necessitate salutis non generat periculum. nec facit hoīes dignos dampnatione. R. dōm q vel nō tenetur disiunctiue. sed magis intelligitur copulatiue. Vnde non intelligitur hoc de qualibet negligentia. Sed solum de negligentia que generat contemptum. siue q̄ habet contemptum annexū. Unde ita iudicandum est hoc de sacramento sicut iudicatur de sacramento [illegible]

Secunda opinio de iteratiõe huius sacri. d

Quidã aũt de omni sacro intelligi voluñt q nõ sit iterandũ. s. sm totũ illud qd ptinet ad sacrm. dicẽtes quedã sacramẽta sepius posse suscipi. quedã vero non. Nec tñ que sepius sumunt. totaliter iterant. vt sacrm altaris et vnctionis. que licet sumant sepius. tamẽ quia nõ iterũ benedicit eadẽ hostia vl idem oleum. nõ iteratur sacramẽtum cũ iniuria. Sz dicet quis. sic et baptismus nõ iterat. et si aliquis freqũter baptizet. dũ eadẽ aqua non iterũ benedicat. Sz aliud ẽ inquiũt illi de bñdictione aque qua fit baptism. aliud de benedictiõe panis et olei. Põt eñ baptismus celebrari in aqua etiã non bñdicta. q2 illa benedictio p reuerẽtia tñ fit et decore nõ virtute sacri. sed corpus xpi non põt confici nisi de pane consecrato. nec vnctio illa fieri põt nisi de oleo ab epo consecrato. Ideoq3 illa sanctificatio ad virtutem sacri ptinere videt. In cõiugio quoq3 semel tñ benedicit quisq3 non sepius. Benedicit eñ vt ait Amb. cum prima et nõ secũda vxore. Si ergo cum dicit sacrm nõ esse iterandum. nec iniuria ei eẽ facienda. rationẽ dicti referas ad satisfactionem rei qua sacramẽtũ expletur. De omni sacro generaliter id verũ est. Si vero ad susceptionẽ sacramenti. de quibusdam verum est q non iterant crebra susceptione. de aliis vero quibusdam non. quia frequenter sumuntur. vt hoc vnctionis sacramẽtum qd in omni pene ecclesia sepe repetitur.

Ad intelligẽtiã psentis distinctiõis sm duo que magister determinat de vnctiõis sacro. duo principaliter querunt. Primo querit de ipo quantum ad ipsius institutionẽ. Scdo qntũ ad vsum siue dispẽsationẽ. Quantũ ad pmũ queruut quatuor. Primo de cã eius finali. Scdo d eius efficiente. Tercio de materiali. et quarto de formali.

Questio. j. a

Quantũ ad cã finalẽ qrit vtrũ istd sacrm pncipalr sit ordinatũ ad morbũ corpalem an ad spũalem. Et q ad corpalem videt ex eius institutione. Jac. v. infirmat quis in vobis. iducat psbros rc. r post dicit. oratio fidei saluabit infirmum. Item Mat. vj. vngebant oleo multos infirmos r curabant. si ergo vtebant hoc sacro sm q dr in glo. et hoc ad curationẽ infirmãtũ corpaliter. g pncipaliter vr ad hoc ordinari. Itẽ sacrm ad illud finaliter ordinat ppter qd pncipalr dispẽsat. s illo pncipalr dispensat ppẽ infirmitatẽ corpalem. q2 nunq dat nisi existentibus in graui infirmitate corpali. g vr q principalit sit ad hoc. Itẽ si ẽ contra infirmitatẽ sicut medicina. qro cõtra quã. Aut contra corpalem. aut cõtra spũalẽ. Si cõtra spũalẽ. cũ nõ sit ptra actuale vel originale. erit contra veniale. Sz veniale quolibet die iterat. g et h sacrm. s h sacrũ nõ dat freqũter sed rarissime. g non ẽ cõtra peccatũ veniale. g est cõtra infirmitatẽ corpalem. Si tu dicas q ẽ contra petõꝝ seqlas. quero. aut contra aliquas determinate. aut contra oẽs. Si ptra aliquas. qre nõ silr ptra alias. Si ptra oẽs. cũ sint diuerse sm diuersitatẽ morboꝝ. vr q debeãt diuersa ad hoc eẽ sacra. Cõtra. q nõ sit ad morbũ corpalem curandũ p se videt. q2 sacra noue leg in digne suscipiẽtibus efficiũt qd signãt. si g viri sancti digne suscipiunt sacra. g si haberet vnctio semper in eis efficaciã sanandi. g viri sancti nũq3 morerent. Itẽ multi sunt viri perfecti q sm pauli exemplũ desiderant dissolui et eẽ cum xpo. Si g sacrm vnctiõis ordinat ad vitã corpis conseruandã. g a talibus nullo mõ deberet suscipi. Item sacrm ẽ medicia spũalis. g sicut medicina corpalis sanat solum morbũ corpalem. et ad hoc ẽ pncipaliter et vlr. ita vr q medicia spũalis curet solũ morbum spũalem. ita q ad hoc sit vlr. totaliter. et pncipaliter. Itẽ si vnctio sanat morbũ corpalem. aut p virtutẽ naturalẽ. aut p virtutẽ supra naturã. Non p virtutẽ naturalẽ. hoc constat. q2 operatio sacramentoꝝ nõ ẽ sm virtutes naturales elementoꝝ exterioꝝ. g p virtutẽ supra naturaz. sed illa eque põt in infirmitatẽ incurabilem vt curabilem. g videt q istud sacrm liberet a lepra. s hoc ẽ falsum. g rc. R. dõm q aliquoꝝ opinio fuit q sacrm istud pncipaliter ẽ ordinatũ cõtra sequelas vel reliquias peccati que grauãt. que relicte sunt tam ex originali q ex actuali. que quidẽ reliquie sũt pene spũales. habentes tñ freqũter penas corpales annexas ppter sui expurgationẽ. et iõ pncipaliter hoc sacrm ẽ cõtra penã spũalem. sed ex consequẽti ẽ ad sanandũ morbum corpalem. Sz ptra hoc ẽ qd dicit Jac. v. in institutiõe istius sacri. si in peccatis fuerit remittent ei. g istud sacrm ẽ ordinatũ cõtra aliquẽ morbũ peccati. r hoc ipm tangit in glo. et cũ non sit contra originale nec cõtra mortale. relinquit q sit cõtra peccatum veniale. et hoc cõis opinio tenet. Sz notandum q de 5 veniali peccato ẽ loqui dupliciter. aut put est quis in statu vie. aut put ẽ in egressu. Si put est in statu vie siue in itinere. sic morbus venialis ẽ quasi inseparabilis. vel quadã necessitate iterabilis. ac p hoc quodãmõ incurabilis. et iõ nõ debuit cõtra ipm aliqua medicina specialiter et principaliter ordinari. immo quodamõ oĩa sacramẽta valent ad eius curationẽ sm plus et minus. Si aũt loquamur put aĩa est in statu egrediendi. sic possunt curari sine iteratione. et sic cũ anima possit contrahere talia crimina q retraherent a gloria. instituit diuina misericordia remediũ q anima curari possit qntum ad remissionẽ culpe. et etiam partis pene. et hoc est sacramentum vnctionis extreme. Modus autem curandi veniale peccatum in hoc sacramento correspondet modo infirmitatis. veniale aũt pctm grauat aĩaz depmẽdo deorsũ. vt nõ ita intẽdat in deum per deuotionem et amorem. p eo q ẽ ibi puersio inordiata ad cõmutabile bonũ.

et pro eo q̄ est minor amor dei. sicut tangit Augu. in li. confes. et ideo cum curatio directe sit per contrari um. p illud curat̄ qđ animā aggrauatā p deuotionē sursum eleuat. et qm̄ corp⁹ qđ corrumpit̄ aggrauat animā. cū illud sacramētū sit ad eleuādā animā per deuotionē. in qua anima recipit vigorem quēdā. in quo semp est deletio venialiū z si sunt in anima. et p cōsequēs repressio molestiar̄ corpaliū si expedit ipi anime. hinc est q̄ istud sacr̄m p̄ncipaliter est ad curationē z alleuiationē infirmitatis corpalis. quodā mō ad vigorandū animā que regit corpus. et sic pz quid sit in hoc sacramēto res tm̄. qđ signū. et qđ res

6 et signū. Signum tm̄ ē vnctio exterior. Res tm̄ ē venialis curatio. Res et signū ipa in anima deuotiōis excitatio. q̄ nō est aliud q̄ quedā spūalis vnctio. Cōcedēde igit̄ sunt rōnes pbantes illud sacramētū valere ad infirmitates corpales curandas. Concedende etiam sunt rōnes pbantes q̄ non valet. principaliter cōtra illas. qm̄ solum per accidens et ex cōse

7 quēti vt prius ostensum ē. Ad illud g̃ quod obi̇ q̄ non dat̄ nisi in statu infirmitatis. dđm q̄ nō est ppt̄ infirmitatē. s ppter hoc q̄ appropinquat egressui. in quo possunt venialia pfecte curari. Et q̄ illud sit verum pz. quia q̄ntūcūq̄ quis infirmet̄. non dat̄ ei hoc sacramētū nisi p̄sumat̄ q̄ moriat̄ vel q̄ sit in articulo mortis Et si constaret nobis de aliquo q̄ liberaret̄ ab infirmitate. nō deberet dari ei hoc sacramē

8 tum sicut patebit inferius. Ad illud qđ obi̇ de veniali q̄ cotidie iterat̄. patet iam r̄nsio. qz non datur hoc sacramentū contra illud peccati gen⁹. nisi in statu in quo p̄sumit̄ q̄ liberet̄ et a culpa et a peccandi

9 necessitate. Ad illud qđ obi̇ q̄ non valet p̄ncipalr̄. dđm q̄ verum est. et hoc innuit ipa forma orationis in qua non fit mētio nisi de remissione peccatorum.

10 Quod tm̄ obi̇ q̄ nullo mō debet valere a simili. quia corpalis medicina nō sanat spiritualē morbū. dđm q̄ non est simile. quia spūs continet corpus. vñ passiones aīales multū redundant in carnē. Vñ Sap. dicit. spiritus tristis exsiccat ossa. ideo non ē mirū si trāquillat̄ anima et vigorat̄ et letificatur. sic etiam hoc redundat ad corpus. sicut etiam hoc sacramentū respectum habet ad corpus releuandum ppter alleui

11 ationē spūs. Ad illud qđ querit̄ p quā virtutē hoc facit. dđm q̄ p virtutē supra naturā. sed illa opatur s̄m diuinam institutionem. que voluit per hoc sacramētū latere secretū fidei. et ita nec s̄m legem cōez ab infirmitatibus incurabilib⁹ liberare. Et itez in hoc sacramēto aliquid ē naturale. aliquid supra naturā. Effect⁹ nanq̄z q̄ est in spiritu ē supra naturā. s q̄ ille redūdet in carnē. illđ naturale ē s̄m q̄ in ps̄. dicit hō deuot⁹. sitiuit in te anima mea zc̄. Et itez alibi. Refloruit caro mea zc̄.

Questio .ij. b

De cā efficiēte siue instituēte. et querit̄ vtrū hoc sacmētū instituit xp̄s vel aliq̄s ei⁹ discipul⁹. Et q̄ xp̄us vr̄. qz legislatoris ē leges instituere. Sz sacr̄a oīa sūt leges et statuta in lege euāgelica. g̃ nō solū hoc instituit xp̄s. verū etiā omnia. Itē deus p seipm̄ instituit omnia sacr̄a ve. le. moysi loquēdo et p̄cipiendo. Vñ in p̄ncipio cuiuslibet sacramentalis p̄cepti di̇ in Leuit. locutus ē dn̄s zc̄. Si g̃ sacr̄a euangelica sunt multo digniora. vr̄ zc̄. Itē sacr̄m sicut habitū est supra .di. pñ. est in quo diuina virtus secret⁹ opat̄. si g̃ virtus diuina opatur in sacramētis p̄ncipaliter. cum instituere sacr̄m sit maioris dignitatis q̄ opari in sacr̄o. et opatio est a diuina virtute. g̃ et institutio.

Itē Marci .vj. di̇ q̄ discipuli inungebāt oleo multos infirmos et curabant̄. Sz constat q̄ apl̄i nondū erāt tante auct̄is q̄ p se auderent aliquid instituere. g̃ videt̄ q̄ dn̄s eis mandauerit. g̃ vr̄ q̄ ipe instituit.

Contra. mgr̄ dicit in littera. hoc sacr̄m legitur ab apostolis institutū. Itē alibi. nō habemus mādatū de hoc sacr̄o nisi Jacobi. v. g̃ videt̄ ibi institutum fuisse. Item oē sacr̄m qđ xp̄s instituit ipe p se exhibuit. s xp̄s hoc sacr̄m nō exhibuit. qz nūq̄ infirmos oleo sed solo verbo sanauit. g̃ zc̄. Itē omne sacr̄m qđ xp̄s instituit habuit figuram in veteri testamēto. s hoc nō habuit ibi figurā. qz nunq̄ legim⁹ infirmos ppter curationē in ve. te. inungi. g̃ videt̄ q̄ institutio huius sacr̄i nō ptineat ad xp̄m. R̄. ad horum 12

intelligentiā notandū est q̄ aliqui dicere voluerunt omnia sacr̄a instituta fuisse a xp̄o. qm̄ ipe fuit legislator. Vñ q̄muis nō expresse legat̄ de cōfirmatione z extrema vnctione. tm̄ credendū ē ipm̄ instituisse. et hoc aliquo mō innuit̄ de confirmatōe cū man⁹ pu⁹ imposuerit Mat. xix. De extrema vnctione cū discipulos ad predicādū misit q̄ oleo vngebāt infirmos z curabant̄. sicut di̇ Marci .vj. Nec dubiū q̄n p mādatum ipius hoc fecerit. Si aūt apostoli dicunt̄ aliq̄ instituisse. hoc ē qz institutionē pmulgauerunt. sicut beatus Jaco. confessiōis et vnctiōis. Sed tm̄ cum in euāgelio sufficienter lex euāgelica exprimat̄. et euangelica lex cōtineat xp̄i statuta et facta. et magis statuta q̄ facta. quō pbabile est vt omnes euangeliste sic sub silentio tam nobilia sacramēta ptrāsissent si xp̄s instituisset. cū ex his nr̄e salutis āminiculū eliciat̄. Et ideo pbabilius aliq̄ dicūt z mgr̄ videt̄ hoc sentire. immo aptē dicat q̄ spūs.s. p aplo͛s hoc sacr̄m instituit sicut supra dictū est đ sacr̄o cōfirmatōis. Et q̄ hoc potuerit eē manifestū ē. cū ipe sit doctor p̄cipuus sicut et xp̄s. Et exemplo patet. qz apl̄i spū.s. dictante formā baptismi a xp̄o institutam et pfirmatā ad tēpus mutauerūt. q̄nto magis qđ xp̄s insinuauit instituere potuerūt. Et q̄ ita fuerit congruū manifestū ē si at 13

tendatur diuersitas sacr̄oꝝ. Quedā eīn sūt sacr̄a cōmunia le. ve. et no. quedā ppriissima legi noue. quedā medio mō. Cōmunia sunt illa que sūt quodāmō ex dictamie nature. qđ qz semp idē manet. illa sacramēta ab initio cucurrerūt. vt matrimonium et pnia s̄m q̄ deo recōciliat. et hec quidē dn̄s ih̄us consummauit et cōfirmauit in le. no. nō euacuauit. Quedā sunt ppriissima legis noue. et hec sunt q̄ signant gratiam in tali statu q̄ pprie cōpetit le. no. hec aūt duo sunt. confirmatio et vnctio. vbi signat̄ grā spus.s. s̄m quā inungit̄ q̄s i pugilē vt p xp̄o audeat mori. et in regem vt in regnū celoꝝ possit introire tanq̄ in suū. Hoc ē no. le. pprium. iō in ve. tes. nō habuerūt certā figuram hec duo sacr̄a. Et qz signat spūs.s. gratiā in aliqua abundantia. et spūs.s. abundāter nō fuit dat⁹ quousq̄z ih̄s nō fuit glorificatus sicut dr̄ Joh. vij. iō hec duo sacr̄a a xp̄o fuerūt insinuata. s post a spūsancto fuerūt instituta. Quedā sūt sacramenta media q̄ in ve. le. nō fuerūt in veritate. fuerūt tm̄ in figura et significatione. sicut baptismus. eucharistia. et ordo. et qz xp̄us legem impleuit. et figuras euacuauit. hec tria sacramēta p seipm̄ instituit. sic pz quomō con

gruentissime statuta ꝛ instituta sunt ecclesiastica sa-
cramenta. vt nihil sit gestū ꝑ obliuionē. ſ ſm incnar
rabilem dei dispensationē. Concedende igit̃ sunt ra-
tiones ꝓbantes spm̄sanctū ꝑ ap̄los hoc sacr̄m insti
14 tuisse. Ad illud ꝗ qd̓ obi꜄ ꝙ hoc est legislatoris.
dōm ꝙ spūssanct⁹ suppleuit hoc qd̓ ipse dn̄s dimise
rat in doctrina. sicut di꜄ Joh. xvj. multa habeo vob̄
dicere q̄ nō potestis portare mō. ꝛ post. cū venerit ꝛc̄.
Vn̄ sicut suppleuit qd̓ deerat de doctrina ſm dei or-
dinatā dispensatione. ita etiā de institutione ex cau-
sa cōgrua qd̓ dimissum erat. Hec sunt duo legislato
15 res xp̄s et spūs eius. Ad illud qd̓ obi꜄ ꝙ ꝑ semet-
ipm̄. dōm ꝙ ipse imediate loquebat̃ moysi. et post
moyses p̄apiebat pp̄lo sicut nūcius dei et minister.
sic spūssanctus ap̄lis. et ipsi vt ministri pp̄lis expone
bant. vn̄ sacroꝝ institutionē nō attribuim⁹ nisi deo
vel ꝑ filiū vel ꝑ spm̄sanctū. nec credendū est quemq̄
ap̄loꝝ hoc ꝑ se instituisse. sed totū collegiū. ſ iacob⁹
ꝓmulgauit. sicut sententiā tulit de obseruantia lega
lium Act. xv. Et ꝑ hoc pꝫ sequēs. quia sicut de⁹ opa-
tur p̄ncipaliter. ꝛ sacerdos vt minister. sic institutio
sacroꝝ respicit deū vt autorē. ꝛ ap̄los respicit vt mi-
16 nistros in promulgando. Ad illud qd̓ obi꜄ ꝙ ap̄li
vngebant oleo. dōm ꝙ ibi nō fuit hoc sacr̄m institu
tum sed insinuatū. et hoc pꝫ. quia vnctio illa p̄ncipa
liter fiebat ad sanitatē corporalē. nō ad curationem
spūalem p̄ncipaliter. Vn̄ sicut grām sanitatis tunc
habebant ap̄li. ꝛ ideo potentiā ligandi ꝛ absoluēdi.
sic olim illud deseruiebat siue opabat̃ ad salutē cor-
poris. nunc aūt p̄ncipaliter opatur ad salutē spūs.
sicut in ipsa forma euidenter exprimitur.

Questio. iij. c

De hui⁹ sacramēti mā. et dicit mgr̄ ꝙ mā hui⁹ sacri
est oleū ab ep̄o ꝯsecratū. Sed videt̃ ꝙ magis debe-
ret adhibere aliud elemētū q̄ȝ oleū. Primo. quia hoc
sacr̄m est pclitantium ꝛ morti appropinquantiū. et
hii maxime sunt in articulo necessitatis. ꝗ talib⁹ ma
xime de oleo cōmuni ꝓuideri debet. si ꝗ aqua cōmu
nior est. videt̃ ꝛc̄. Itē in ꝯfirmatōe in qua datur
gr̄a abundans nō solū est elementū olei ſ etiā balsa
mi qd̓ est p̄ciosum. ꝗ cū hoc sacr̄m introducat homi
nem in regnū qd̓ est p̄ciosissimū p̄miū. videt̃ ꝙ in eo
deberet esse balsamū. Itē videt̃ ꝙ nō oporteat eē
ꝯsecratū. qꝛ baptism⁹ ꝛ eucharistia in q̄bus est mag̃
gr̄a et efficacia nō indigent mā ꝯsecrata alia sctifica
tione q̄ȝ que fit in sacri forma. ꝗ pari rōe nec vnctio
extrema. Itē ad ꝑfectū esse sacri ista duo sufficiūt
scȝ significatio ꝛ sanctificatio. significatio est ꝑ ele-
mentū. sctificatio est ꝑ verbū. sed hec duo sunt si q̄s
inungat̃ de simplici oleo. ꝗ videt̃ ꝙ sit ibi sacr̄m ꝑfē
ctum. Itē si oportet sacr̄m vnctionis fieri de oleo
ꝯsecrato. quero cui cōpetit nomē vl̓ rō sacri. an oleo
an vnctioni. Oꝫ vnctioni videt̃ ꝑ ipsā denoiationeꝫ
sacri. Sed ꝙ oleo ꝯsecrato videt̃. quia oleū ē signū.
et oleū ꝯsecratū est sacr̄m qd̓ nō tm̄ hꝫ significatōeꝫ
sed etiā quoddā gen⁹ causalitatis ꝑ benedictionē. ꝗ
videt̃ ꝙ habeat in se completā sacri rōnē. Itē pa
nis cōsecratus ē sacr̄m nō ipsa mād̄ucatio. imo po-
tius est vsus. ꝗ videt̃ silr̄ in ꝓposito ꝙ oleū ꝯsecratū
sit sacr̄m. ꝛ vnctio sit vsus. ꝗ nō cōuenient noiatur.
Qd̓ si nō est verum. nō videt̃ hic exigi mā ꝯsecrata
Itē videt̃ ꝙ nec oporteat eē ꝯsecratā ab ep̄o. q̄a
plus ē ꝯsecrare siue corpus dn̄i cōficere vbi est trās-
substantiatio q̄ȝ oleū vbi manet eadē sūa. ſ simplex

sacerdos pōt p̄miū. ꝗ et scd̄m. Juxta hoc est questio
q̄re debet esse oleū. ꝛ q̄re simplex nō mixtū. ꝛ quare
ꝯsecratū ab ep̄o. ꝛ si illa ꝯsecratio facit oleū ꝯsecra-
tum. R⁹. ad p̄dictoꝝ intelligentiā est notandū ꝙ 17
aliqui dicere voluerūt ꝙ mā in h̓ sacro est oleū. sed
ꝯsecratio ep̄al̓ supueniēs facit esse sacr̄m. ſ inunctio
ꝯsequens est sacri vsus siue dispēsatio. Sed qm̄ istō
repugnat denoiationi sacri. ꝛ etiā cōi opinioni. ideo
melius di꜄ ꝙ sicut aq̄ in baptismo ē elemētū. sic in cō
firmatione crisma. et in vnctione oleū ꝯsecratuꝫ ab
ep̄o. Rō aūt sumi pōt a ꝑte instituentis. et etiā a ꝑte
finis. A ꝑte istituētis. qm̄ eī xp̄s ꝑ semetipꝫ istituit
q̄ ꝑ semetipm̄ potuit sctificare baptismū ꝛ euchari-
stiam. iō nō est alia ꝯsecratio p̄parans necessaria. sꝫ
solū ad solennitatē facit. sed hoc sacr̄m spūssanctus
instituit ꝑ ap̄los q̄ nō poterant sctificare nisi ꝑ deū.
ideo mā est nō simplex elementū. sed oleū ꝑ verbū
et inuocationē sanctispūs ꝯsecratū. et hoc ꝑ verbū
ep̄oꝝ q̄ sūt successores ap̄loꝝ. vt sicut spūs istituit ꝑ
ap̄los. sic etiā nūc ꝯsecret̃ ꝑ ep̄os. A ꝑte finis sumit̃
rō. qm̄ hic datur gr̄a sanans languores spūales. et
dat̃ gr̄a ordinans ad sanitatē ꝑfectā. que quidē est
glie. ideo debet signari ꝑ oleū qd̓ est curatiuū rōne
curationis. ꝛ ꝑ oleū cōsecratū rōne ordinatōnis ad
supueniētē curationē. ꝛ ꝑ oleū simplex nō ꝑmixtū.
qꝛ ad ingressum in gloriā requirit̃ et sufficit bona cō
scientia. His visis facile ē soluere ad obiecta. Ad 18
illud eīm qd̓ obi꜄ de cōitate medicine. dōm ꝙ illud n̄
est sacr̄m necessitatis. et p̄terea modicū de elemēto
sufficit. et hoc pōt vbiq̄ȝ locoꝝ haberi. et ideo nō est
pculū aliqd̓. Preterea euitatio pculi nō debet p̄iu-
dicare dignitati et congruitati sacri. Ad illud qd̓ 19
obi꜄ ꝙ deberet misceri cū balsamo sicut in confirma-
tione. dōm ꝙ nō est silē. qꝛ in cōfirmatione dat̃ gr̄a
ad pugnandū in vita. ꝑ quā oportet ambulare non
solū ſm placentiā ad deū verū etiā ad ꝓximū. Sed
in vnctione datur gr̄a ad resistendū dyabolo ne pos
sit detinere. et ad hoc nō est necessaria fama sed bo-
na ꝯsciā. et qꝛ balsamū aromatizans significat bonā
famā. oleū nitens bonā ꝯsciam. iō ꝛc̄. Ad illud qd̓ 20
obi꜄ ꝙ eucharistia nō indiget alia ꝯsecratōe. dōm ꝙ
nō est silē. tū ex ꝑte instituētis. tū ex ꝑte finis vt visū
est. Ad illud qd̓ obi꜄ ꝙ in oleo nō cōsecrato si fiat 21
vnctio est significatio et sctificatio. dōm ꝙ falsum ē
Primo eīm deficit significatio. q̄ nō tm̄ exigit repre-
sentationē sed etiā institutionē. sic autē institutū est
fieri. Scd̄o deficit sctificatio. qꝛ non hꝫ verbū effica-
ciam nisi habeat cōpetens elemētū. Ad illud qd̓ 22
obi꜄ ꝙ oleū cōsecratū ē sacr̄m. dōm ꝙ ꝓprie loquēdo
nō est sacr̄m sed ad sacr̄m ordinatū. Et rō hui⁹ ē. q̄s
non hꝫ nec ꝑfectā significationē. nec sanctificationē
q̄usq̄ȝ applicet̃ infirmo. et superueniat sacerdotalis
ordo. tūc eīm significat̃ gr̄a inungēs. ꝛ tūc est primo
p̄sens nō ante. et iō non est silē de corpore dn̄i. vbi in
p̄ma sctificatiōe fit cōuersio ꝛ post nō addit̃ vberior
interior sctificatio q̄ nouā introducat virtutē. Ad 23
illud qd̓ obi꜄ ꝙ sicut sacerdotes p̄nt corpus dn̄i con
ficere. ita ꝛ oleū cōsecrare. dōm ꝙ nō valet. qꝛ tanta
est ptās in ministris eccl̓e q̄ntā distribuit dn̄s mem
bris. nec oportuit ptātē consecrandi oleū ita cōicari
sacerdotib⁹ sicut cōficiendi corpus xp̄i. qꝛ vnus ep̄s
faciliter toti ꝓuincie pōt vnctionis oleū cōsecrare.
sed nō pōt cotidie in singulis parrochiis missā can-
tare sicut decet. cū ille sit panis cotidian⁹ ꝛ cōis om

nibus. et sic patet istud.

Questio. iiij. d

Vtrũ ordo sit sacrm̃. Et q̄ sic pꝫ p diuisionẽ sacroꝝ q̃ ponunẽ eẽ septẽ. inẽ q̃ et ordo cõnumeraẽ. q̃ diuisio s̃bita ẽ dis. ij. Itẽ in ecc'ia est ordinata ptãs q̃ manifestaẽ p aliq̃ sig̃. ꝛ cõfirmaẽ p institutionẽ diuinã. ꝛ illa ẽ res sacra. h̃ aũt dicũt rõnẽ sacri ꝑfectam. ẽ ꝛc. Itẽ illud ꝓpriissime ẽ sacrm̃ qd̃ maxime deo cõsociat i suspsi⁹ susceptõe. ß tale q̃d est ordo ecclesiasticus. vñ et sacerdotes vocanẽ q̃ ad gradũ supmũ puenũt. ẽ ordo maxie ẽ sacrm̃. Itẽ illud potissime ẽ sacrm̃ p qd̃ sacra cetera cõseruaẽ ꝛ dispensanẽ. tale aũt ẽ sacrm̃ ordinis. ẽ inẽ cetera videẽ esse sacrm̃ ꝓpriũ. Cõtra. oẽ e sacrm̃ ẽ elementũ siue signũ qd̃ offert se sensib⁹. ordo aũt est q̃d relatiuũ. ẽ ordo nõ ẽ sacrm̃. Itẽ oẽ sacrm̃ ẽ in medicamẽtũ ẽm statũ nãe lapse. ß ordo est ad ꝑficiendũ alios. vñ nõ ordinanẽ nisi q̃ q̃dãmõ volũt aggredi opa perfectionis. ẽ ordo cadit a rõne sacri. Itẽ in angel' est ordo. ꝛ tñ nõ tenet rõnẽ sacri. ẽ pari rõne nec in hierarchia inferiori. Si tu dicas q̄ nõ ẽ silẽ. qꝛ ibi ẽ totũ spũale. Obĩ de laycis q̃ sunt de ecc'ia. et suscipiunt sacra. ꝛ hñt ordinẽ ꝛ ptãtẽ ꝛ sig̃ ptãtis. vt rex habet sceptrũ et purpurã et coronã. ꝛ tñ ordo talis nõ est sacrm̃. Itẽ ordo ita respicit qd̃ ẽ inferius sicut qd̃ est supius. qꝛ vtroq̃ destructo destruiẽ ordo. Sꝫ ordo q̃ntũ ad subditos nõ ẽ sacrm̃. ẽ nec q̃ntũ ad alios. Minor pꝫ. qꝛ cũ oẽs sint subditi vel plati. oẽs haberẽ sacrm̃ ordinis qd̃ manifeste ẽ falsũ. Itẽ in hierarchia celesti ẽ ordo scia ꝛ actio sicut vult btũs dyo. ẽ si ei dꝫ ecc'ia rñdere. silr videẽ q̄ sit in hũana. ß scia ꝛ actio nã ponunẽ inẽ sacra. ẽ nec ordo. R°. ad ꝑdictoꝝ intelligentiã ẽ notandũ q̄ ordo duplr dicẽ. Vno mõ dĩ ordo ipsa relatio ordinatoꝝ. vt platio ꝛ subiectio. et h̃ nõ dr̃ nec est sacrm̃. Alio mõ dr̃ ordo ordinata ptãs ẽm quã ipm̃ subiectũ potẽs hꝫ ordinari duplr. scꝫ ad opus vel ad misteriũ. et hꝫ etiã ordinari ad alterũ. hãc aũt ptãtẽ dicim⁹ ordinis sacrm̃. Hãc aũt necesse ẽ poni in ecc'ia ꝓpt regnũ et decorẽ q̃ attẽdunẽ penes ordinẽ vt ꝓus visũ ẽ q̃re dꝫ eẽ in ecc'ia ordo. Sꝫ ꝑncipalior rõ q̃re hec ptãs dꝫ ꝑferri p modũ sacri est ꝓpt sacroꝝ dignitatẽ. q̃ in ecc'ia dispensanẽ et in q̃bus de⁹ coliẽ. ut q̃ venirẽt in ꝯtẽptũ. nõ debuerũt oibus cõmitti dispẽsanda. ß ꝑsonis spiritualib⁹. et dũ hijs cõmittiẽ qd̃ alijs nõ. datur hijs ptãs p quã spãli ordine fruanẽ in ecc'ia dei. ꝛ q̃m hij debebãt ab alijs p signa aliq̃ secerni. et id signũ est rei sacre. iõ ptãs h̃ debuit ordinari p modũ sacri. et istud cõuenientissimũ ẽ. Cũ eñi sit ad sacroꝝ ordinatam dispositionẽ et distributionẽ. debuerũt ministri ad h̃ ordinari p alicui⁹ sacri susceptionẽ. in q̃ datur ptãs p quã ministri dei ad ministrandũ. ꝛ etiã inẽ se ordinanẽ. iõ recte ordo appellaẽ. Hijs visis obiecta in ꝯtrariũ de facili enitanẽ. Qd̃ eñi obr̃ q̄ ẽ elemẽ- 25 tũ. dõm q̄ in collatõne alicui⁹ ptãtis aliqd̃ signũ est extra qd̃ largo mõ appellaẽ elementũ. q̃m largo et 26 extenso mõ sumiẽ in diffinitione sacri. Ad illud qd̃ obr̃ de medicamẽto. dõm q̄ ordo nõ est tm̃ i medicamentũ respectu suscipiẽtis. ß etiã respectu aliorum. vñ maxie tenet rõnem sacri. Nec istud obuiat qd̃ dr̃. q̄ debet dari ꝑfectis. q̃m nemo repitur ita ꝑfectus quin vlterius possit ꝑfici. vñ q̃libet h̃ sacrm̃ suscipiens aliquam grãm in eo recipit (si digne recipiat) p quã excludiẽ difficultas ministrãdi in hijs q̃ 27 ꝑtinent ad cultũ dei. Ad illud qd̃ obr̃ q̄ ordo est in laycis et in angel'. dõm q̄ vtrobiq̃ deficit rõ sacri. q̃m duo sunt q̃ integrant sacrm̃. scꝫ sensibile signũ. et spũale siue sacrũ signatũ. Rõne ꝑmi deficit in angelis qui sunt oino spũales. Rõne do scd̃i deficit in laycis in q̃b⁹ ordo attendiẽ q̃ntũ ad ptãtẽ terrenã q̃ respicit bona nature vel fortune spãlis ꝑsone vel rei publice. in ecclesiastica vero hierarchia contingit vtrunq̃. Ad illud quod obijcitur q̄ ordo re- 28 spicit inferius ꝛc. dõm q̄ ipse obijcit de ordine ꝓut dicit religionẽ. sed hoc mõ nõ ẽ sacrm̃ ß ꝓut dicit potestatẽ sup quã fundaẽ illa relatio. ꝛ h̃ ponit aliquid

in hijs q̄ ꝓferunt̄ ꝑ aliq̄d sibi datū. nihil ō in hijs q̄ 29 subq̄ūt̄. Ad illō qō obi̇ ꝙ scia ꝛ actio nō dicūt sacr̄m. dōm ꝙ scia ꝛ actio sunt annexa. ꝛ ordo ē ꝓncipale. vñ cū ponit̄ ordo eē sacr̄m. illa duo simul includunt̄. ꝛ istud supius tactū est qñ agebat̄ de potestate clauium. Dō. iij. g

Utrū sacr̄m ordinis sit no. le. ꝓpriū. Et ꝙ nō videt̄. qꝛ in ps. dī. tu es sacer. in eter. ſm or. mel. hoc dictū ē de xp̄i sacerdotio sicut exponit apl̄s ad heb. ḡ sacerdotiū xp̄i ꝑus in melchi. precessit. ḡ ꝛ ordo. Si tu dicas ꝙ ꝑcessit in figura. R̄ꝫ. ita precessit et figura in sacerdotio aaron. ḡ dꝫ dici ſm ordinē aaron. qō tñ ñ decuit dici vt patet. Itē. j. Cor. x. oēs eandē escā spūalē māducauerūt. ḡ vere fuit sacrificiū. ſ ordo est sacrificiū ad ministrandū. ḡ idē ordo ꝛ idē sacramentum. Itē ecc̄ia ē vna ab abel vsqꝫ ad finē mundi. ꝛ in vnica vnitate vnꝰ dꝫ esse ordo. ḡ sacr̄m ordinis est vnū in no. et ve. testa. Itē sacr̄m ordinis est de dictamine legis nālis. et h̄ pꝫ. qꝛ ab inicio fuerūt sacerdotes. vt pꝫ exēplo melchi. vt Hero. dicit. Et qō ē de dictamine nāe sp idē ꝑseuerat. ꝛ h̄ manifestū ē in mr̄imonio. ḡ idē dꝫ esse ordo in ve. tes. et no. ḡ sacr̄m hoc cōe est nō ꝓpriū. Contra. heb. vij. trāslato sacerdotio. necesse ē vt ꝛ legis trāslatio fiat. si ḡ apl̄s ꝓbat diuersitatē legis ꝑ diuersitatē sacerdotij. cū alia ꝛ alia sic lex. videt̄ ꝙ aliꝰ ꝛ aliꝰ sit ordo. Itē ordo ē spūale signaculū in q̄ spūalis ptās tradit̄ ordinato. vtpote in sūmo ordine tradit̄ ptās cōficiendi corpus xp̄i. ſ hoc est ꝓpriū soliꝰ no. le. ḡ ꝛc̄. Itē sacra no. le. alia sunt ꝛ noua. ḡ ad dispēsanda hec cum sint maiora et digniora. maior et dignior ptās requirit̄. si ḡ sacra q̄ dispensant̄ sunt diuersa. ḡ ꝛ sacr̄m ꝑ qō dispēsant̄. Sꝫ hoc ē ordo. ḡ ꝛc̄. Itē idē ordo nō ē iterādus. ſ ordinatꝰ in lege si veniat ad euāgeliū ibidem ordinat̄. ḡ videt̄ ꝙ aliꝰ sit ordo ꝛ aliud sacr̄m.

50 R̄ꝫ. dōm ꝙ sicut signū nō sortit̄ nomē siḡti ꝛ econuerso. ꝛ tñ signū ꝛ siḡtū sunt diuersa. sic figura nomē veritatis sortit̄. et vnum dī esse in alio sicut rota in rota. et tñ alia ē figura aliud ē veritas. ꝑ hūc modū intelligendū ꝙ lex noua differt a veteri. et sacrificiuꝫ a sacrificio. et ordo ab ordine. Unde sicut sacr̄m eucharistie est no. le. ꝓpriū. q̄uis in veteri lege fuerit sacrificiū qō erat huiꝰ signū. sic spūal' ptās ſm quā attēdit̄ ordinis sacr̄m no. le. ꝓpria est sacerdociū. igit̄ similit̄. (q̄uis inferius) ordinis et sacerdocij ꝑcesserit signū figuratiuū. Uñ licet multū differt int̄ agnū verum ꝛ typicū. nō tñ differt int̄ ptātē offerendi hūc agnū et illū. et iō cōcedendū ꝙ sicut baptismꝰ et eucharistia sunt sacra no. le. ꝓpria. licet in anterioribꝰ fuerint ꝑfigurata. sic in sacr̄o ordinis.

51 Ad illud qō obi̇. ſm ordinē melchi. dōm ꝙ hoc intelligit̄ ſm exp̄ssam ꝑfigurationē sicut ibidē apl̄s ōndit. qꝛ ꝑfigurauit xp̄m q̄ntū ad originē. et q̄ntū ad dignitatē. et q̄ntū ad ritum. Q̄ntū ad originē. qꝛ sine genealogia scꝫ expressa in sc̄ptura. Q̄ntū ad dignitatē. qꝛ fuit sacerdos ꝛ rex. Et abrahā b̄ndixit q̄ntū ad rituꝫ. qꝛ obtulit panē et vinū. Nō sic in sacerdotio aaron. et iō ꝓptime appropriat i psalmo. s. s. et elegant̄ valde exponit apl̄s.

52 Ad illud qō obi̇ ꝙ eandē escam manducauerūt. dōm ꝙ hoc intelligit̄ nō de māducatōne sacr̄ali sed spūali q̄ est ꝑ fidē ꝛ charitatē. et qꝛ idē qō nos crediderunt ꝛ amauerūt. eandē escam māducauerūt. et de eadē ecc̄ia fuerūt. nec tñ eadē signa sensibilia habuerūt. nec eadē sacra. ꝛ rō huiꝰ visa ē supra cū agebatur de sacrorū dñia. et ꝑ hoc pꝫ rō de vnitate ecclesiastica. quia illa ē ſm fidei cōuenientiā nō ſm sacrorū indifferentiā.

33 Ad illud qō obi̇ ꝙ est de dictamine nāe. dōm ꝙ verū ē in vl̄i nō in sp̄ali. Bene eñ dictat rō recta deū eē colendū. et ad hoc spāles ministros cōstituendos. ſ tali cultu colendū. ꝛ tale sacrificiū offerendū. ꝛ talē ptātē collatā eē hoībus. hoc nō est nāe. sed gratie. Dō. iiij. b

Utrū ordo sit sacr̄m vnū vel plura. Et ꝙ sit vnū videtur ꝑ diuisionē sacrorū. q̄ diuidunt̄ in. vij. si ḡ alia nō subdiuidunt̄. videt̄ ꝙ ordo sit vnū sacr̄m. Itē sacr̄m vnionis siue cōionis ē vnū sacr̄m. ḡ pari rōe et sacr̄m ordinis. Itē ab eodē est vnitas a quo ē ꝑfectio ꝛ cōplemētū. ſ sacr̄m ordinis vnū hꝫ cōplemētū scꝫ sacerdotiū qō cōplet oēs ordines ꝑcedētes. ḡ vnū est sacr̄m. Itē q̄nto aliq̄ virtꝰ potētior. tāto magis vnita. ḡ q̄nto sacr̄m maius ꝛ excellētius. tāto magis vnū. Sꝫ sacr̄m ordinis est excellēs. et in statu excellēti ꝛ collocat ꝛ ordinat. ḡ ꝛc̄. Cōtra. multiplicato inferiori multiplicat̄ supius. ſ sacr̄m est superius ad ordinē. ḡ cū sint plures ordines. sunt ergo plura sacr̄a. Itēꝫ cū ordinis sacr̄m diuidat̄ aut ḡ in ꝑtes integrales aut subiectiuas. Nō integrales. qꝛ nulla ꝑs integralis recipit ꝑdicationē ſui totiꝰ. ſꝫ quilibet ḡdus ecclesiasticus ē ordo. Si in subiectiuas. ḡ redit idē qō ꝑus. qō illud sacr̄m m̄ltiplicat̄. Itē hoc sacr̄m est ordinatū ad dispēsationē aliorū sacrorū. Sꝫ alia sacr̄a differūt spē. ḡ potētie ordinate ad illa debent differre spē. ḡ videt̄ ꝙ istud sacr̄m ꝑ spēs diuersas plurificet̄. Itē sacerdos cum sacerdote hꝫ cōuenientiā in sacr̄o ordinis. ſ sacerdos cū dyacono hꝫ distinctionē et dr̄iam. cōstat ꝙ nō solū mālē. ḡ specificā hꝫ dr̄iam. ḡ cū vtrūqꝫ horū sit sacr̄m. videtur ꝙ ordinis sacr̄m diuersas hꝫ spēs sacrorū.

34 R̄ꝫ. dōm ꝙ sacr̄m ordinis vnū est. multas tñ hꝫ ꝑtes q̄ sacr̄m nō plurificāt. ꝓ eo ꝙ nō sunt oīno ꝑtes subiectiue. ꝛ tñ recipiūt ꝑdicationē totius. quia nām hñt q̄dāmō ꝑtiuꝫ subiectiuarū. ꝛ tales sunt ꝑtes potestatiue que maxie cōpetūt ordini. tū qꝛ ordo dī ordinata ptās q̄ ex ordine multorū ad vnuꝫ reddit̄ ꝑfecta. et quolibet illorū ꝑticipat rōnē ptātis licet nō ꝑfectōis. tū etiam qꝛ ordo cōcernit distinctionē in ꝑtibus sic ꝛ numerꝰ vñ quēadmodū ꝑtes numeri q̄dāmō hñt nām ꝑtiū integrantiū ita ꝙ simul cōuenientes ꝑ ordinē reddūt numerū ꝑfectū. vt ꝑtes senarij ꝯstituūt senariū. ꝛ tñ quilibꝫ ꝑs numeri ē numerꝰ. sic oēs ḡdus ordinū vnū faciūt sacr̄m ꝑfectū. ꝛ tñ q̄libet ḡdus ordo dī. ꝛ concedende sunt rōnes ōndentes h̄ hoc sacr̄m esse vnū q̄uis alique nō sint multū cogentes.

35 Ad illud ḡ qō obi̇ ꝙ multiplicato inferiori. dōm ꝙ illud verū ē in eo qō hꝫ nām spēi siue ꝑtis subiectiue solū. nō sic est i ꝓposito.

36 Ad illud qō q̄rit̄ vtrū diuidat̄ i ꝑtes integrales aut subiectiuas. dōm ꝙ diuidit̄ in ꝑtes ptātiuas q̄ vtrarūqꝫ ꝑtiū hñt nām. vñ sicut diuisio analogi tenꝫ mediū int̄ diuisionē equoci et vniuoci. sic talis diuisio mediū tenet int̄ diuisionē totiꝰ vl̄is ꝛ totiꝰ integral̄.

37 Ad illud qō obi̇ ꝙ ad dispēsationē aliorū ordinat. dōm ꝙ ꝑncipal̄r ordinat ad dispensationē sacr̄i altaris qō vnū ē.

38 Ad illud qō obi̇ de dr̄ia. dōm ꝙ q̄dāmō ē specifica. q̄dāmō nō. vna eñ spēs nō disponit ad aliā. sicut vnꝰ ordo ad aliū disponit. ꝛ iō ñ ē ibi specifica distinctio. ſ tñ aliq̄ mō distinguunt̄. quia cū ad vnū ꝯplemētū ordinēt̄. ideo vnū sacramentū faciunt.

Determinat de ipsis ordinibus.

Hostiarij idē ꝛ ianitores sunt ꝛc. Supra egit mgr̄ de disponētibus ad ordinē. hic agit de ordinib⁹. Et hec ps̄ hꝫ duas. In pͥma agit de gradib⁹ ordinū. In scd̄a de dignitate siue officijs supadditis ordinib⁹. ibi. Sunt et alia quedā nō ordinū ꝛc. Prima ps hꝫ tres ptes. In pͥma ponit grad⁹ ordinū q̄s in lr̄a distinguit. ꝛ ptes in suis locis manifeste sunt. In scd̄a v̄o assignat drīam ordinū minoꝝ ad maiores. ibi. Cūqꝫ oēs sint spūales. In tercia v̄o determinat in q̄ cōuenıūt. ibi. Si aūt querit̄ q̄d hoc sit qđ hic vocat̄ ordo. Prima harū in. vij. ptes diuidit̄ ſm septē ordines q̄ patēt in lr̄a q̄libet suo loco. Silr̄ scd̄a ps in qua agit̄ de dignitatib⁹ supadditis ordinib⁹ hꝫ tres ptes ſm tria de q̄bus agit. Quedā em̄ tenēt noīa officioꝝ ꝓꝑpue magis q̄ dignitatum. vt cantor ꝛ subcantor. Quedā noīa dignitatū. vt archieps. patriarcha. Quedā media. vt eps̄ qđ ē nomen dignitatis simul ꝛ officij vt dicit in lr̄a. Pͥo igit̄ agit de hijs q̄ dicūt officiū ꝛ dignitatē. Scd̄o de hijs q̄ dignitatē. ibi. Ordo aūt epoꝝ q̄driptitus ē ꝛc. Tercio v̄o de hijs q̄ dicūt officiū. ibi. Cantor sic vocat̄ ꝛc.

Agit de gradibus ordinū. Et pͥmo de hostiarijs. c

Hostiarij idē ꝛ ianitores sunt q̄ in veteri tastamēto electi sūt ad custodiā tēpli. vt nō ingrederet̄ in illud imūd⁹. Dicti āt hostiarij eo q̄ p̄sint hostijs tēpli. Ipi em̄ tenētes clauē oīa int⁹ ꝛ extra custodiūt. atqꝫ int̄ bonos ꝛ malos hn̄tes iudiciū dignos recipiūt. idignos respuūt. Uñ ꝛ eis cū ordinant̄ claues ecclie dant̄ ab epo. et dr̄ eis. Sic agite tanqꝫ rōnē deo reddituri ꝓ reb⁹ q̄ claub⁹ istis recludunt̄. Hoc officiū dn̄s i sua ꝑsona suscepit qn̄ flagello de funicul' facto vēdētes ꝛ emētes eiecit de tēplo. Ipe em̄ se hostiariū signs dicit. Ego sū hostiū. ꝑ me si q̄s introierit saluabit̄. ꝛ ingrediet̄ ꝛ egrediet̄ ꝛ pascua iueniet.

Joh. ij.
Joh. x.

De lectoribus. d

Scd̄s ē grad⁹ lectoꝝ. Lectores a legēdo. sic psalmisti a psalmis canēdis vocati sūt. Illi em̄ p̄dicant pp̄lis q̄d seq̄n̄t. isti cantāt vt excitēt ad cōpūctionē aīos audiētiū. licet q̄dā lectores ita miserabilr̄ ꝓnūciēt vt q̄sdā ad luctū lamētationēqꝫ cōpellāt. Iidē etiā ꝓnūciatores vocant̄. q̄ porro antenunciant. q̄ tā erit clara coꝝ vox vt etiā longe positoꝝ aures adimpleant. Ad lectores aūt ꝑtinet lectōes ꝓnūciare. et ea q̄ ꝓphete nūciauert̄ pp̄lis p̄dicare. vt iā ex officio i ecclia legāt ꝓphetias ꝛ lectōes. Uñ ꝛ ei vidēte pp̄lo tradit̄ ab epo codex diuinarū lectionū. ꝛ dr̄ ei. Accipe ꝛ esto verbi dei relator. ᵃhabitur⁹ (si fidelit̄ impleueris officiū) ptē cū hijs q̄ bn̄ v̄bū dei mīstrauerūt. Qui ad hūc gradū ꝓuehit̄ lr̄aꝝ sciā dꝫ esse instruct⁹. vt sensum v̄boꝝ intelligat. vim accentuū sciat. distincte legat. ne ꝯfusione ꝓlatōnis intellectū auditorib⁹ auferat. Attēdat q̄d indicatiue. q̄d interrogatiue sit legēdū. vbi sit i orōe faciēda distinctio. Hec em̄ male seruata intellectū turbāt. ꝛ alios ad risū ꝓuocāt. Aurib⁹ ꝛ corde cōsulere dꝫ vox lectoris. Hoc officiū impleuit xp̄s cū i medio senioꝝ libꝝ Esaie apiens distincte ad itelligendū legit. Sp̄s dn̄i sup me. Ex q̄ lectorib⁹ dat̄ intelligi q̄ gr̄a spūali clarere debēt q̄ alijs verbū dei ānūciant. Hic ordo formā ꝛ iniciū a ꝓphis accepisse. videt̄. q̄b⁹ dr̄. Clama. ne cesses. q̄si tuba exalta vocē tuā.

a

Esa. lxi.
Esa. lviij.

a ij Habitur⁹ si fideliter impleueris officium partem cum hijs qui bene verbuꝫ dei ministrauerunt. Uidet̄ male dicē. q̄a cū tales habuerūt aureolam. videt̄ q̄ oēs lectores habeant aureolam. ꝛ ita oēs sacerdotes. R⁹. ad hoc pōt dici q̄ officiū lectoris est nō tm̄ ꝓphetiam legere nudam. sed etiaꝫ exponere. ꝛ tunc bene patet officium. qn̄ non solum legit corticem lr̄e. sed etiam explicat archanum ꝓphetie. ꝛ tūc est predicator ꝛ doctor. ꝛ meret̄ aureolam. q̄ si tm̄ officiū accipiat. ꝛ non impleat. non habebit ex hoc aureolā. q̄ aureola nō reddit̄ volūtati vel officio ꝑ se. ſ voluntati iūcte cū 59

De exorcistis. e

Tercius ē ordo exorcistarū. Exorciste aūt ex greco in latinū adiurātes vel increpātes vocant̄. Inuocāt em̄ sup cathecuminos ꝛ sup eos q̄ hn̄t spm̄ imundū nomen dn̄i. adiurantes ꝑ eū vt egrediat̄ ab eis. Ad exorcistā ꝑtinet exorcismos memorit̄ retinē. manusqꝫ sup energuminos ꝛ cathecuminos in exorcizando iponē. Debet aūt habē spm̄ mundū. q̄ spiritib⁹ imūdis imperat. et malignū expellere de corde suo quem expellit de corpore alieno. ne medicina quā alij facit sibi non p̄sit. et dicatur ei medice cura teipsum. Hij cum ordinant̄ accipiunt de manu episcopi libꝝ exorcismoꝝ et dicitur eis. Accipite ꝛ habitote ptātē imponēdi man⁹ sup energuminos ꝛ cathecumios

Luce. iiij.

hoc officio vsus ē dñs qñ saliua sua tetigit aures ⁊ linguā surdi ⁊ muti dicēs. Effeta qđ est ad apire. p h docens nos spūalit̃ debere apire aures ꝑcordio ꝝ homī ad intelligendū. ⁊ ora ad ꝯfitendū. vt pulso demone. spūssanct⁹ vas suū recipiat. Hoc etiā officio vsus est xp̄s cū demoniacos multos sanauit. Hic ordo a salomone videt̃ descēdisse. q̄ quēdā modū exorcizandi inuenit. q̄ demones adiurati ex obsessis corporib⁹ pellebant̃. huic officio mācipati exorciste vocati sunt de q̄bus xp̄s in euāgelio. Si ego in beelzebub eicio demonia. filij vestri sc̄z exorciste in quo eiciunt.

Marci. vij.

Math. viij.

Math. xij.

De accolitis. f

Quarto loco succedūt accoliti. Accoliti ṽo grece. latine ceroferarij dicunt̃ a deportādis cereis qñ legēdū est euāgeliū vel sacrificiū offerendū. Tūc em̄ accēdūt̃ luminaria ⁊ deportant̃ ab eis. nō ad effugādas aeris tenebras. cū sol eo tp̄e rutilet. ſ ad signū leticie demōstrandū. vt sub typo luminis corporal̃ illa lux oñdat̃ de q̄ legit̃, erat lux vera q̄ illuminat oēz ho. ve. in hūc mundū. Ad accolitū ꝑtinet ꝑparatio luminariū in sacrario. Ipe cereū portat. ipe vrceolū cū vino ⁊ aq̄ suggesta ꝓ eucharistia subdyaconis ꝑparat. Hij cū ordinant̃ cū edocti fuerint ab ep̄o q̄liter in officio suo agē debeāt⁹ ab archydiacono accipiūt cādelabꝝ cū cereo ⁊ vrceolū vacuū. Hoc officiū dñs se hr̃e testat̃ dicēs. Ego sū lux mūdi. q̄ sequit̃ me nō ambulat in tenebris Hui⁹ officij formā illi gerebāt i veteri testamēto q̄ lucernas cādelabri cōponebāt ⁊ accēdebāt igne celesti ad illuminandas tenebras aquilonares.

Joh. j.

b

Joh. viij.

De subdyaconis. g

Quintus ē ordo subdyaconoꝝ. Grece hij hypodiacones vocant̃. q̄s nos subdyacones dicim⁹. Qui iō sic appellant̃ q2 subiacēt ꝑceptis ⁊ officijs leuitaꝝ. Oblationes em̄ in tēplo a fidelib⁹ suscipiūt. ⁊ leuitis supponēdas altarib⁹ deferūt. Hij apud hebreos nathinnei vocabant̃. i. in humilitate dño seruiētes. Ad subdyaconū ꝑtinet calicē ⁊ patenā ad altare xp̄i deferre. ⁊ leuitis tradere. eisq̄ mīstrare. Urceolū q̄z ⁊ aquam manilē ⁊ manutergiū tenē. ep̄o ⁊ ꝑsbyteris ⁊ leuitis ꝓ lauādis ante altare manib⁹ aquā ꝑbere. Hijs lex cōtinētie imponit̃. q2 altari ꝓpinq̄ntes vasa corporis et sanguinis xp̄i portāt. vñ illud implere debēt. Mundamī qui fertis vasa dñi. Ad hos etiā ꝑtinet tm̄ de oblationib⁹ ponē in altari q̄ntū sufficere possit pp̄lo. nec nō corporalia ⁊ pallas ⁊ substratoria lauare. Hij eum ordinat̃ accipiūt de manu ep̄i patenā ⁊ calicē vacuū. Ab archidyacono ṽo vrceolū cū aq̄ manili et manutergiū. Hoc officio vsus ē dñs qñ lintheo se ꝑcinxit. ⁊ mittens aquā in peluim pedes discipulorum lauit et lintheo tersit.

Isa. lij.

Joh. xiij.

De dyaconis. h

Dyaconoꝝ ordo sextū tenet locū ꝓpter senarij perfectionē. Hic ordo in veteri testamēto a tribu leui nomen accepit vel traxit. vñ etiaz dicunt̃ leuite. Precepit quippe dñs moysi vt post ordinationē aaron et fi

---

actu prerogatiue alicuius. Posset tamen dici q2 id intelligitur quantū ad meritum substantiale.

40 b Ab archidyacono accipiūt candelabrum ⁊c. Videt̃ male dicere. quia archidyaconus nō pōt ordinare. ergo nec dare vasa in q̄bus significat̃ potestas. Itē querit̃ quis sit actus ꝑncipalior accollitoꝝ. an ministrare de cereo. an ministrare de vrceolo Et videtur q2 de vrceolo. quia ꝑm istum actum quodāmō iungitur cum officio subdyaconi. sed ad oppositum est. quia vnusquisq̄ ordo denominatur a digniori ⁊ ꝑncipaliori. sed accoliti dicunt̃ quasi ceroferarij. Re⁹. dicenduz q2 potestas traditur ab episcopo. sz archidyacon⁹ tradit vrceolum et candelabrum vt significetur q2 talis ministrat subdyacono. et primū incipit circa altare ministrare. Archidyaconus autē dī princeps ministerij. Quod obijcitur q̄s actus principalior sit dicendum q2 actus a quo denominatur est ferre cereos. quia hūc actum habent in quadam completione. Sed actū ministrandi habent in imperfectione quantū ad ministrationem aque. Subdyaconus autē completius hūc actū habet. Alia ratio est. quia in ferendo cereos significatur potestas quam habet in dando bonum exemplum. et quia hoc est cuiusdam suppositionis. sed in ministratione aque subiectio. ideo ⁊c.

liorum eius. prorsus tribus leui ad diuini cultus mi-
steria ordinaretur ꝛ consecrarent dño. ꝛ seruirēt ꝓ isrl'
corā aaron ꝛ filijs eius in tabernaculo. Ipsiqꝫ gesta
rent arcā ꝛ tabernaculū ꝛ oīa vasa eius. ꝛ in circuitu
tabernaculi excubarēt. ꝛ in transportādo tabernaculo
ipsi deponerēt rursūqꝫ cōponerēt. A viginti ꝯo annis
ꝛ supra iussi sunt seruire in tabernaculo. quā regulam
in nouo testamēto sancti pr̄es ꝯstituerunt qꝛ hec etas
ad ferenda onera est robusta. Leuite ꝗ ex noīe auto-
ris vocati sunt. De leui eñ leuite exorti sūt. a ꝗbus in
templo mistici sacri misteria explebant. Hij grece dya
cones. latine ministri dicunt. qꝛ sicut in sacerdote ꝯse
cratio. ita in diacono misterij dispensatio hr̄. Ad dya-
conū ꝑtinet assistere sacerdotib⁹ ꝛ mīstrare in oībus q̄
agunt in sacris xp̄i. scꝫ in baptismo. in crismate. ī pate
na ꝛ calice. oblatiōes qꝫ inferre ꝛ disponere in altari.
Cōponere etiā mensā dñi ꝛ vestire. crucē ferre. ꝛ p̄di-
care euāgeliū ꝛ epistolā ad pplm̄. Nā sicut lectoribus
vet⁹ testamētū. ita diaconibus nouū predicare prece
ptū ē. Ad ipm̄ etiā ꝑtinet officiū precū. ꝛ recitacio ca-
thecuminoꝝ noīm. Ipe p̄monet aures habē ad dñm.
ipe donat pacē ꝛ ipe annūciat. Qđ antē huic ordini a
moyse statutū est. hoc etiā in nouo testamēto replētat
cū dyacono sup leuū humeꝝ stola pōit. ꝛ casula i die-
bus ieiunij cōplicat. qꝛ qcqd laboris ꝛ sustinētie ī hac
vita tolerat. quasi in leua portat. donec in dextra id
est in eternitate reqes habeat. Hic ordo ab aplīs cele-
bratus est quādo vt legit in actibus aplōꝝ septē vi-
ros plenos spūsācto ad hoc officiū elegerūt. ꝛ oratiōe
p̄missa manus eis imposuerūt. vnde ꝛ consuetudo in
oleuit vt in oīni mr̄ice ecclesia. vij. dyacones circa xp̄i
aram q̄si septem colūbe assistāt. Hij sūt septem angeli
tuba canētes in apocalipsi. q̄ q̄les esse debeāt aplūs do
cet. thimo. scribens. Hij cū ordinant sol⁹ epūs eis ma
nū imponit. qꝛ ad misteriū applicāt. Ponit eis orari-
um. i. stolā sup leuū humeꝝ vt ꝑ hoc intelligāt se acce
pisse iugū dñi suaue. q̄ ad sinistrā ꝑtinentia diuino ti-
mori subyciant. Accipiūt ꝛ textū euāgelij. vt intelligāt
se esse p̄cones euangelij xp̄i. Hij aūt anteqꝫ ordinent ꝓ-
bent vt docet aplūs. ꝛ sic ministrent nullū crimen hn̄tes.
Hoc officio vsus est xp̄s. quādo p⁹ cenā sacr̄m carnis
ꝛ sāguinis discipulis dispensauit. ꝛ qñ aplōs dormi-
entes ad orōem excitauit dicens. Vigilate ꝛ orate vt
non intretis in tēptatōem.

De presbyteris .i.

Septimus est ordo presbyterorū. presbyter grece. se
nior interpretatur latine. Non mō ꝓ etate vel decre-
pita senectute. sed propter honorem et dignitatē quā
acceperunt presbyteri nominantur. qui morū prudē
tia et maturitate conuersationis precellere debent in
populo. Unde scriptum est. Senectus venerabilis ē
non diuturna. nec annorum numero computata. Ca
ni enim sunt sensus hominū. et etas senectutis vita

Act. vj.

Apoca. viij.

i. Thi. iij.

Math. xxvj.

Sap. iiij.

e ij. Leuite ꝗ ex no- 41
mine autoris vocati
sunt. Videt male di-
cere. qꝛ sacerdotiū no
ue legis euacuat sa-
cerdotiū veteris. ꝗ pa
ri ratōne ministeriū
euacuat ministeriū. ꝗ
nō dn̄t amplius leui-
te dici. Itē querit de
hoc qꝫ dicit. ad diaco
nū ꝑtinet assistere sa-
cerdotib⁹. qꝛ cū vni⁹
ordinis vnus sit act⁹
ꝛ vna ptās. videturqꝫ
male assignet dyaco-
no nouū actū sicut in
telligitur ex lr̄a. ꝗ aut
dyacon⁹ cōplectit no
uū ordinē ꝛ nouū ca
racterē. aut nō hn̄ nec
de assignat cuiꝰhuius-
mōi act⁹. Re⁹ dicendū
qꝫ leuite ꝓprio nomi-
ne appellant dyaco-
ni. in q̄ noīe claudit
ꝓprius corꝝ act⁹ ꝛ pri
cipalis. s. ministrare sa-
cerdoti specialiter et i
mediate in sacris. Ad
dyaconos eñ ꝑtinet
corp⁹ dñi trāsferre. in
primitiua ecclia etiā
sanguinē dispensare.
vñ immediate isti sa-
cerdotib⁹ assistūt ꝛ mi
nistrant. et quādo da
tur eis ptās ad hunc
actum tunc est dicen
dum caracterem i pri
mi. Unde cum nouū
nihil circa illud in lit-
tera assignetur. intel-
ligēdū qꝫ alij sunt an-
nexi. hij principales.
Et si tu queras quare
dicuntur leuite. Dicē
dum qꝫ non ideo di-
cuntur leuite. quia of
ficium habeant leui-
tarum. sed quia con-
simile illi et per illud
officium prefiguratū

immaculata. Ideo aũt etiã presbyteri sacerdotes vocantur quia sacra dant. q̃ licet sint sacerdotes. tñ pontificatus apicem non hñt sicut epi. qꝛ ipsi nec crismate frontem signant. nec paclituz dant. qd solis deberi epis lectio actuũ apostoloꝝ demõstrat. Unde ⁊ apd veteres iidẽ epi ⁊ presbyteri fuerũt. quia illd est nomẽ dignitatis non etatis. Sacerdos nomẽ hꝫ cõpositũ ex greco ⁊ latino. qd est sacrũ dans siue sacer dux. Sicut eñ rex a regẽdo. ita sacerdos a sanctificãdo dict⁹ est. consecrat eñ ⁊ sanctificat corpus christi. Antistes vero sacerdos dictus est ab eo q̃ ante stat. Primus eñ est in ordine ecclesie.[d] Ad presbyterũ autẽ ꝑtinet sacramentũ corporis ⁊ sanguinis dñi in altari dei conficere. oratõẽs dicere. ⁊ dona dei bñdicere. Qui cũ ordinant̃ inungunt̃ eis manus. vt intelligãt se accepisse gratiam consecrandi. ⁊ charitatis opa debere extẽdere ad oẽs. Accipiunt ⁊ stolã que vtrũqꝫ tenet lat⁹. quia debent esse muniti armis iusticie ꝯtra aduersa et prospera. Accipiunt etiam calicem cum vino. ⁊ patenam cũ hostiis. vt per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles deo hostias offerẽdi. Hic ordo a filiis aaron sumpsit inicium. Summos eñ pontifices ⁊ minores sacerdotes instituit deus per moysen. q̃ ex ꝑcepto dei aaron in summũ pontificem. filios vero eius vnxit in minores sacerdotes. Christus quoqꝫ duodecim elegit discipulos prius quos ⁊ aplos vocauit. quorũ vicem gerunt in ecclesia maiores pontifices. deinde alios. lxx. ⁊ duos discipulos designauit quoꝝ vicem in ecclesia tenent ꝑsbyteri. Unus aũt inter apostolos princeps extitit petrus. cuius vicarius ⁊ successor est põtifex summ⁹. Uñ dr apostolic⁹. q̃ ⁊ papa vocat̃. s. pater patrũ. Qualis aũt eligi debeat presbyter. aplus scribens timotheo ostendit. vbi noĩe epi ꝑsbyterũ significat. Hoc aũt officio vsus est christ⁹ cum seipm in ara crucis obtulit idẽ sacerdos ⁊ hostia. ⁊ qñ post cenã panem ⁊ vinũ in corpus suũ ⁊ sanguinẽ cõmutauit. Ecce de septẽ ecclesie gradib⁹ breuit̃ elocuti quid ad quẽqꝫ ꝑtineat insinuauimus.

Assignat differentiã ordinũ minoꝝ ad maiores. k

Cũqꝫ oẽs sint spirituales ⁊ sacri. excellẽter tñ [e]canões duos tñ sacros ordines appellari censent. dyaconatus scꝫ ⁊ ꝑsbyteratus. qꝛ hos solos primitiua ecclĩa legit̃ habuisse. ⁊ de his solis ꝑceptũ apli habem⁹. Apostoli eñ in singlis ciuitatib⁹ epos ⁊ ꝑsbyteros ordinauerũt. Leuitas etiã ab aplis ordĩatos legimus. quoꝝ maximus fuit beatus stephanus. Subdyaconos vero ⁊ accolitos procedente tempe ecclesia sibi cõstituit.

Determinat in quo conueniunt. l

[f]Si aũt querit̃ qd sit qd h̃ vocat̃ ordo. sane dici pt signaculũ esse. i. sacrũ quoddã quo spũalis ptãs tradit̃ ordinato ⁊ officiũ. Caracter ergo spũalis vbi fit ꝓmotio ptãtis. ordo vel gradus vocat̃. Et dicũtur hi ordines sacramenta. quia in eorum perceptione res sacra id est gratia confertur [quam figurant ea que ibi geruntur.

Act. vi. — Exo. xxix. — Math. x. — i. Thi. iij. — Mat. xxvi. — Act. xiiij. — Act. vi.

142 d Ad ꝑsbyterũ aũt ꝑtinet ⁊c. Videt̃ q̃ diuisio actuũ sacerdotalium a magistro posita qui sunt. corp⁹ dñi conficere. oratiões dicere. dona dei benedicere. nõ sit sufficiens. quia cum actus ligandi ⁊ soluendi sit multo nobilior. vñ q̃ magister dẽret assignare ipi sacerdoti. R° dicẽdũ q̃ isti actus sunt ꝓprie sacerdotũ. ⁊ respiciũt sacerdotẽ ꝓm se. sed actus ligandi ⁊ soluendi respicit confessionem. ideo supra de h̃ actu in sacramẽto de pnĩa determinatum est. et ideo magister non repetit. e

43 Canones duos tñ sacros ordĩes appel. ⁊c. Videt̃ falsum esse. qꝛ subdiacon⁹ tangit vasa sacra. ḡ videtur ⁊c. R° dicendũ q̃ ordĩes sacri dicunt̃ trib⁹ modis. Primo large. q̃a sacrũ exigunt mĩstrũ. ꝓm illud Esa. lii. mundami qui fertis vasa dñi. Unde qꝛ contingunt res sacratas. sacri debẽt esse. ⁊ scdm h̃ oẽs isti tres dicũtur sacri. Scdo modo stricte dr sacer ordo. quia ipm sacrum dispensat. ⁊ quodam mõ tractat deferẽdo ⁊ aliis administrãdo ⁊ sic diacon⁹ ⁊ subdiaconus. Tertio modo sacruz dicit̃ ꝓprissime. qꝛ sacrã rem conficit. ⁊ hoc cõpetit ordini supremo. et ideo sacerdos appellatur.

44 f Si autem querit̃ ⁊c. Innuit magister q̃ ordo est signaculũ sacrum. Contra. videtur male dicere. qꝛ sacramentũ est elementũ. sed ordo est sacramentũ. ergo ordo est elementũ. nõ ergo spirituale signaculum. Item cum in aliis sacramentis imprimat̃ caracter. ꝓpter quid ordo magis diffinit̃

Agit de dignitatibus & officijs superadditis ordinib⁹. Et p̄mo de his q̄ dicunt officiū & dignitatē. m

Sunt & alia q̄dam non ordinum sed dignitatū vel officiorum noīa. Dignitatis simul & officij nomē est epūs. Episcopatus autē vocabulum inde dictum est q̄ ille qui epūs efficitur superintendat curam. s. subditorum gerens. Scopin enī grece. latine intendere dicit. Epi autem grece. latine speculatores interpretantur. Nā speculator est prepositus in ecclia. dictus eo q̄ speculetur atq; ꝑspiciat populorum infra se positorum mores & vitā. Pontifex est princeps sacerdotū quasi via sequentium. Ipse & sūmus sacerdos nuncupat. ipse enī leuitas & sacerdotes efficit. ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

Agit de his que dicūt dignitatem. n

Ordo autem episcoporum quadripertitus est. s. in patriarchis. archiepis. metropolitanis. & episcopis. Patriarcha grece. summus patrum interpretatur. q̄ primū. i. apostolicum tenet locum. vt romanus. antiocenus. alexandrinus. sed omniū summus est roman⁹. Archiepiscopus princeps epōrum. Archos enī grece. latine princeps dr. Metropolite autem a mensura ciuitatum dicunt. Singulis enim prouincijs preeminēt. quorum auctoritati & doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius ꝓuincie ipsis epis commissa est. Omēs aūt supius designati ordines epi ꝯnū cupantur. Nota q̄ archiepōrum nomine primates superius significasse videt & metropolitanorū q̄s nunc archiepōs dicim⁹. Horum aūt discretio a gentilibus introducta videtur. qui suos flamies alios simpliciter flamies. alios archiflamines. alios ꝓthoflamies appellabant. Sacerdotes enī gentiliū flamines dicebātur. qui habebant in capite pilleū in quo erat breuis virga desuper habens aliqd lane. qd cum per estū ferre nō possent. filum tm̄ in capite ligare ceperunt. Nudis enī capitibus eis incedere nephas erat. Uā & a filo quo vtebantur flamines dicti sunt quasi filamies Sed festis diebus filo deposito pilleum imponebant ꝓ sacerdotij eminentia. Uates a vi mentis appellati sunt. cuius significatio multiplex est. modo enī sacerdotem. modo ꝓphetam. modo poetam significat.

Agit de his que dicūt officium. o

Cantor vero vocatur qui vocem modulatur in cantu. Hui⁹ sunt duo genera. precentor & succentor. Precentor q̄ vocem premittit in cantu. succentor q̄ subsequenter canendo respondet. concentor aūt dr q̄ consonat Qui aūt nō ꝯsonat nec ꝯcinit. cōcentor nō erit. His breuiter tractatis āmonēdi sunt xp̄i ministri quatenus sicut excellunt ordinis dignitate. ita precellāt vite sanctitate. vt plebs eis ꝯmissa. eorumq; disciplinis edocta gratant eis obediat. & eorum imitatiōe de die in diem proficiat. a quibus diuina sacramēta percipiunt. & missarum solennia audiunt. Missa autem dici-

per signaculum. Itē queritur quid sit res et quid signum in sacramento ordinis. R⁹. dicendum q̄ in collatione ordinis est collocatio potestatis per quam homo ponitur in statu diffinito et gradu. et quoniam diuersitas ē in potestatibus. diuersitas est in signaculis. et ꝑ consequens diuersitas est et debet esse in exterioribus signis. a r tamē & alr. quia signa sunt simpliciter diuersa. sed potestates conueniunt in eadem anima in hoc q̄ vniformis ratio distinguendi reperitur in omnibus caracteribus et ad vnum ordinatis. Quoniā ergo ordo debet diffiniri per id qd cōmune ē. & communitas nō est a pte elemēti exterioris sz signaculi impressio. idō magis diffinitur per id q̄ p elementum exterius. Et iterum. magis hoc sacramentum q̄ aliud. quoniam caracter pl⁹ habet hic rationē suam. i. rationem distinguendi q̄ in alijs sacramentis &c.

tur vel quia missa est hostia cuius commemoratio fit i illo officio. Unde dicitur. ite missa est. i. sequimini hostiam que missa est ad celestia. tendentes post eã. Vel quia missus celestis venit ad consecrandu3 dominicum corpus p quem ad altare celeste defertur hostia. vnde et dicitur missa est.

i Ad intelligentiã huius partis queritur de ordinibus in speciali. circa quos dupliciter dubitare conuenit ad enodatõe3 eo2. que magister in littera tangit. Primo quãtũ ad caracteris impressionem. Scdo quantũ ad numerũ et distinctionem. Quantũ ad primũ querunt quattuor. Primo queritur vtrũ in omnibus ordinibus imprimat caracter. Secũdo vtrum vnus vl plures. Tercio vtrũ habeant ordinem adinuicem. Quarto querit quantum ad signũ exterius qd ei respondet.

Questio. i. i

Circa quã sic proceditur et ostenditur primo q in oĩbus imprimatur caracter p diffinitõne3 ordinis. ordo est signaculum in quo specialis ptãs tradit ordinato. si ergo hec est recta ratõ. cõpetit omnib9 rõ signaculi. Sed non est signaculum materiale sed spũale. hoc aũt est caracter. ergo &c. Item omne sacramẽtum iterari potest qd non imprimit caracterem. Sz nullus ordo potest iterari. sicut dicit Aug9. et habetur in distinctõe sequenti. ergo in singulis imprimit caracter. Item caracter est signaculu3 impressũ cõfigurans nos dño iesu xpo. sed dñs oĩs ordines exhibuit sicut magister in diuidendo pbat in littera. si ergo in oĩbus eidem configuramur. videt q in omnibus caracter imprimatur. Item impressio caracteris siue signaculi est ad distinctõem scdm aliquẽ statum. sed in omni ordine ponit qs in statu ministrãdi determiato. ergo in oĩ ordine imprimitur caracter. Contra. caracter est signaculũ spũale. ergo in illis solis imprimitur in quibus datur ptãs noua et spũalis. sed ptãs oĩm ordinũ inferio2 est corporalis vt aperire ostium siue custodire. prophetias dicere. candelabra deferre. ergo in his nullo modo iprimitur caracter. Item caracter est signaculum qd respicit siue qd habet imprimi in ymagine ad configurandã ipsã deo. Sed actus quo2ũda3 ordinũ solu3 sunt circa ministeria inferiora. ergo si talia non spectant ad ymaginem consignandam deo. pat3 &c.

Item caracter est signũ indelebile. ergo si collocat hominẽ in aliquo statu. impossibile ẽ ab illo statu recedere qn fiat contumelia sacramẽto. Sed qui sunt in minoribus ordinibus constituti põt licite redire ad laycatum. ergo in eis caracter non imprimitur.

Item caracter est signaculu3 perpetuũ qd manet in aĩa sepata. ergo non debet imprimi nisi ad actum ppetuum. Sed actus ministerialis isto2 ordinũ inferio2 non est perpetu9. g &c. R° dõm q aliq voluerunt dicere q caracter i solo ordine sacerdotali imprimatur. sed in ordinibus inferioribus solũ disponit qs ad talis caracteris susceptionem. Nam propter suam nobilitate3 de congruo exigit ordines inferiores habere primos. Sed cũ ordines inferiores saltem sacri sint de perfectõe sacramẽti. et in his fiat segregatio perpetua clerico2 a laycis. nõ videtur in solo sacerdotio caracter imprimi. Et ideo dixerunt alij q caracter imprimitur in omnibus ordinibus sacris. sed non in minoribus. Et huius signum est. quia isti non possunt laycis cõmisceri. alij vero sic. Sz qñ nullus ordo iterari possit. et quilibet habeat aliquid de rõne sacramenti. videt q in quolibet sit aliquid qd habet rationẽ rei et signi. et rationem signaculi ppetui. hoc aũt caracterem dicimus. non igit videtur q in illis solis imprimat caracter. Et ido est opinio probabilior q in oĩbus ordinibus caracter imprimatur sicut rationes expresse ostendunt. Cum enim caracter sit signaculum distinctiuũ. et perpetuum. et xpo configuratiuũ. et hoc est i omnibus ordinib9 reperire. non est dubitandum caracterem in omnibus imprimi. Ad illud qd obijcit q est signaculũ spiritale. dõm q in oĩbus ordinibus datur ptãs vel spiritualis de se. vel ad spũalem ordinans. Unde potestas hostiarij est ad admittendũ homines ad diuinũ sacrificium. potestas lectoris non solum ad excitandum auditum exteriorẽ. verũetia3 interiorẽ. et sic de alijs. sicut melius patebit qñ agetur de distinctione ordinum. Ad illud qd obijcit de configuratõe dõm q caracter ordinis vt est conseruantis aĩa3 cõfigurat deo scdm ymaginem vt assimilatã deo. et hoc fit in ordine supremo. Vel dõm q magis pprie configurat tale signaculu3 xpo. quia cu3 xps triplex habuit officium. s. ministri in agendo. pugilis in patiendo. redemptoris in moriendo. ideo triplex fuit sacramentũ scdm q hõ xpo configuratur his trib9 modis. vñ tñ triplex est sacramẽtu3 in quo fit caracteris impressio. Nam baptismus configurat morienti et redimenti. vnde consepelitur homo in mortem. Confirmatio configurat patienti et pugnanti. ideo signũ crucis fit in media fronte. Sed ordo configurat ministranti et operanti sicut recte in littera ostendit. et quia in omnibus configuratur quis xpo scdm plus et minus. ideo in oĩbus caracter imprimitur. Ad illud qd obijcit de indelebilitate et ppetuitate. dõm q caracter oĩm ordinum manet in anima. siue reuertentis ad laycatum siue morientis vt signaculum distinctiuũ. et hoc vel ad gloriam si bene vsus est. vl ad ignominiã si male. nec oportet q maneat semp quãtum ad vsum ministerij. quia iste vsus quodãmodo conuertitur in premium. et per hec patet vltimum.

Questio. ij. k

Utrum in diuersis ordinibus diuersi caracteres imprimãt. Et q sic videt. quia ordinis esse naturaliter loquendo est signaculum. g cu3 sint plures ordines sunt ergo plura signacula spiritualia. s3 illa signacula spiritualia caracteres appellant. g. Item potestates ordinũ sunt simpliciter diuerse. sicut patet in ostiario et accolito. claudere enim ostium et ferre cereum siue corporaliter siue spiritualiter intelligatur est actus omnino diuersus. Si ergo potestates distinguũtur per actus et signacula distinguentia scdm diuersitates potestatum. ergo diuersi sunt caracteres.

Item signum debet respondere signato. et signatum signo. si g septiformis gratia datur que est res

visima. et exteriora signa in diuersis ordinibus simpliciter sunt diuersa. videtur ex hoc q caracteres q sunt signata et signa. Item in quolibet ordine imprimitur vnus caracter. z cu in quolibet ordine imprimatur vt supra pbatum est. tunc idē caracter iteratur. sed hoc est impossibile. et hoc facere est contumeliam facere sacramento. videtur ḡ q post primuz ordinem qui alium recipit nihil recipiat. s3 sacramēto cōtumeliam faciat. sed hoc est inconueniēs. ḡ zc. Contra. in sacramento baptismi non imprimitur nisi vnus caracter. et similr in sacramento confirmationis. ḡ pari ratione in sacramento ordinis. Item hoc sacramētuz ordinis essentialius recipit caracterē q̄ aliquod aliud sacramētū in quo caracter imprimitur. si ergo ordo vnum est sacramentum. quantumcūq3 plurificetur. videtur q vnus caracter in eo imprimatur. Item si plures z diuersi caracteres imprimuntur. aut ergo diuersitate specifica. aut numerali. Non numerali. quia impossibile est plura accidētia eiusdem speciei esse in eodem subiecto. Si specifica. sed ex diuersis scdm formā et speciem manentibus diuersis non fit vnū nisi vnū materiale sit respectu alterius. si ergo caracter respectu caracteris nō est materialis et specie differt. ḡ nunq̄ faciūt vnum sacramentum si diuersi sunt. Item natura inferior nō facit per plura qd potest facere per vnū. ḡ nec natura superior. Si ḡ ordinati per vnum caracterē pñt distingui sicut z baptisati. videt q vnus solus caracter in ordine imprimatur. querit ḡ que sit necessitas

49 quare plures caracteres imprimant. R. dicendum est q inter opinantes in omnibus ordinibus esse caracterē duplex opinio esse consueuit. Quidam enī dicere voluerunt q oēs ordines in vno caractere vniūtur. differente tn̄ fm maiorem cōpletionem z minorem. sicut si sigillum imprimat in cera teneret ydcā fortius et amplius paulatiue procedendo fm plus et plus. quousq3 veniatur ad statum pfectuz. Si autem queras que sit ratio talis impressionis. rñdent breuiter q hoc est propter caracteris imperfectōem. Sed si hoc esset. tunc impossibile esset pmoueri ad sequentē ordinem omisso priori. qd est contra iura. Si hoc verū esset. non esset etiam dr̄ia inter ordines nisi fm magis et minus qd est manifeste falsuz. cum potestates in diuersis ordinibus sint ad diuersa ordinate. Postremo si hoc esset verum. caracter reciperet magis. Si querit q̄re nō reciperet minus. dicendum q si hoc esset. tunc ess3 delebilis. Quare etiā caracteres alior sacramētoz magis z minus non recipiunt vt dicatur baptizatus vel confirmatus magis z minus. Qd cum non sit conueniens dicere. non est cōueniens hanc pōnem ponere. Et ideo dicit aliter z pbabilius q in diuersis ordinib9 diuersi imprimūtur caracteres. Ratio autem huius est. quia non solum q ad dei cultum assumunt distinguūtur ab alijs. imo etiam inter ministrantes ordo est z distinctio. et vlterius gradus illi et potestates ministrādi si semel dantur. nunq3 auferunt etiam si ad alti9 ministerium eleuetur qui in minori ministrauerat. et ideo in diuersis ordinibus diuersa signacla debent imprimi. scdm que nobis diuersitas potestatū ministrandi et ppetuitas innotescat. tale aūt signaculuz est caracter. z ideo in diuersis ordinibus diuersi imprimuntur caracteres. et concedende sunt rationes

50 hoc ostēdentes. Ad illud ergo qd obijcit de sacramento baptismi et confirmationis patet. R. q nō est simile. p eo q non ponunt ita diuersitatem sicut ponit ordinis sacramentum. qd de sui ratōne implicat diuersitatem graduū.

51 Ad illud qd obijcit q caracter essentialit est sacramentū. dicendum q verū est. s3 non nisi put cōpatur ad vlterius signatū. Sicut ergo vna linea est scripta z due et tres et quattuor. et tn̄ multarum linearū aggregatio ad vnam sententiā exprimendam non est nisi vna scriptura. sic in pposito est intelligendum. quia omnis talis anime configuratio ordinat ad hoc q ei inscribatur signaculū scdm qd homo dei minister perfectus esse iudicat. Et cum sacramentum dicat quid ad alteruz. et caracteres viuuntur fm quid ad alterū. ido plures caracteres vnum faciunt sacrm.

52 Ad illud qd querit vtrum differant specie vel numero. dicendum q dupliciter est loqui de caracterib9. aut in se. aut put vniūtur in vnitate et integritate sacramenti. Si in se sic differunt sicut diuerse species numeri. sicut binari9 z ternarius. Si put vniunt in vnitate sacri. sic quēadmodū binarius z quaternarius constituūt senarium. et h n̄t rationem partis constitutiue. z complementū ponitur in senario. sic intelligendum est in pposito suo mō. nō sic sile oīo.

53 Ad illud qd obijcitur vltimo iam patet responsio. qm̄ istud verū est et locum habet qn̄ per vnū potest ita fieri vt p plura. In proposito autem non est sic. pro eo q non oportz ordinatos non solum ab alijs sed etiam inter se distingui.

Questio .iij. I

Utrum caracteres diuersorū ordinuz sint essentialiter ad se inuicem ordinati. et q sic videt. quia maior est connexio ordinis ad ordinē. q̄ ordinis ad baptismum. z caracteris vnius ordinis ad caractere3 alterius q̄ ad baptismale3. Sed essentialis est ordinatio caracteris ordinis ad baptismalem sicut dicit in decretali de presbytero non baptisato. li. iij. non baptisatus non potest ordinari. Unde si de facto ordinatus est. debet baptizari et post iterū ordinari. ḡ caracter ordinis essentiali ordine presupponit baptismalem. ḡ zc. Item ordo magis cōpetit ordini q numero. sed sic est in numeris q nūerus posterior necessario preexigit priorem. z figura similr posterior añcedentem. vnde nunq̄ est quaternarius sine ternario. nec tetragonus sine trigone. ḡ nunq̄ ē gradus scds sine primo. nec tertius sine scdo. z sic de alijs. Item ex diuersis formaliter non pōt fieri vnū nisi adinuicem ordinent. sed oēs ordines vnū cōpletum reddūt ministerium. ḡ necesse ē q adinuicē ordinentur. Item si quis scienter promoueretur ad ordinem posteriorem priori omisso. ho ipso suspēditur ab executione sicut dicitur in decretali. Sed h non esset nisi oporteret ibi seruari ordinē. ḡ zc. Itē vbicūq3 sunt gradus oportet ponere ordinem. Sed in sacramento ordinis diuersi ordines sunt gradus spiritualiu3 officioz sicut dicitur in littera. si ergo p caracteres in illis gradibus situant. videt q sit ibi essentialis ordo. Contra. in his in quib9 est ordo essentialis destructo priori destruit posterius. Sed nō habito priori ordie nihilomin9 haberet posterior. sicut patet in ordinatis per saltum qui non sunt reordinandi. ḡ zc. Maior patet per se. minor probat p illud qd dicitur di. l. iij. sollicitudo. zc. et extra de clerico per saltū ordinato tue littere zc. Item caracte-

res cōparationē; hñt sicut ptātes et act⁹ ordinū ad q̄s ordines cōparantur. sed in illis ptātib⁹ nullus ordo ē or do. sicut in ptāte expellēdi demones et ferēdi ceros. ḡ nullus ē ordo in talib⁹ caracteribus. Itē in hijs que respiciunt corpale et spirituale prius est corpale q̄ spūale. sȝ exorcizatō dicit liberatōȝ a vexatōe spiri tuū. sed accolitus respicit officiū illuminandi. ḡ por est ordo accoliti q̄ sit exorciste. nō ḡ recte ordinatur cum vn⁹ dicat ordo tercius alter quart⁹. Itē pri us est qd̄ liberat a malo q̄ qd̄ habilitat ad bonū. sed in scd̄o est habilitatio ad bonū. in tercio est liberatio a malo. ḡ vult q̄ tercius ordo sit prior q̄ scd̄us. Sed ita videt̄ q̄ nullus sit ordo cert⁹ inter istos gradus

53 R° dīm q̄ est ordo necessitatis et ē ordo ꝯgruita tis. Si ḡ loquamur de ordine istoꝝ graduū ecclīasti coꝝ dīm q̄ non est ordinatio necessaria necessentia lis. ꝑ eo q̄ ordo posterior haberi pōt et suscipi sine p̄ ori. Si aūt loquamur quantū ad ordinatiōeȝ cōgrui tatis. sic est ibi ordo. eo q̄ ad bñ esse ministerij sequē tis ꝑexigatur ordo siue ptās ministerij precedentis. quēadmodū igit̄ si q̄s velit ordinate ꝓcedere prius debet exordiū p̄mittere. post narratōeȝ. et post racio cinatōeȝ. et postremo ꝯclusioneȝ. tñ si vellet incipere possȝ a posteriori. licet non ita ordinate. sic in ordini bus oportet intelligi. cū eñ ordines inferiores mini strēt sacris. et sacri ordines ministrēt sacerdotio. et in ferior gradus prior sit in ascēdendo. et ptās ministe rialis sit inferior. patet q̄ ibi est ordo. nō tñ necessita tis. qm̄ ptātes diuerse sunt. et per seipās obtineri et haberi pñt. licet non ita ꝑfectē sine alijs. Est igit̄ or do in hijs gradibus scd̄ȝ maiorē accessuȝ ad vltimū gradum. s. sacerdotiū. Unde primo hō introducitur i ecclesiaȝ per ostiariū. Secūdo mānducat̄ p lectoreȝ ꝓphetaꝝ. Tercio adiuuatur per exorcistā vt liberet̄ a malo. Quarto excitat̄ p accolitū vt ꝓficiat i bono Deinde sunt alij duo ordines qui ministrāt sacerdo ti in oblatōe sacrificij. et sic patet q̄ est ibi ordo ꝯgrui tatis non necessitatis. Nec valēt ille rōes in ꝯtrariū de exorcista et accolito. ꝑ eo q̄ oēs ordines ptātem spūaleȝ dicunt. et ꝑ eo q̄ eruditio p̄cedit liberatōeȝ a malo. et iō ꝯcedendū est q̄ sit ibi ordo in caracteri bus. sed nō est ordo essentialis. sicut in elemētis or do est. tñ vltimū elementū siue littera antescribi pōt cū sit prima littera. vltima ꝯ ordine retrogrado in scri bendo. sed tñ ordinata in scriptura. sic et ordines pñt suscipi descēdēdo siue retrocedēdo.

54 Ad illud ḡ qd̄ obijcit̄ de baptismo. dīm q̄ nō ē simile. qm̄ sicut ta ctū fuit supra in tractatu de baptismate. et in cōcilio apud ꝯpendiū determinatū fuit. et decretalis Inno centij de p̄sbytero nō baptisato ꝯfirmat. baptismus est fundamentū et Janua oīm sacramentoꝝ. et qm̄ fūdamēto nō existente nihil pōt supedificari. iō caract̄ baptismi alios p̄cedit essentiali ordie. nō sic i alijs.

55 Ad illud qd̄ obijcit̄ de nūeris. dīm q̄ nō est silē. qm̄ nūerus sequēs hȝ p̄cedentē ptēȝ sui. Sȝ non sic

56 gradus sequēs hȝ p̄cedentē ptē sui. sed vt disponen tē de ꝯgruo. Ad illud qd̄ obijcit̄ q̄ ex plurib⁹ dif ferentib⁹ nō sit vnū. dīm q̄ veꝝ est q̄ non fit vnum p essentiā. fit tñ vnū sacramēto que est vnitas in ꝯpa tōne ad vnū signandū ꝑfecte. et sacramentū ordinis non hȝ o[mn]i[m]ode vnitatē absolutā sȝ p cōpatōeȝ. ad quā vnitateȝ cōstituēdā nō requirit̄ essentialis dependē

57 tia in ptibus. Ad illd̄ qd̄ obijcit̄ ibi vltimo de sal tu et de gradu. dīm q̄ ille duo rōnes nō ostendūt q̄ sit ibi nisi ordo cōgruitatis quātū ȝ est de integritate sacramenti. est tñ ibi ordo necessitatis quantū est de obligatōne p̄cepti. qua quis tenet̄ ordinate ascēden do nō saltando ordinari.

Questio iiij. m

Qm̄ imprimat̄ caracter in diuersis ordinibus. et cū in ordinibus sit ista qu inq̄ reperire. vtpote in ordine sacerdotali. s. bñdictōeȝ. inunctōeȝ. manū impositio nē. et alicuius porrectōeȝ. vt libri vel vasis vel da uis. et verbi expssionē. querit̄ in quo istoꝝ fiat cara cteris impressio. Et primo vr̄ q̄ nō in bñdictōe. qm̄ semꝑ in ordinibus fuit caracteris impressio. et illud est ordini essentiale in quo imprimitur caracter. sed bñdictio nō est de essentia ordinū. cū nō legat̄ talis solēnitas fuisse in ecclesia primitiua. ḡ et c. Itē illd̄ in quo imprimit̄ caracter interior dȝ habere assimi lationē cū exteriori caractere. Sȝ caracter ille respi cit aliquā ptāteȝ. bñdictio aūt fit ad sanctitatē. ḡ et c.

Itē q̄ nō detur in inunctōne videt̄. q2 si aliqua passio in aliquibus inest. inest scd̄ȝ aliqd̄ cōe. Sȝ ca racteris impressio est in oībus ordinibus. sed inun ctio est in vno solo. s. in sacerdotio. ḡ et c. Itē vbi ta lis causa ibi talis effectus. Sed in ep̄atu est noua in unctio. ḡ noui caracteris impssio. hoc aūt est falsuȝ. q2 si nouus caracter iprimeret̄. sicut sacerdos possȝ esse sine dyacono. sic ep̄us sine sacerdotio. cuius cō trariū determinatū est in decretali. li. iij. Item q̄ non detur in manuū impositōe videt̄ primo p con similē rationē. q2 cū nō fiat impositio nisi i solis duo bus ordinib⁹. nō iprimet̄ caracter nisi i hijs duob⁹ soluȝ. qd̄ est manifeste falsuȝ sicut patȝ ex p̄cedētib⁹

Item ordo traditur tm̄ ab ep̄o. et ordo traditur in impressione caracteris. ḡ si caract̄ imprimit̄ in im positōne manuū. vr̄ q̄ solus ep̄s debeat manū ipo nere in ordinatōe. qd̄ est falsuȝ. q2 vt dicit canon di. xxiij. p̄sbyter cū ordinat̄ et c. oīns sacerdotes assisten tes debēt in ordinatōe sacerdotis manus impone re. Q2 aūt in libri vel vasis traditōe non iprimat̄ videt̄. qm̄ esto q̄ tales libri vel vasa deessent sicut forte deerant in ecclesia primitiua. nihilomin⁹ tales ordines dari pñt. ḡ. Item multa talia confert ar chidyaconus. vt ampullā. et aquāmanilē subdyaco no sicut in littera tāgit̄. et claues ipi hostiario. si ḡ so lius ep̄i est conferre ordines. vr̄ q̄ in tali traditōe nō imprimat̄ caracter. Q2 aūt in verbi expssione nō imprimat̄ vr̄ primo. q2 in ṽbis illis signat̄ recta ptā tis executio. vt patȝ si quis inspiciat. ḡ cū illud sequa tur ordinis essentiā et caracterē. videt̄ et c. Item ca racter non pōt imprimi nisi a deo. Sȝ ṽbi expressio ē p ṽbuȝ ipandi cū dr̄ Accipe ptāteȝ et c. ḡ in tali for ma nō est cōpetens impmi caracterē. Est igit̄ qd̄ q̄re hoc sacramentū hȝ formā verbi p modū ipatiuuȝ cū alia habeāt indicatiuū vl̄ dep̄catiuū. Est etiā qd̄ vñ o[r]tū habuerūt hec circa ordinē. s. manuū positio. et bñdictio. et vnctio. Est et qd̄ quare impositio manuū est in duobus ordinibus. sed vnctio in vno solo s. ordi ne. s. sacerdotio. Est quarto qd̄ quare dyacono sol⁹ ep̄s manus imponit. sacerdotib⁹ do alij sacerdotes. Est vltimo qd̄ in quo essentialiter ꝯsistit sacramentum illud exterius. et cū non habeat elementū nec formā statutā. videt̄ q̄ nihil essentiale habeat. Et q̄ non ha beat formā determinatā vr̄. cū antiqua ordinaria a lium modū habeant. R° ad p̄dictoꝝ intelligentiā 50 habendā hec sunt ꝑsupponēda q̄ oīne sacramētum

aliqd signum essentiale habeat exterius. nullo eniz mō accidit sacro esse signū sȝ essentiale ē simpliciter. Amplius supponendū est q in omni sacramēto i quo imprimitur caracter istud est essentiale sacro in q siue p qd caracter imprimitur. Amplius. cū signū debeat habere similitudinē ad signatū. in eo imprimitur caracter qd exterius magis est in sacramēto sibi sile. qm igitur in ordine imprimitur caracter qd est signaculū ad aliquā ptātem spūalem. hoc p generali regula habēdū est q in illo signo exteriori imprimitur caracter in quolibet ordine. in quo principalis ptās quā respicit ordo. signatur tradi ordinato. Ad hanc aūt signandā duo cōcurrunt exterius. s. traditō alicuius instrumenti. et expressio vbi. vt sic in signo visibili simul et audibili significetur dari. nec sufficit signū audibile sine visibili. pter hoc q aliud verbū. aliud debet respicere signū. vt pȝ in alijs sacramētis. nec sufficit signum siue verbo. quia ad multa pōt tale signū. s. liber vel illud vas dari. et ideo oportet vbum coaptare. et hec duo sunt essentialia et intrinsica sacramēto et perficientia sacramētuȝ. Qm eīn manus est organū organoȝ in operando. et ligua in exprimendo. recte significatur pferri ptās in officio vtriusqȝ. et hec in quolibȝ ordine repiuntur. sc dm q reperitur et caracteris impressio. Sed qm caracteres sunt diuersi hñtes maiorem dignitatem et minorē scdm gradus ptātum. iō taȝ signa q verba diuersificantur. maxime in ordinibus sacris et in minoribus. In ordinibus eīn sacris (quoniā datur ibi nobilis ptās et excellens) fit manus impositio nō tñ instrumenti traditio. qm manus ē organū organoȝ in quo. s. principalis residet ptās operandi. vñ sic ordinabant in ecclesia primitiua vbi nō nisi isti duo ordines explicite erāt. Sed in ordinibus minoribus fit traditio alicuius instrumenti. vt clauis. vel libri. vel exorcismi etc. Et si plura instrumēta tradantur vni. illud p principali habendū est qd eps tradit cū platōne verbi accipe ptātem. vñ in omissione principalis debet ordo iterari. qȝ presumitur q caracterē non recepit. Sed in alijs sequētibus si fiat defectus vel negligentia dȝ suppleri. Concedēduȝ est igitur q in vnctōne non imprimitur caracter. sed tantū fit ppter solēnitatem et dignitatē corporis dñici. qd nō est ptrectandū nisi manibus consecratis. Pōtifici aūt fit vnctio in capite. in quo significatur abundantia gratie que in prelatis debet in excellentia reperiri. Et hinc est q manus sacerdotis vngunt oleo sancto. caput pōtificis crismatur. vt significetur q in eo debet esse excellētia vite in cspectu dei. in scia. et in cōspectu hoim quantū ad famam. Cōcedenduȝ est etiam q non fit caracteris impressio in ipsa benedictione sicut ostendunt ille rationes. quia potius est instituta ad deuotionem excitandam. et impetrandum gratiam. q sit de sacramenti substātia. Ad illud vero quod obijcitur de manuū impositiōe q nō reperitur in omnibus. ratio iam dicta est. reperitur tamen aliquid simile. quia collatio alicuius instrumēti in quo est protensio manus. et fit signatio collationis potestatis. Ad illd qd obijcitur q sacerdotes imponunt manus. dōm q illa manus impositio nō est ad ordinis collationem sed ad significatōem. Significatur enim gratia cōmunionis que in ordine sacerdotali confertur. et per sacerdotem debet amministrari. ūdo non imponunt manus sacerdotes dyacono sed solus episcopus. in cuius impositione manus non tñ est signatio sed etiam potestatis collatio.

59

60

Ad illud qd obijcitur de libro vel vasis traditōne. dōm q sicut omne instrumentum siue armatura in virtute manus est. sic etiam per impositionem manuum vbi deessent talia possunt signari. vnde sicut post videbitur in impositione manuū in ecclesia primitiua ceteri ordines implicabātur. qui postmodū pcessu temporis explicati sunt siue expliciti. et quātum ad verbum. et quantum ad signum. et quantuȝ ad personas. Preterea in hoc significatur q ille qui ordinatur. in illo ordine consecratur. cū sacerdotes manus sacratas imponunt. Et nota q et si multi sint assistentes. sufficit tñ q tres manus imponant. aliud est ex abundantia. nec tñ illud est de necessitate sacramenti. Ad illud quod obijcitur q archidyaconus confert multa talia. dōm q hoc est ad potestatis explicatōem. Unde in tali traditione facta ab archidyacono non traditur noua potestas. sed tradita explicatur. Ad illud quod obijcitur de verbi expressione. dōm q semp intelligendum est fuisse vbuȝ aliquod. in quo exprimeretur potestas talis dati. sed nō fuerunt verba prefixa nisi in solis duobus sacramentis quibus dñs verba spālia ore pprio predixit. et ideo in alijs et si verba sint necessaria. non tamen sunt determinata vocaliter. sed verba quecūqȝ sensum exprimentia quantū est de ratione sacramēti sufficiebant. si quis in heresim introducere non intendebat. Sed nunc necessarium est seruare formā ab ecclesia statutā et approbatā. Ad illud qd obijcitur de mō impatiuo. dōm q pontifex summus gerit personam xpi et psonam superioris sicut dicit ysidorus in li. de officijs. et qm potestas scdȝ plus et minus traditur. et scdm illam qui conferunt presunt. quibus conferunt subsunt. ideo rectissime mō impatiuo vtitur. et sic patet rūsio ad primā questionē. Omes alie questiones ex dictis patent. preter illam que est d ortu istorum. Nam benedictio et manus impositio a patriarchis Geñ. xxvij. et ge. vlt. sed inunctio figurā habuit in lege. leuit. viij. vbi dicitur q inunctus est summus sacerdos.

61

62

63

64

Consequenter quantū ad scdm articulū queritur de ordinibus quantū ad nūeruȝ et distinctōeȝ. et circa hoc querūtur breuiter quattuor. Primo queritur de diuisione ordinū in sacros et non sacros. Secundo vtrum psalmistatus sit inter ordines minores. Tercio queritur vtrum episcopatus sit inter ordines maiores. Quarto vtrum sint septem vel plures aut pauciores ordines.

Questio. j. n

De diuisione ordinum. et videtur q ista diuisio nulla sit. primo. quia omnis ordo essentialiter et vniuersaliter est sacramētuȝ. Sed omne sacramentum dicit rem sacramēti. g ordo vniuersalr est res sacra. g omnis ordo est sacer. Item in inferioribus ordinibus sic datur ptās ministrādi circa altare et ea q ptinēt ad sacrm sacmētoȝ. s. corpus dñicū. sicut in dyaconatu et subdyaconatu licȝ non ita de pping. g vr q sicut illi sūt sacri. sic et isti. Itē in ecclia pmitia nō fuerūt ordines nisi sacri. s. pbyteratus et dyaconatus. g vel illa ecclesia fuit diminuta. vel ista superfluit. Itē etiam ea q spectant ad substātiā sacramēti sempere adē psteuerūt. si g ordines minores vere ordies sunt. aut tūc esse debuerunt. aut vere ordines nō sunt. Qȝ si tunc non fuerunt sicut patet potest. nō videtur etc. Cō.

tra.in veteri testamento erant distincta officia mini
strantium.ita q alij ministrabāt circa altare.alij cir
ca custodiam templi.Si ergo maioris ordinis et di
gnitatis est nunc sacerdotium.et cultus diuinus est
ampliatus.videtur q alij dñt ad hoc alij ad illa de
putari. ḡ videt̄ q cum ordines penes officia maio
ra et minora distinguant̄.q ordines maiores et mi
nores esse debent. Item sicut patebit cum de ma
trimonio agetur ꝛ habet̄ di.xxij.in decretis. Aliqui
sunt ordiēs ipedientes matrimoniū.et aliq̄ nō. Si ḡ
in illo ordiē in q̄ corpus dñi consecrat̄.act⁹ libidis p
ois remouet̄. vr̄ q aliq̄ sint ordiēs sacri et aliq̄ non.
Itē q nō dēat eē ꝓbat̄ prio. qr ordo ē sacrm̄ pfe
ctorum.sed ad statum pfectionis non statim ascen
ditur.sed paulatiue peruenit̄.ergo si sacer ordo col
locat aliquo modo in statu pfectionis. videt̄ q ali
quos ordines inferiores habere debeat non sacros.
Item videmus in curia regis terreni q ad hoc q
sit sufficienter ordinata ministri supiores indigēt in
ferioribus qui obediunt et subseruiunt . et maiores
indigent minoribus.ḡ si domus dei ordinata debet
esse.videt̄ q ibi dñt esse ministri. et rursus ministri
ministrantiū.ꝛ primi sunt in ordine superiori.secun
64 di i minori.ḡ minores et maiores. R° dōm ē q sa
cramētum ordinis gradus hꝫ plurimos. et primo qui
dem distinctio est per gradus inferiores et supiores
siue per gradus sacros et nō sacros. Ratio aūt qua
re hoc sacramētū gradus hꝫ est.quia ordinat ad di
spensandū sacramentū dignissimū. ꝛ administrādū
in templo dei.Ad misteriū autē illud cōcurrūt que
dam officia digniora.et quedam minus digna. que
ꝛ si oia requirāt ministros sanctos . illa tm̄ que attē
dūt circa altare. ꝛ circa portatōem vasoꝝ sacroꝝ.ꝛ
circa oblatōez sacrificij consumandā potissime req
runt ministros sanctos.scđm illud Esa.lij. munda
mini q̄ fertis vasa dñi. Sanctitas aūt vel sanctifica
tio potissime consistit in continentia. ido sunt qui
dam ordines qui requirūt continentiā in ministris.
quidam vo mime.Ideo recte quidaꝫ ordines sacri
dicunt̄.quidā non sacri.non rōne sui. sed rōne mini
sterij ad qđ requirit̄ sanctitas in ministro.ꝛ sic patꝫ
rō huius distinctōis ordinū per sacros ꝛ nō sacros.
65 et concedende sunt ratōnes ad hoc. Ad illud ḡ qđ
obijcit̄ q omīs ordo est sacramentū.dōm q oēs ordi
nes signa sunt sacra et rei sacre.Sed ab hac ratione
nō dicūt̄ ordines sacri sicut visum est. sꝫ a cōsecrati
one ministri.et qr ipi ordines disponūt ad cōtingen
66 dum et ministrādū vasa cōsecrata. Ad illud quod
obijcit̄ q in omnibus dat̄ ptās ad ministrādū aliqđ
circa sacramentū maximū.dōm q verū est.tm̄ scđm
plus et min⁹.sm ꝓpinquū et remotum. illis eniꝫ q̄
sunt in inferioribus ordinibus cōstituti non licꝫ va
sa cōsecrata portare ex officio.quāuis ꝓpter inopiā
67 ministroꝝ frequēter talib⁹ pmittat̄. Ad illud qđ
obijcit̄ q in ecclesia primitiua soli ordines sacri fue
runt.dōm q falsuꝫ est. imo ꝛ alij fuerunt.sed impli
cite dabāt̄ in impositione manuū.qm̄ manus est or
ganū organoꝝ. Ratio aūt quare nō distinguebant̄
erat ꝓpter paucietatē ministrātiū et ꝓpter paucie
tatem fidelium.iō oportebat q omīa officia darent̄
vni. Nūc aūt multiplicatus est diuinus cultus.idō
68 nō est simile.ꝛ per hoc pꝫ vltimū. Qz em̄ dicit q sub
stātialia sp fuerunt eadē. dōm q verū est.ꝛ semp isti
ordines et gradus in ecclesia fuerunt.licꝫ non essent
explicati et distincti vt nunc.non solum em̄ nunc de
bent distingui ꝓpter ministrantiū amplificatōnem.
sed etiam ꝓpter manuductōez.quia ab ipsis cunabu
lis ordinant̄ illi qui debent esse clerici . Ideo scđm
ꝓcessuꝫ etatis.in susceptione graduū debent ꝛ pos
sunt ꝓmoueri.nec statim ad supremū gradū ꝓuehi.

Questio.ij. o

Utrum psalmistatus sit ordo.Et q sic videt̄. di.xxi.
cleros et clericos.et infra.generaliter clerici dici sūt
omnes qui in ecclesia xp̄i deseruiūt.quoꝝ gradus et
noīa sunt hec ostiarius.psalmista.ꝛ lectōr ꝛc. ꝛ iteruꝫ
di.xxv.pletis.et infra.ibi enūcrat officiū psalmiste in
ter alios.ꝛ hoc expresse dicit ysidor⁹ vi.li.ethi. Itē
rōne videt̄ hoc etiā ꝓbari.quia ꝓphetia psalmorum
nō est min⁹ nobilis q̄ alie.quia ergo sicut est ordo in
ecclesia deputatus ad recitādū alias ꝓphetias.s.or
do lectoris.ita videt̄ q debeat aliquis ordo ordinari
ad recitandū psalmos.sed iste est psalmiste.ḡ ꝛc.
Item nobilius et dignius officiū est ps̄ in ecclesia
recitare q̄ sit ostia custodire . ḡ si ordo deputat⁹ est
ad illud officiū.multo fortius videtur q ad dōm ps̄.
Contra.di.lxxvij.illud nos.ꝛ j.si q̄s epūs esse me
ret̄ .sit primū ostiarius. deinde lectōr. post exorcista.
deinde sacret̄ accolit⁹.deinde vo subdyaconus.dei
de dyaconus.postea p̄sbyter.hic sufficienter gradus
et ordines distinguunt̄.et nō ponit̄ ordo psalmiste.
ḡ ꝛc. Itē oēs ordines sicut melius patebit ab epō
dantur non a simplici sacerdote. sꝫ psalmistatus da
tur a simplici sacerdote. Unde dist.xxiij. psalmista
potest absq̄ licentia epi sola iussione presbyteri offi
cium suscipere cantandi. Item ad illud qđ com
muniter spectat ad totum choruꝫ non dꝫ aliquis or
dinari specialiter. Sed psalmodia spectat ad omēs
qui sunt in choro. et cantus antiphōꝝ et Respōꝝ. ḡ ꝛc.
R° dōm q psalmistatus ꝓprie nō est ordo. sed of 69
ficium ordini annexū.Et rō huius est.quia non dicit
officium cui debeat specialis gradus ordinis depu
tari.sed solum est annexū ordini. Psalmista enim et
cantor pro eodem reputant̄.sicut patet ex hijs que
dicuntur di.xxiij. Psalmista et cātor.ꝛc. Psalmiste
em̄ est non soluꝫ ps̄ cantare.sed etiā alios cantus ar
moniacos lectionib⁹ interserere.ꝛ hoc vt audientiū
corda excitent̄ ad dei laudē ꝛ ad eruditōem lectōis.
vt non afficiant̄ tedio in auditu verbi diuini. In h
ḡ q est ad laudem dei.cum illđ sit oim fidelium cō
muniter et sit. nō oportet ad hoc ordinem deputari
In hoc enim q excitat corda ad eruditionem. et ad
percipiendum sensum quem predicat lector.est offi
cium annexum ordini lectoris. et sic patet q finale
accipiendo ordines et gradus.psalmistatus non de
bet inter ordines computari.Sed si largius. exten
datur nomen ordinis ad officium etiam annexū or
dini.et q specialiter et principaliter conuenit ordina
tis .sic psalmistatus potest inter ordines computa
ri.et ita accipit ysidor⁹.et per hoc patēt auctoritates
inducte ad hoc q sit ordo.loquūtur enim scđm hāc
viam. Ad illud vero qđ obijcitur q ꝓphetia psal 70
morum est dignior vel eque digna.dicendum q di
gna est quantum ad intellectum et sensum. ita sic a
lie. Sed quia psalmista non tantum erudit per sen
sum verborum.quantum etiam excitat mentes per
cantum musicorum . et per emissionem vocum

resonantiū. ⁊ hoc competit multitudini. alias dō ꝓphetias cōpetit vni recitare cui alij sint intenti. ideo oportet illum qui legit esse ꝑfectiorē. non ratione eius qd̄ recitatur. sed rōne modi recitandi. ⁊ sic patet illud.

Ad illud qd̄ obijcit̄ de custodia ostioꝝ et psalmo 71 dia. dicendū ꝙ maioris auctoritatis et dignitatis est excludere indignos ⁊ admittere dignos ad diuinū officium ꝙ interesse ⁊ psalmos cantare. ꝑ eo ꝙ primum dicit quandā auctoritatē ⁊ ptātem. nec cōpetit alicui nisi detur ab eo qui habz auctez eminentē scz ab epō. Sed psalmodia respicit sciam et vocem. ⁊ q̄ habet hec sine donacōe auctoritatis pōt hoc facere sola iussione sacerdotis vt ꝑdictum est. quāuis ergo istō officium maius videatur. tn̄ si considerent̄ auctes vtrobiqz illud est maius q̄ hoc.

Questio .iij p

Utrum epatus sit ordo. Et ꝙ sic videt̄. di. xxxij. gelasius papa distinguens gradus ordinū in fine dicit. Primū subdyaconus. deinde dyaconus. et postea ꝑsbyter. et exinde si meret̄ epūs ordinet̄. Item ysido. in vij. li. ethic. epoꝝ quadripetitus est ordo. ḡ epatus est ordo. Item rōne videtur. quia nullus recte dr̄ ordinari nisi ab ordinis susceptiōe. sed qui ꝓmouet̄ in epm̄ recte dicit̄ in epm̄ ordinari. sicut ꝑ oīes canones innuitur qui de hac mafia loquūtur. ḡ ⁊c̄.

Item illa inter virtutes est virtus ꝑcipua que virtutes alias regit et eis imperat. ḡ pari rōne in ordine ille erit magis ꝑcipuus qui alios dispensat ⁊ regit. ⁊ ille est ordo epalis. ḡ ⁊c̄. Item hoc videt̄ per diffinitōez ordinis. Ordo eni ē vt dicit magister signaculum quo spiritualis potestas tradit̄ ordinato. sed h̄ totum est in epatu. vt patet. ḡ ⁊c̄. Minor patet ꝑ ipsam ordinatōnem epi in qua traditur sibi baculus qui significat ptātem spūalem. vnde dr̄ sibi cum traditur ei baculus. accipe baculū pastoralis officij id ē potestatē ligandi et soluendi. et sis in corrigendis vicijs pie seuiens. in fouendis virtutibus aīos auditorum demulcens. in tranquillitate seueritatis censuram non deserens. Item solennior inunctio. solennior bndictio. et solēnior manuū impositio fit in cōsecratione epi ꝙ̄ sacerdotis. sed talis inunctio non potest esse vacua a significatōe et efficacia. cuz sit noue legis. ḡ est amplioris efficacie. Si ergo sacerdotium est ordo. multo fortius videt̄ ꝙ epatus. Cōtra. magister hugo de scō vic. distinguens gradus ordinum dicit sic. primus est ostiarioꝝ. scd̄us lectorum tercius exorcistarū. quartus accolitoꝝ. quintus sb dyaconoꝝ. sextus dyaconoꝝ. septimus sacerdotum. Hic grad⁹ dispes in codē ordie habet dignitates. s. epi. ⁊c̄. ḡ epatus soluz dicit dignitatē nō ordinez. ⁊c̄.

Item distinctio graduū ⁊ ordinū oīs est propter altaris ministerium. s. ꝓpter sacrificiuz in quo est cōsummatio oīs diuini cultus. ḡ cum ꝓuentū est ad illam ibi debz esse status. sed in presbyteratu ꝓuenit̄ ḡ ⁊c̄. Item gradus ecclesiastici talem hūt ordinē ꝙ possibile est posteriorem accipe omisso priori. qd̄ patet per illud qd̄ dicitur dist. lij. sollicitudo ⁊c̄. et extra. de clerico ꝑ saltum ordinato. tue littere ⁊c̄. Sed impossibile est aliquē promoueri in epm̄ sacerdotio omisso. sicut dr̄ extra de excessibus prelatoꝝ. ex litteris. ⁊ infra. vbi dicit Inno. pontificale officiū. sine altaris ministerio non valet adimpleri. ḡ videtur ꝙ epatus non sit ordo alius ꝙ̄ sacerdotiū. Item ꝓmotus in sabbato ad ordinem sacrum. non debz in die sequenti alium ordinem sacrū suscipe. Sed promotus in sacerdotem pōt in die sequenti. s. dñico in epm̄ ꝓmoueri. ḡ videt̄ ꝙ epatus non sit ordo sacer.

Re⁹ dicendū ꝙ sicut tactum est. cuz ordinis potestas 72 principaliter sit ordinata ad dispensatōem sacramētoꝝ. et maxime illius sacramenti nobilissimi scz corporis dñi. quia ibi est status graduū et ordinū ascendentium. et ita vltra sacerdotium non est gradus ordinis. Sed tn̄ intra hunc gradum ⁊ ordinem contingit esse distinctōem dignitatū et officioꝝ. que tn̄ nouum gradum vel ordinē non cōstituūt. vt archipresbyter. epūs. archiepūs. patriarcha. pōtifex summ⁹. que vltra sacerdotiū non addunt ordinē nec gradū nouum. sed solū dignitatez et officiū. et ita epatus ꝓut ꝑcernit ordinē sacerdotij bñ potest dici ordo. sz ꝓut distinguitur ꝯtra sacerdotiū dicit dignitatez quandam vel officium ipi annexū. et non est ꝓprie nomen ordinis. nec nou⁹ caracter imprimit̄. nec noua ptās dat̄. sed ptās data ampliat̄. Vn̄ sicut non recipit alias claues. sic nec alium ordinez. et h̄ sensit magister hugo. hoc etiam sensit magister sniaꝝ sicut pz per id qd̄ dicit in littera. ꝙ non sunt noīa ordinuz sed dignitatum. hoc etiā tenet cōis opinio ꝙ in epatu caracter nouus non imprimit̄. sz illi aliqua eminentia confert̄ que semꝑ manet cum ipo caractere ordinis. ablata tn̄ iurisdictiōe. Hanc ḡ opinionē sustinendo dicamus ꝙ epatus ꝑcise loquendo nō est ordo. sed ordinis eminentia vl̄ dignitatis. Ad illud 73 ḡ qd̄ primo obijcit̄ de ysidoro ⁊ pelagio. dicendū ꝙ ad eoꝝ auctes et consiles vnica rūsione pōt responderi. ꝙ ipi nomē ordinis ampliāt ad officia et dignitates. sed magistri nr̄i strictius acciplūt. s. ꝑ gradu potestatis. ⁊ hoc patet ꝑ hoc ꝙ ysidorus dicit ꝙ epoꝝ quadripetitus est ordo. Cum eni ordinatus in epm̄ si assumat̄ ad archiepatuz nō cōsecret̄ de nouo. sed solum accipiat pallium. patet ꝙ nō potest intelligi ꝙ nouus sit ibi ordo sed solum dignitas altior. Si ḡ dicit ipos esse diuersos ordines. manifestū est ꝙ nomē ordinis ad officia et dignitates extendit. et ꝑ hoc patet aliud sequens. Sicut eni ampliat̄ vocabulum ⁊ significatio ordinis. ita et verbū cū dr̄ iste ordinatur in epm̄. vnde non ita ꝓprie dicitur aliqs ordinari cuz promouet̄ in epm̄. sicut cū ꝓmouet̄ in sacerdotem sed magis ꝓprie dicitur consecrari. Vn̄ et apostolus loquens ꝓpe dicit. Act. xx. posuit vos spūs sanctus epos ⁊c̄. Et. i. Thi. iij. Si quis epatū desiderat bonum opus desiderat. Ad illud qd̄ obijcit̄ ꝙ per 74 epum ordines dispensant̄. dicendū ꝙ nūq̄ pñt ꝑ epm̄ dispensari nisi ordines illos quos dispensat haberet maxime nisi haberet sacerdotiū. et ideo concedo hō ꝙ epatus includit necessario ordinē ꝑfectissimū scz sacerdotiū. et illi supaddit aliquā eminentiā quā et ipm̄ nomē nobis insinuat. dr̄ eni epūs ab epy ꝙ est supra. Ad illud qd̄ obijcit̄ ꝙ ordo est signaculū in q̄ 75 spiritualis potestas ⁊c̄. dicendū ꝙ epatus deficit quantum ad vtramqz partem diffinitionis. Primo nāqz deficit a ratione ordinis quantum ad hoc ꝙ dicit̄ signaculum. quia signaculuz ibi accipit̄ ꝑ caractere. ⁊ hic non imprimit̄ in epatu. cuius signū est ꝙ nō pōt epūs ꝯsecrari nisi sit sacerdos. et ita per se caracterē non imprimit. Amplius deficit. q2 non datur ibi noua ptās. sed solum potestas ligandi et soluendi amplatur. et ideo in huius signum baculus pastoralis porrigitur. Unde sicut collatio pallij non dat

nouum ordinem archiepo vltra epm. sic nec collatio bacli aut anuli aut mitre aut alicuius cõsimilis vltra sacerdotem. talia enim potius sunt sacramentalia q̃ sacramenta. nõ enim sacramentalia tm̃ precedunt sacramentum. sed etiã sequi possunt. Ad illud qd obi. q solennior est inunctio. dõm q verum est pro eo q ad summum pontificatum assumitur. et datur ibi eminentia status et dignitatis pastoralis in qua debet esse eminentia sanctitatis. Unde illa sanctitatis eminentia p supabundantẽ inunctõnem dz signari. scdm q dr de summo põtifice aaron sicut vngentũ in capite ei⁹ qd descendit in barbam aaron. Unde ad officiũ illud maior requirit sanctitas q̃ requirat ad ordines. hinc est q maior fit inunctio. Reges em̃ ꝛ principes ꝯsueuerunt inungi in signũ dignitatis. qbus nõ ordo ꝯfert sꝫ regalis dignitas. sic ꝛ epi quib⁹ cõfert ordo sacerdotalis. ꝛ ꝑpter hoc rõ illa non valet. qꝛ inunctio nõ respicit ordinez inq̃tum est ordo sed magis dignitatem. Uñ ꝛ sacerdos non inungit ad ordinis necessitatẽ sꝫ magis ad solẽnitatẽ. vt digne possit corpus xpi sacratissimum consecrare.

Questio. iiij. q

Utrum ordies sint septem. an plures vl' pauciores. ꝛ q tm̃ septem sint h̃ expsse magister hugo dicit. magister etiã dicit in littera. Item necesse videt. qꝛ signũ dꝫ rñdere veritati. sꝫ in sacramẽto isto septiformis grã spũs. s. dat. g̃ videt q si gradus in ordie ꝯsignant. q septẽ debeãt esse. Sꝫ q debeant esse tm̃ tres videt auctoritate dyon. d' ecclĩastica ierarchia. vbi non ponit nisi tres gradus. s. ministros. sacerdotes. ꝛ epos. Itẽ hoc videt rõne. qꝛ distinctio graduũ dꝫ esse penes actus ierarchicos. isti aũt act⁹ sũt tres tm̃modo. s. purgare. illuminare. ꝛ ꝑficere. g̃ videtur q sint tm̃ tres grad⁹ siue ordies. Sꝫ q sint plures videt. qm̃ ecclĩa militans imitat triũphantẽ. ẽm qd dr Exo. xxv. Inspice ꝛ fac ẽm exemplar qd tibi mõstratũ est ꝛc. Sꝫ in illa est distinctio ꝛ gradus in angelis scdm numerũ nouenariũ. g̃ ꝛc. Itez quãto maior est recessus a principio. tanto magis tenditur in multitudinẽ. Sed ierarchia ecclĩastica pl⁹ distat a principio oĩm deo summo q̃ angelica. g̃ pluribus gradib⁹ ꝛ ordinib⁹ debet distingui q̃ angelica. g̃ plures deberẽt esse ordines q̃ nouẽ. Est igit qd ꝑpter q̃d in h̃ sacramẽto magis est grad⁹ distinctõ q̃ i alijs. Et ꝑpt q̃d i nũero septenario. Rñ. dõm q oẽs i h̃ ꝯcordãt scꝫ q huic sacramẽto ꝯpetit graduũ distinctio. siue ꝑpter h̃ q penes ipm membra eccĩe in corpore mystico ordinãt ẽm diuersas opatões ꝛ grãs ẽm q dicit aplus. j. ad Chor. xij. Siue ꝑpter hoc q ẽm illud sacramẽtuz ꝯfigurat ꝛ ꝯformat pulchritudo eccĩe militantis pulchritudini eccĩe triũphantis Siue ꝑpter h̃ q illud sacramẽtuz in suo supremo ponit ꝛ disponit hoiem ad grãm ꝑfectõis. ꝛ gratia ꝑfecta in pluritate donoꝝ spũs. s. consistit. Siue ꝑpter h̃ q illud sacramẽtuz ordinat ad dignissimũ ministeriũ qd est ꝯsecratio dñici corpis. ad quã nõ statim ẽ ꝯuolandũ. sed ꝑ gradus paulatiue ascendendũ. cuz sacramentũ ꝑpter sui nobilitatẽ ꝛ reuerẽtiam multa debeat habere mysteria iferiora. Oĩmib⁹ his modis accipit rõ pluralitatis in gradib⁹ ordinuz. ꝛ ẽm ꝛspectũ ad has rõnes plurificandi sumit sufficiẽtia graduũ ecclĩasticoꝝ diuersimode a diuers. Quidã eñ sumunt penes distinctõem mẽbroꝝ eccĩe que attenditur ẽm dona grãꝝ que determinat aplus. j. Coꝝ. xij. dicẽs. Alij dat ꝑ spm̃ sermo sapie ꝛc. ꝛ isti dicunt nouẽ esse ordines scdm genera grãꝝ que ibi ponuntur que sunt nouẽ. Uñ adaptant sic. Alij dat ꝑ spm̃ sermo sapie. s. epo. Alij ẽmo scie. s. sacerdoti qui dꝫ scire ligare ꝛ soluere. Alij fides. s. dyacono q̃ dꝫ euãgeliũ nũciare in quo fides nostra ꝯtinet. Opatõ virtutũ subdiacano q̃ aggredit opa ꝑfectõis. Interptatio sermonũ accollito cui⁹ est alios illuminare ꝛ tenebras effugare. Grã sanitatũ exorciste. Genera linguatũ psalmiste. Pophetia lectori. ꝛ discretio spũũz ostiario q̃ admittit bonos ꝛ repellit malos. Sꝫ iste modus sumendi non est omnino cõpetẽs. qm̃ ista dona grãꝝ non eisdẽ sed diuersis ꝯuenit mẽbris. oẽs aũt ordines eisdem dant licet successiue. Scdi sumunt aliquãtulũ aptius penes ꝯformitatẽ exempli ad exemplatũ. dicunt em̃ q sicut in angelica ierarchia ẽ distinctio ordinum penes purgare. illuminare. ꝛ perficere. sic est in ecclĩastica. Uñ. ix. sunt ordines ẽm hos tres actus triplicatos. Primo em̃ actui purgatõis rñdent tres. Qm̃ aut purgari hꝫ exterius. aut interius. aut ꝑtim sic. ꝑtim sic. Si exteri⁹ ꝑ segregationez corpalẽ bonoꝝ a malis. sic est ostiarius qui admittit bonos ꝛ excludit malos. Si interi⁹. sic est postremus inter inferiores scꝫ accolitatus. quia talis nõ purgat tenebras corporales. cum lumẽ ferat de die. sed spirituales. Si ꝑtim sic. ꝑtim sic. sic est exorcista. qui purgata vexatione dyabolica. que est quodãmõ intra respectu corporis. quodãmõ extra respectu anime. qꝛ non illabitur demõ aĩe. licet obsideat corp⁹ Silr quantũ ad actũ illuminatõis tres ordines accipiuntur. ẽm q triplex ẽ lumẽ. s. plenũ. subsequens. ꝛ precedens. Lumen plenum est in doctrina euãgelica. s. doctrina xpi q̃ spectat ad diaconos. Lumẽ subsequẽs in doctrina aplica q̃ spectat ad subdyaconos. Lumẽ ꝑcedẽs in ꝑphetica q̃ spectat ad lectores. Silr hꝫ op⁹ ꝑfectõis siue cõsumatiõs triplex est ordo. Quia quedã est ꝯsũmatio prima. vtpote ꝑ gratiam baptismi et penitentie. hec debetur sacerdotibus. Quedã excellentior. et hec epis. quoꝝ ẽ ordinare et cõsecrare abbates et virgines. Quedã excellentissima. vtpote consecrare epos. archiepos. et hec pertinet ad summũ pontificẽ. quia est pater patrum. in quo est plenitudo auctoritatis. ꝛ sic status istius ordinationis cõsummatur in vnitate. ꝛ descẽdit per gradus nouẽ. vt sic ꝯformetur hierlm celesti. et iste nouenarius reducitur ad ternarium vt sic ascendat ꝛ configuretur beatissime trinitati. Naz purgatio ꝑtinet seu reducitur ad bonitatẽ. illuminatio vero ad sapientiam. sed consũmatio ad potestatem. et sic regnum ecclesie per spiritum sanctuz et filium traditur deo patri. dum ad ipsam supremam ꝛ paternam vnitatem reducitur. vltra quã nõ est cogitare ascensuz. Et iste modus ẽ satis probabilis. Tamẽ adhuc aliquantulum a proprietate recedit. dum nõ accipitur ordinum distinctio per id quod est propriuz sibi et intrinsecum. Tercij adhuc sumunt aliquãtulum aptius penes gratiam ad q̃ ordinat ordo. qm̃ tantum ordinat ad gratiam perfectam que septiformis est. ideo ordinum ecclesiasticorum septẽ competit esse gradus. vt ordo hostiarij respondeat dono timoris. ꝑ quod recedit homo a malo. Ordo sacerdotij dono sapientie. quia gustat et administrat ipsum lignuz vite. ipsum panem celestem in quo est omnis sapor. Ordines intermedij respondent intermedijs donis Et iste modus iã dict⁹ adhuc satis est

probabilis τ magis attingit ad sufficientiā ordinuꝫ vere assignandaꝫ ꝙ aliquis predictorū. Licet autē omnes hꝫ modi ex dictis magistroꝝ tracti sint. naꝫ prim⁹ ex dictis ysidoꝛi. scd'us ex dictis dionisij. terti⁹ ex dictis hugonis τ magistri. tamen ad huc aliquid videt̄ rationabilius posse dici. si quartū modum sumendi attendamus qui est penes id ad q̄d ordo ordinatur. τ hoc quidē est ad corp⁹ xp̄i verū dispensandum ad vtilitatem corpis xp̄i mystici. Vn̄ in sacerdotio ē status in quo est cōsummatio p̄tātis. τ vera ꝙ potestas in xp̄o cōcurrit. s. conficiendi corpus xp̄i verū. τ absoluēdi mysticū. Hic aūt ordo nobilissim⁹ debet hr̄e ordines sibi subministrātes s̄m exigētiaꝫ hui⁹ duplicis potētie. Vn̄ quidā ministrāt quantū ad corpus xp̄i verū. τ hi sunt ordines vbo ꝓpinquiores Nā duplex est ministrare. aut accipiēdo hostias a plebe. τ hoc est subdyaconi. aut oñdendo sacerdoti τ h̄ est dyaconi. τ illud est principale coꝝ officiū sicut expresse innuit ysidorus. τ h̄ est ꝙ sic denominat̄. s. dyaconus quasi minister. at subdyaconus quasi subminister. alij inferiores subministrāt siue subseruiūt p̄parādo corpus xp̄i mysticū. ad h̄ ꝙ possit pduci ad veꝝ digne pcipiendū. τ ad hoc sunt. iiij. ordines s̄m ꝙ quadruplr̄ pōt ad h̄ p̄parari. Primo mō admittendo ad locū sacrū. τ h̄ est hostiarioꝝ. Scd'o p̄bendo documentū. τ hoc lectorū. Tercio prestando auxiliū τ hoc exorcistarū. Quarto monstrādo bonū exemplū. τ hoc ceroferarioꝝ siue accollitoꝝ. ad q̄s ptinet vt luceat lux eoꝝ corā hominib⁹ vt videāt ⁊c. et sic patet ꝙ miro mo do pcedit ordo a multitudie in vnitateꝫ. Nā principalis gradus vnus. τ subseruiētes debent esse duo. qꝛ eñ a primo deficiūt cadunt in dualitatem. τ rursus subseruientes duobus sunt quattuoꝛ. qꝛ deficiūt etiā ab illis. τ sic patet pfectio τ consūmatio ordinū. τ distinctio i numero septenario scd'm gradus potestatū que sunt essentiales ordinū. quaꝝ n̄ūerus τ sufficiā sumit̄ penes id ad qd̄ directe sunt. His visis obiecta de facili satis patent. Qꝛ ei obijcit̄ ꝙ sunt. vij. concedendū. Qꝛ v'o obijcit̄ [79] ꝙ sunt tres p dyonisiū. Dicēdū ꝙ dyonisius sub ministris cōprehendit. vij. gradus q̄ oīs administrāt sacerdoti. Ad illō qd̄ obi de illo triplici actu. dd'm [80] ꝙ distinctio ordinū n̄ sumit̄ penes illū triplicē actū sed potius scd'm actū ministrandi. τ si etiā sumeretur adhuc nō valeret. qꝛ illi plurificant̄. vt patꝫ i angelis. Ad illud qd̄ obi ꝙ imitat̄ supnā ierl'm. dd'm [81] ꝙ veꝝ est s̄m ꝙ suo statui cōpetit. In illa aūt supna ierl'm ordines assignāt̄ supmi. inferiores. τ medij. s̄m aspect⁹ ad diuersos. sicut patet in distinctiōe ierarchiarū angelicarū. ordines aūt ecclīastici sumunt̄ p cōpatōeꝫ ad vnū principalē. qꝛ ad hoc sūt. τ hinc est ꝙ n ec illo mō plurificant̄. nec in tot membra in quot ordines angelici.

Dist. xxv. De dispensatione sacri ordinis.

Olet etiam q̄ri ⁊c. Supra egit magr̄ de ordie. hic agit de ptāte cōferēdi ordines. Et qm̄ ptās exigit debitā ordinatōꝫ. Ideo primo agit magr̄ de potestate ꝯferēdi ordines. Scd'o d'o de eo qd̄ incidit circa ordis datione τ susceptōeꝫ qd̄ est symonia. ibi. De symoniacis v'o. Tertio v'o de ydoneitate ordinandoꝝ marie quantū ad etatē. ibi. Sacri inquit canones. Prima ps hꝫ tres. In prima arguit ad ptem falsam. oñdens ꝙ heretici nō pn̄t ordines dare. In secunda ad ptē verā. ibi. E cōtra aūt alij sentire videntur In tercia aūt p̄dictas ꝯtrarietates ad cōcordantiā reducit. ibi. Hec aūt quidā ita determināt. Siūr scd'a ps in qua agit de vicio qd̄ incidit circa ordinū datione qd̄ est symonia habꝫ duas. In prima agit de culpa. In scd'a v'o de pena. ibi. Differt tamē inter eos ⁊c. Tertia ps remanet indiuisa.

Agit de ptāte ꝯferendi ordines arguens ad ptem falsaꝫ ꝙ heretici nō pn̄t ordies dare. a

XXV.

Olet etiā queri si heretici ab ecclīa p̄cisi τ dānati possint tradere sacros ordies. τ si ab eis ordinati redeūtes ad ecclie vnitatē debeāt reordinari. Hanc q̄stionē pplexā ac pene isolubilē faciunt doctoꝝ verba q̄ plurimū dissentire vidētur. Vident̄ eñ qdā tradere hereticos sacros ordines dare non posse. nec illi q̄ ab eis ordināt̄ vident̄ grām recipere. Dicit eñ innocētius. arrianorū clericos nō videri suscipiendos cū sacerdotij vel misterij alicui⁹ dignitate. q̄bus solū baptisma ratū esse pmittit. qd̄ i nomie p̄ris τ filij τ sp̄ussancti pcipit̄. Dicit etiā eos non posse dare sp̄m sctm̄ quē amiserūt. τ ordiatos ab hereticis caput hr̄e vulneratū. τ eū q̄ honoreꝫ amisit honorem dare nō posse. nec illum aliquid accepisse. quoniā in dante nihil erat qd̄ ille possꝫ accipe. Tradit etiā venientibus ab hereticis per manus impositōneꝫ laycā tm̄ tribuendā ꝯmunionē.[a] nec ex hijs aliquē clericat⁹ honorem vel exiguum surrogare. Gregorius etiam

a Greg. iiij. dyā.

a Nec ab hijs aliq̄ clericatus honorē vl' exiguum surrogare. Videtur male dicere quia aut iste habet ordinem aut nihil habꝫ Si nihil hꝫ ergo poterit ab episcopo catholico promoueri cū dispensatione. sicut patet i hereticis. Si habet ordines. ergo iam promotus est. R̄e' ꝙ hoc nō dicit quia nō sit ordinatus. sed qꝛ male sit ordinatus. Male autem est ordinat⁹ duplr̄. aut qꝛ est ordinat⁹ a quo nō debet. aut qꝛ sicut nō debꝫ. Prio mō triplr̄. Aut qꝛ ordinatus ab

heretico vl' simōiaco sic hic in ꝓposito. tūc enim si sciēter facit ꝛ cōicat heresi vel simonie nō potest exequi. nec despensatur de facili. ꝛ hoc vult dicere in littera Aut ordinatur a catholico sine licentia epi ꝓprij ꝛ autoritate. talis deb; deponi. vij. q. i. epūs in dioces. dispensari tñ pt si talis ordinās posuit spē i ratihitiōe epi ꝓprij. Aut ordinat ab epo q renunciauit loco ꝛ officio. q: talis ñ deb; ꝯferre ordines. si vo renūciauit loco tm̄ pōt dare minores ordines. ꝛ de licentia epi pōt dare oēs. ꝛ q sine licentia epi ꝓprij recipit ordines. poss; depōi d rigore iuris. pōt tñ cū eo dispensari. Primo mō dicitur male ordinat⁹. q: nō recipit eo mō q d; ꝛ tūc aut furtiue aut p saltū. Si furtiue h̄ ē dupliciter aut quia duos recipit ꝛ eodē die ita ꝙ alterū furatur loquēdo de sacris ꝛ pena oim taliū ē deposito sicut d; distinctiōe. lxxvij. subdiaconus. extra de eo q furtiue. inotuit ꝛc. Si āt furtiue recipit vnū tātū. tūc aut fuit ꝓhibitū sub interminatiōe anathematis ꝛ tūc solus papa dispensat. extra de eo q fur. Si aūt nō fuit ꝓhibitum tūc pōt pmitti in minorib⁹ ꝛ si intrat claustrū plat⁹ pōt dispensare cū eo. Si vo ē ordinat⁹ p saltu; h̄ ē dupliciter. Aut ex malicia. aut ex negligētia. Si ex malicia. licet caracterē recipiat. tñ d; depōi. Si ignorāt sic pena sibi imposita ab epo poterit ad inferiorē ordinē ꝓmoueri. suspēso eo interim ab executiōe superioris. di. lij. ex tra de cle. p sal.

dicit sacrilegā eē arrianoꝝ ꝯsecratōē cū ex eoꝝ manu ꝯmunio pcipit. Ciprian⁹ etiā dicit. Oia q̄cūq; faciūt heretici carnalia ꝛ inania ꝛ sacrilega esse. ꝛ eoꝝ altaria falsa. ꝛ illicita sacerdotia. ꝛ sacrificia sacrilega q more symeaꝝ q cū hoies nō sint formā imitāt humanā. vultū ecclesie catholice ꝛ autoritatē sibi vēdicāt. cū ipi in eccl'ia ñ sint. ꝛ cū sint sacrilegi sacerdotiū āministrāt. ꝛ altare ponūt cū nec sacrificari oblatō illic possit vbi spūs sanct⁹ nō sit. nec cuiq; dñs per ei⁹ preces ꝛ orationes ꝓsit q dn̄m ipm violauit. Hieronim⁹ quoq; asserit oia que offerunt ab hereticis cōtaminata esse in cōspectu dñi. q: licet scā videant specie sui. tñ q: contacta sunt ab illo q pollut⁹ est. polluūt oia. Idē. odit deus sacrificia hereticoꝝ ꝛ a se ꝓijcit. ꝛ quotiens i nomine ei⁹ cōgregati fuerint. detestat fetorē eoꝝ ꝛ claudit nares suas. Idē. Illi offerūt panē sacrilegum ꝛc. Leo etiā testat extra eccl'iam nec rata esse sacerdotia. nec vera esse sacrificia. Idē etiā dicit. p crudelissimā vesaniā in alexandrina sede oīm sacramētoꝝ lumen extinctū. Intercepta est sacrificij oblatio. defecit chrismatis sanctificatio. ꝛ patricidalib⁹ manibus impioꝝ omnia se subtraxere mysteria. His alijsq; testimonijs astrui videt sacramēta ecclesiastica. ꝓcipue corporis ꝛ sanguis. ordinatōis ꝛ cōfirmatiōis. per hereticos nō posse ministrari.

Ciprian⁹ martyr in epistola cōtra hereticos

Hieronim⁹ sup aggeum.

Idē sup amos

Idē sup osee.

Leo ad anatholiū ꝯstātinopolitanū epm.

Arguit ad partem veram. b.

Ecōtra aūt alij sentire videtur ꝙ ab hereticis etiā ꝓcisis sacri ordies sicē ꝛ baptism⁹ tradi valeāt. nec ab hereticis redeūtes q illic ordinati sūt ꝛ baptizati. iteꝝ ordinādi sunt sicut nec baptisandi. Vñ Aug. de hereticis etiā dānatis. Qd quidā dicūt baptisma qd accepit nō amittit q recedit ab eccl'ia. ius dandi qd accepit amittit. multis modis apparet inaniter dici. Primo q: nulla ondit causa. cur ille q illd baptisma amittere nō pōt. ius dandi possit amittere vtrūq; eñ sacramentū est. ꝛ quadā cōsecratōne vtrūq; hoini dat. illud cum baptizat. ꝛ illud cū ordinat. Ideo nō licet in catholica eccl'ia vtrūq; iterari. Nā si qñ ex ipa pte veniētes etiam ꝓpositi ꝓ bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt. ꝛ si visum est opus esse vt eadē officia gererēt que agebāt. nō sunt rursus ordinādi. Sed sicut baptismus in eis. ita in eis mansit ordinatio integra. q: in precisione fuerat viciū qd i vnitate pacis est correctū. nō in sacramentis que vbicūq; sunt ipa sūt. Et cū ipi expedire videt ecclesie. vt ꝓpositi eoꝝ veniētes ad catholicā societatem honores suos ibi non āministrent. non eis tñ ipa ordinatōis sacramenta detrahūtur sed sup eos manēt. Ideoq; nō eis manus imponitur. ne nō homi sed ipi sacramēto fiat iniuria. Sic autem in baptismo est ius qd p eos dari possit. sic i ordinatōne ius dandi est. vtrūq; qdem ad pniciē suā. sed aliud est nō habere. aliud pniciose habere. aliud salubriter habere. Idē. de his q ab eccl'e vnitate sepati sūt nulla iā qd est qn habeāt ꝛ dare possint. s; perniciose hñt pniciosēq; dāt. q: extra vinculu; pacis sūt. neutri

Aug⁹. in epistola ad parmenianum.

sacramēto faciēda est iniuria. Sic nō recte habet qui ab vnitate recedit. sed tamē habet. et ideo recedēti nō reddit. Sic etiā nō recte dat qui ab vnitate recedit. et tñ dat. et ideo qui ab eo accipit veniēti ad vnitatē nō iterat. Idē. Aliud est nō habere aliquid. aliud est nō iure habere. vel illicite vsurpare. Nō ergo ideo nō sunt sacramēta christi et ecclesie quia eis illicite vtunt. nō mō heretici. sed etiā oēs impij. sed illi corrigēdi sunt et puniēdi. illa aūt sunt agnoscēda et venerāda Itē Greg. Quod dicitis vt qui ordinat⁹ ē iterū ordinet valde ridiculosum est. vt eñ baptisat⁹ semel iterū baptisari nō debet. ita qui cōsecrat⁹ est semel in eodem ordine nō valet iterū cōsecrari. His aliisqȝ autoritatib⁹ videt asseri in omnib⁹ impijs. etiā in hereticis p̄cisis et damnatis xp̄i sacra pmanere cū iure dandi. possunt eñ dare. sed pniciose. et quib⁹ dederunt. nō sunt iterū ordinādi. Que pmissis ex opposito obuiare vident.

Reducit p̄dictas cōtrarietates ad cōcordiā. c

Hec aūt quidā ita determiant. dicūt eñ hereticos accepta sacerdotali vel episcopali vnctiōe ab ecclesia recedētes. baptismi quidē dandi ius retinere. sed nō hre facultatē tribuēdi sacros ordines. vel cōsecrādi corp⁹ dñicū. postqȝ p̄cisi et dānati sūt ab ecclesia. Sic degradat⁹ epūs nō hȝ potestatē largiēdi sacros ordines. facultatē tñ baptisandi non amisit. Quod vero Aug⁹ ait intelligūt dictū de hereticis qui nō sentētia ecclesie sȝ prauitate sensus sui a fidei veritate ac doctrine vnitate diuisi sūt. Qui licȝ tales sint. ius tñ ordinādi et cōsecrandi habēt. et qui ab eis ordinant añ manifestā p̄cisionē. etiā si cū eis apte exierit. et sñia ecclesie dānati fuerit. tñ si redierint iterū ordinādi nō sunt. Et vbicūqȝ legit de ordinatis ab hereticis quod seruatis eis ordinib⁹ ministrare valeāt. vel iterū ordinādi nō sint. de hmōi accipiēdū dicūt. Nā postqȝ p̄cisi fuerint et dānati iudicio ecclesie. ius ordinādi et cōsecrādi eis detractū asserūt vt degradatis vel excōicatis. Alij vero dicunt sacramēta ab hereticis et p̄cisis scdm formā ecclesie celebrata. vera esse et rata. quia recedentes ab ecclesia ius dandi et cōsecrādi nō pdiderūt. et qui sic ab hereticis ordinant. cū redeūt. iterū ordinādi nō sunt. Que vero ab hereticis alit quam in ecclesia fiūt. falsa sūt et inania. et qui a talibus ordinari vident nō mun⁹ sed vuln⁹ accipiūt. et scdm hāc differētiā varie de hijs loquūt doctores. Quidā vero dicunt eadem sacra ab hereticis p̄cisis posse celebrari quam a catholicis. si ab illis forma ecclesie seruet. et ab eis celebrata vera esse et rata quantum ad se. quantum vero ad effectū. falsa esse et inania. et in hijs qui male tractant. et in hijs qui male suscipiūt. ideo irrita et falsa. quia quod pmittūt et cōferre credūt. nō tribuūt. Damnāda etiā dicunt. quia illicite dantib⁹ vel accipiētib⁹ sūt in iudiciū. Polluta etiā dicūt. nō quantū ad se. sed pp̄ indignā hereticorū tractationē. Vnde Greg. cōmunionē arrij vocat execratorū. et Innocēti⁹ bonosij ordinatorū. dānatorū. nō quod ita in se sint. sed quia male dātes vel accipiētes tales facit. Sic etiā hiero. sacrificia eorū panē luct⁹ vocat. nō quantū ad se. sed quantum ad effectū. Nōnulli vero tradunt illos hereticos qui in ecclesia ordinati sūt. ius ordinādi et cōsecrādi etiā cū separati fuerint hre. Qui vero in scismate vel heresi positi ab eis ordinati et iuncti fuerit. illo iure carēt. Ideoqȝ cū ordinare volūt. vulnus poti⁹ infligūt quam grām cōferūt.

Agit de vicio quod incidit circa ordinis dationē et susceptionē. s. symonia quantum ad culpā.

De symoniacis vero nō ē ambigēdū quin sint heretici. qui tñ añ sñiaȝ degradatiōis et ordināt et cōsecrāt. Et licȝ symoniaci pprie dicant qui instar Symonis magi impciabilē gratiā p̄cio cōducere volūt. et qui p misterio sacro p̄ciū recipiūt in modū gyezi Gyezite vocādi sūt. [b] oēs tñ et dā-

Greg⁹. Iobi rauenēsi epo

Aliorū sñia.

Hieronym⁹ sup Osee.

2 Nota etiā hic quod licȝ possit saltari ab vno ordie omisso alio. pretermisso tñ sacerdotio nō pōt esse epus. extra de excessib⁹ p̄latorū ex literis. in fine. Si vero omisit dyaconatū epus est. sed illuȝ ordinē quē omisit dare non pōt. j. q. j. Itē tñ nō est in baptismo quia est sacrm primū.

5 b Omnes tñ et dātes et accipientes symoniaci dicunt. Videt male dicere. quia symon solū voluit emere. ergo soli emptores symoniaci debēt dici. et venditores gyezite. Itē plus fecit gyezi quam symon. quia symō solū voluit emere. sed gyezi vēdidit. ergo magis ab ipso debent denoiari. Rñ⁹ dicēdū quod symon ideo voluit emere vt post vēderet. ideo vtrūqȝ maluȝ et peccatū sibi imputat. et ideo vtriqȝ ab ipso denoiant. Quod obijcit de voluntate. dicendū quod quia iste licȝ

D

tes τ accipiẽtes symoniaci dicunt. et ᶜvtriq̧ eadẽ sententia pcellunt.

Agit de symonia q̃ztum ad penam. e

Differt tñ inter eos qui ordinant a symoniacis sciẽter. τ eos q̃ ignorãter. Qui em̃ sciẽter a symoniacis se pmiserint cõsecrari. imo execrari. eoꝝ ɔsecratio oĩno irrita est.ᵈ Qui vo ordinant a symoniacis quos cũ ordinãt nesciũt eẽ symoniacos. qui τ tũc p catholicis habent. eoꝝ ordinatio misericorditer sustinet. Si vo aliqui obiecerint se nõ ɔsecratiões emere. sed res ip̃as q̃ ex cõsecratiõe puenĩũt. penit⁹ desipere pbant. nãᵉ quisq̧ hoꝝ alterũ vendit sine quo alterum nõ habet. neutrũ vẽdere derelinquit.ᶠ Symoniace aũt heresis tripertita est distinctio. Alij em̃ symoniace a symoniacis ordinant. Alij symoniace a nõ symoniacis. Alij nõ symoniace a symoniacis. Vñ Nicola⁹ papa. Statuim⁹ decretũ de symoniaca tripita heresi. i. de symoniacis symoniace ordinãtib⁹ vel ordinatis. τ de symoniacis symoniace a nõ symoniacis. τ de symoniacis nõ symoniace a symoniacis. Symoniaci symoniace ordinati vel ordinatores ſm canones a pprio gradu decidãt. Symoniaci etiã symoniace a nõ symoniacis ordinati siĩr ab officio remoueant. Symoniacos vo nõ symoniace a symoniacis ordinatos misericordit p man⁹ ĩpositiõẽ p tpis necessitate ĩ officio pmittim⁹ pmanere. Qð intelligendũ est de hijs q̃ ordinant a symoniacis ignorãtes eos esse symoniacos. hos facit symoniacos non reatus criminis sed ordinatio symoniaci. Alexãder papa de hijs q̃ violẽter a symoniacis vel hereticis ordinant. Similit cũ decernit Alexãder papa symoniacos oĩno damnãdos ac deponẽdos. subintelligendũ est nisi violẽt q̃s attract⁹ fuerit. De hys em̃ τ a q̃buslibet hereticis violẽter ordinatꝫ dicit Innocẽ. q pñt hr̃e aliquẽ colorẽ excusationis si statim discedũt ab eis. et pessimo eoꝝ cõciliabulo renũciant.

De idoneitate ordinãdoꝝ maxie q̃ztũ ad etatẽ. f

Sacri inquit canones sanxerũt. vt subdiacon⁹ nõ ordinet ante. xiiij. annos. nec diacon⁹ aũ. xxv. nec p̃sbyter ante. xxx. deinde si dign⁹ fuerit ad ep̃atũ eligi põt. qð nos etiã pari mõ seruare iubem⁹. Itẽ Fabian⁹. Si q̃s. xxx. etatis nõ impleuerit annos. nullo mõ p̃sbyter ordinet. τ si valde sit dignus. q̃ et ip̃e dominus. xxx. annoꝝ baptisat⁹ est. τ sic cepit docere.

ipe gratie reuelate. τ maiorem potestatẽ τ sp̃ualiorẽ voluit emẽ τ iterũ pactuꝫ voluit facere. iõ grauı⁹ satis τ enormius peccauit q̃ ille q̃ petijt ex quadã liberalitate. τ credebat ille q esset modicuꝫ. sed pena lepre sempiterne ostẽdit q̃ magnũ eẽt illð scel⁹.

4 c Vtriq̧ eadẽ snia pcellunt. Videt male dicẽ. q̃ grauı⁹ peccant vendẽtes vt videt q̃ minus appciant q̃ emẽtes. ĝ grauı⁹ debẽt puniri. Cõtrariũ videt. q̃ emẽtes p̃stant illi occasionem vt accipiat vltra sortẽ. ĝ si grauı⁹ peccat vsuras accipiens q̃ dãs. pꝫ τc. R⁹ dicẽdum q cẽtũ ad gen⁹ peccati est vniformitas. q̃ vterq̧ grẽ spiritussancti facit iniuriã. Sed grauı⁹ pensat pcm̃ ſm maiorẽ appetitũ τ intẽsionẽꝫ libidinis. et ſm statũ psone vẽdẽtis τ emẽtis. grauı⁹ em̃ peccat ep̃us vẽdens q̃ subditus emẽs. q̃ tñ gen⁹ peccati est idẽ. vtriq̧ eadẽ snia pcellunt.

5 d Qui vo ordinãt a symo. τc. Videt male dicẽ. q̃ tales symoniaci ordinãtes sunt irregulares. τ nõ hñt executiõꝫ. τ null⁹ dat qð nõ habet. ĝ nõ dãt executiõꝫ. Itẽ ponat q aliq̃s symoniac⁹ q̃ ẽ mihi not⁹ sustineat ab eccl̃ia. τ ip̃e ẽ ep̃us meus. et ego cõpellor ad sacros ordines. q̃rit q̃d nũc facere debeã. Si em̃ sciẽter ordiner a symoniaco siĩ irregl̃aris τ punior tanq̃ symoniac⁹. Si nõ obedio pecco mortalit τ scãdaliso. ĝ videt q i tali casu sit hõ pplexus. R⁹ dicẽdũ q in pmo casu executionẽ hꝫ a iure. qð pter ignorãtiã talẽ reputat eũ excusatũ. ordinẽ vo hꝫ a symoniaco. In secũdo debet quãtũ põt subterfugere. q si nõ põt mag̃ patit q̃ agat. τ habet tũc p excõicato. vnde vel debet ordines differre. vel ad aliũ ep̃m ire. ſ si nõ põt ad aliũ. debet sustinere. τ cũ eccl̃ia sustineat dꝫ τ ip̃se sustinere sicut ille
6 q̃ ignorat. e Quisq̧ hoꝝ altera vendit τc. Videt male dicere. q̃ ius patronat⁹ annexũ ẽ fundo inseparabiliter. ĝ cũ ius patronat⁹ sit sp̃uale. τ nõ possit vendi sine symonia. impossibile ẽ q talis fund⁹ sine symonia vendat. R⁹ dicẽdũ q mg̃r nõ loquit de tp̃alib⁹ quib⁹ annexa sunt sp̃ualia. ſ ecõtra de sp̃ualib⁹ q̃b⁹ annexa sũt tp̃alia. sicut ẽ p̃benda. τ i talib⁹ hꝫ locũ vbũ mg̃ri nõ in pmis. Fũdus em̃ nõ est annex⁹ iuri patronat⁹. ſ magis ecõuerso. Vel dicendũ q intelligit de eo qð ita iũctũ ẽ sp̃uali q tenet locũ sp̃ualis. Sed fund⁹ siue villa cui
7 ius patronat⁹ annexũ ẽ tenet vẽ rõnem rei tp̃alis. f Symoniace aũt heresis tripita ẽ distinctio. Querit quib⁹ modis ɔtrahit symonia. τ ɔsueuit dici q q̃nq̧ modis. qui hijs vsib⁹ cõtinent. Munus. lingua. timor. caro. cũ fama populari. Nõ faciũt gratꝫ sp̃uale dari. ĝ ſm hoc videt q mg̃r insufficiẽter tres modos assignat.

d

De hijs q̃ dicũt se emere corporalia nõ sp̃ualia.

e

f Symoniacoꝝ triplex distinctio.

Nicola⁹ papa.

Nicola⁹ papa.

Fabianus.

Iuxta hoc querit̃ de sufficiẽtia hor̃ modor̃. cũ eñi fama sit bonus odor sicut bonũ exemplũ. nõ videt̃ q̃ sit q̃d ꝑpale. Itẽ i ve. le. habebat̃ sacerdotiũ iure ꝑpinq̃tatis. & cũ illo nõ est pctm̃. nõ videt̃ ⁊c. R° dd. q̃ ꝑprie loquẽdo symonia ẽ in ꝑcio qd̾ q̃dẽ intẽdit auaricia. m̃arie cũ interuenit pactio. ⁊ ita symonia denomĩat̃ h a m̃gr̃o. Et p̃t fieri tripliciter. q: ꝑciũ p̃t dari ita q̃ symoniac⁹ nõ recipit. vtpote. q: dat̃ collateralib⁹. vel p̃t dari a collateralib⁹ ordinati. vel p̃t ip̃e ordinat⁹ dare ordĩnatori. tũc est symonia i ordinis susceptiõe. ⁊ ꝑprie loquẽdo in his trib⁹ modis. Uel alit̃. q: aut ordinat⁹ dat ⁊ ille recipit. ⁊ tũc symoniace ordinat̃ a symoniaco. Aut quia nec iste dat nec ille recipit. s; ille al's fuit symoniac⁹. ⁊ tũc ordinat̃ nõ symoniace a symoniaco. Penes hoc sumit̃ distinctio m̃gr̃i satis sufficiẽs. sed in cõi distinctiõe modor̃ accipit̃ symonia gñali⁹. a q̃ pauci sunt hodie immunes in clero respectu m̃ltitudinis. vtpote. q̃n ille q̃ ordines tribuit. vel ali⁹ ex causa inordinata acq̃rit siue ordinẽ siue bñficiũ. ⁊ isti sunt. v. modi quor̃ sufficiẽtia p; sic. Si aliq̃s inordinate mouet̃. aut ex timore male humiliãte. ⁊ sic est vn⁹ mod⁹. Aut ex amore male inflamãte. ⁊ tũc cũ triplex sit amor. s. supbia vite q̃ amat honores. ⁊ ɔcupia carnis. ⁊ ɔcupia oculor̃. Penes ɔcupiscẽtiã oculor̃ accipit̃ illa q̃ est in nũmo que cõprehẽdit omne terrenũ ⁊ obsequiũ vile. Penes amorẽ carnalẽ accipit̃ aliud mẽbrũ. s. caro qd̾ cõprehẽdit inordinatũ amorẽ siue respectu ꝑpinquor̃ siue respectu alior̃. vt si q̃s amore fornicarie ꝑmoueret filiũ fornicarie. Si aũt q̃ũ ad supbiã. dupliciter. Aut ꝑut appetit fauorẽ vt hypocrita. ⁊ sic est fauor siue fama popularis. aut ꝑut appetit laudari. ⁊ sic lingua. ⁊ sic pat; sufficiẽtia. Uel vt distinguat̃ mun⁹ a manu. a lingua. ⁊ corde. ⁊ duplex motiuũ timor ⁊ amor. ⁊ sic erũt. v. modi. ⁊ p hoc p; numer⁹ ⁊ sufficiẽtia. Ad illud qd̾ obijcit̃ de fama. dicendũ q̃ fama magnũ bonũ est nõ appetẽti sicut viro iusto. s; appetẽti ⁊ laborãti ad hoc nõ est magnũ bonũ sic hypocrite. Uñ Prouerb. x. Memoria iusti cũ laudib⁹. ⁊ nomẽ impior̃ putrescit. Qd̾ obijcit̃ de ɔsanguinitate nõ ẽ simile. q: sacerdotiũ veteris legis erit carnale. s; illud noue est spũale. ⁊ sic patẽt ea q̃ sunt circa istã partẽ. 8 9

Ad intelligentiã p̃ntis distinctiõis duo ꝑncipaliter q̃runt̃. Primo q̃rit̃ de potestate ordinãdi. Secũdo de possibilitate ordinãdor̃. Circa primũ q̃runt̃ q̃tuor. Primo vtrũ sol⁹ ep̃us possit ordinare. Secũdo vtrũ ep̃us heretic⁹ possit ordines dare. Tercio vtrũ symoniac⁹ ep̃us aliquẽ valeat ordinẽ vendere. Quarto vtrũ ordines dans symoniace hoc ipso fiat heretic⁹.

ea coire nõ potuit quã clanculo frater eius corripit et grauidã reddidit. decretuz est vt quis nupta non potuerit eẽ legittimo viro. despõsatã tñ fratri frater habere nõ possit. sed mech⁹ et mecha fornicatiõis q̃dem vindictã sustineãt. licita vero eis cõiugia nõ negent. De illa despõsatõe hoc intelligi dz vbi nõ fuit cõsens⁹ cõiugalis de pñti. alioquin non liceret eis alia sortiri cõiugia. Scd̃m hoc etiã illud intelligi dz. Statutũ ẽ a sacro conuentu vt si q̃s spõsam alteri⁹ rapuerit. publica pñia mulctet. et sine spe cõiugij maneat. et si ipe eidem crimini cõsentiẽs nõ fuerit. licentia nubẽdi alteri nõ neget. Apparet hãc fuisse despõsatã sine pactione cõiugali de p̃senti. et iõ nõ fuisse coniugez. cui viuẽte spõso alteri nubẽdi licẽtia nõ negat. Sũt eñ quedã nuptialia pacta de futuro ex q̃b⁹ spõsi et spõse vocãt. nec exinde coniuges sũt. Et ẽ pactio quedã cõiugalis de p̃senti que sponsũ et spõsã etiã cõiuges facit. et vtraqz pactio despõsatio vel sponsalia interdũ dicũt. proprie tamẽ spõsalia dicũt q̃dã solẽnia pacta nuptialia.

Ex concilio toletano.

Quare nõ statim tradant sponse. m

De nuptialibus pactis vbi est tñ sponsio futuri. Ait Aug. Institutũ est vt iã pacte spõse nõ statim tradantur. ne vilem habeat maritus datã. quam suspirauit sponsus dilatam.

Aug.

Que spõsa sit vidua mortuo spõso. et que nõ. n

Et ẽ sciendũ q illa sponsa q̃ tñ in futuro ẽ pacta. mortuo spõso. nõ remanz vidua. qz nõ fuerat vir ei⁹. vñ si q̃s eã duxerit. ad sacros ordines conscẽdere non prohibetur. qz non duxit viduã. Vidue eñ marit⁹ eque sicut bigam⁹ sacerdos fieri prohibet. Ex tali ãt copula nullus arcet a sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit ad sacros ordines accedere potest. o

Secundũ hoc intelligẽdũ qđ ait Pelagius papa. de illo qui mortuo sponso ei⁹ sponsã ducit in vxorẽ. Nihil est inquit q̃ntum ad hũc articulũ attinet qđ ei obuiet de canonicis institutis. q̃n ad sacros ordines promoueri valeat. Si vero talis sponsa fuisset inter quã et sponsã ei⁹ cõsensus de pñti itercessissz. eo mortuo vidua remãsisset. [f] cui copulat⁹ in coniugiũ vlterius ad sacros ordines non accederet cũ viduã duxerit. Non ẽ ergo ambigẽdũ q̃n solus de p̃senti consensus coniugium efficiat. et exinde veri coniuges appellent. Ideo p⁹ talẽ consẽsuz si q̃s alij se copulauerit. etiã si carnis cõmixtio illic sequat. ad priorẽ copulã reuocãdus ẽ.

Pelagi⁹ pp.

f

dia. Jlicet p⁹ contractũ mfumonium sponsaz dimittere. Et itez q licet nubere habetur ex predicta decretali. Si enim ista mulier nondum ẽ effecta vna caro. et propter hoc pt vir transire. & si ipa puniri nõ dz. aut vir suus est sibi restituẽdus. aut illa põt cũ alio cõtrahere. R. dõm q reuera sicut expresse dicit decretalis illa. licz hij q̃ cõsenserũt de p̃senti ad religionẽ conuolare. et alteri licet nubere. nec est credẽdũ q magister velit oppositũ dicere. Aliter eñ iuri canonico et rõni contrairet. nec in pte ista ei cõsentiẽdũ eẽt. Vñ [6] distinguũt iurisperiti matrimoniũ sm̃ triplicẽ differẽtiaz. Quoddam eñ iniciatuz. q̃ddam ratũ. quoddã cõsũmatũ. Matrimonium iniciat desponsatione de futuro. ratificat in cõsensu de presenti. cõsũmat in copula carnali. et iõ p̃missę auctes intelligi pñt nõ solũ de sponsa. verum etiaz de coniuge. Alique tñ autoritates q̃ sequũtur intelligũt de ea que pure ẽ spõsa. et propter hoc distinguit magr̃ duplicẽ modum desponsandi. Sũt tñ et alij modi qui infra patebunt.

[7] [f] Cui copulatus in cõiugium vlterius ad sacros ordines nõ accederz. cũ viduã duxerit. Videt male dicere. qz talis nõ diuidit carnẽ suam. nec vxor diuisit. & i nullo videt p̃iudicare sacramẽto. Itẽ talis mulier si ingrediat religionem cõsecrat vt virgo. si & mulieri nullum p̃iudicium generat. videt q nec viro. Contrariũ aũt videt dici in littera. R. dõm q illud quod dicit magister et pelagius fuit de rigore iuris. non propter obstaculum quod fuit ex parte sacramenti directe. Unde sm̃ noua iura hodie non tenetur eo q neuter carnem suam diuisit. et vxorem habuit virginem. quod attenditur in p̃fectione sacri. Et si tu obijcias mihi de eo q contraxit cum aliqua virgine. et matrimoniuz cõsũmauit. et p⁹ contraxit cum alia quam tñ non cognouit. q bigamus iudicat. dõm q hoc non est propter defectuz sacramẽti. sed quia presumitur contra ipsum de incontinentia. sicut dyaconus qui contraxit cum secunda in dyaconatu. et intellige cõtraxit de facto. qz de iure nõ põt. vt hẽt. xxviij. dis. cuz opere subsecuto puniatur tanq̃ bigamus. cum tñ scd̃m non fuerit matrimonium.

Ꝓ intelligentiā p̄sentis distinctiōis fm̄ tria q̄ determinat magister. tria p̄ncipaliter q̄runtur. Primo querit̄ de matrimonij quidditate. Scd̄o de causalitate. Tercio de insolubilitate. Circa primum querunt̄ duo. Primo querit̄ q̄d sit coniugiū genere ⁊c. Scd̄o quid sit nomine.

Questio .i. a

Utrū m̄rimonium sit maris et femine cōiunctio. et q̄ sic videt̄ p̱ rationē quā ponit magister in littera. matrimoniū inquit est maris et femine coniunctio. Et q̄ ita sit ōnditur rōne. Solo viro existente nō ē matrimoniū. similiter sola muliere existēte nō ē matrimoniū. ergo matrimoniū ē in simultate et in cōiunctione vnius ad alterū. Item nihil absolutū ē vnū in duobus subiectis. sed matrimoniū vnū est in viro ⁊ in femina. ergo nō dicit quid absolutū sed relatū. sed illud qōcunq̄ sit cū nō sit disparitas sed cōformitas. nō est disiunctio sed cōiunctio. sed illud ad qd̄ cōsequūt̄ ista tria bona. s. fides. ꝓles. et sacramentū ē recte matrimoniū. hic aūt ē cōiunctio maris et femine vbi est fides in sigñte. ꝓles in fecunditate. et sigñtia in insolubilitate. ergo ⁊c. Cōtra. multiplicato supiori ēētiali multiplicat̄ inferius. ergo si matrimoniū ē cōiunctio. quotiens vir et vxor ꝯiungunt̄. totiēs matrimoniū ꝯtrahit̄. et iterū int̄ eundē virū et eādē mulierē erūt plura matrimōia. qd̄ si falsū ē. ergo ⁊c. Item nullū sacramentū iterat̄ sup eandē materiā. ergo si matrimoniū ē cōiunctio cū muliere. ex quo semel ꝯiungit̄. nō debet amplius coniungi cū eadē. Sed hoc ē falsum ⁊ inconueniens. ergo ⁊c. Item oē sacramentū est signū sensibile. sed nulla relatio ē signū. cōiunctio aūt maris et femine ē relatio. ergo cōiunctio talis nō est signum. ergo nec sacramentū. ergo a simplici cōuersa. nullū sacramētum ē cōiūctio. ergo nec matrimōiū. Itē si matrimoniū est cōiunctio. aut ergo corpoꝝ. aut aīoꝝ. Nō aīoꝝ. q̄r tunc matrimoniū cēet in pn̄ia. Non corpū. q̄r tunc inter mariā et ioseph nō fuisset cōiugiū. Item siue sit cōiunctio corporū fm̄ cōmixtionē. siue aīoꝝ fm̄ cōsensū. cōtingit talē cōiunctionē remoueri p̱ odiū. ergo matrimoniū solui et destrui. Sed hoc factū ē vt 3 iam patebit. ergo matrimoniū nō ē cōiunctio. Re. dō. q̄ matrimoniū fm̄ genus remotū ē signū. specificatio aūt vel descensus ad genus inferius accipit̄ fm̄ cōparationē ad significatū. vn̄ cum hoc signum in hoc sacramēto sit cōiunctio xp̄i et ecclesie. et cōiunctio ū fit mediꝰ significari q̄ p̱ cōiunctionē. recte sicut baptismi ablutio p̱ ablutionē aque exteriorē. iō sicut baptismꝰ dī ablutio. sic m̄rimoniū dī ēēntialiter et fm̄ genꝰ suū cōiūctio. Et nota q̄ sicut in ablutiōe baptismi ē aliquid ꝑmanēs sicut impssio caracteris interior. et aliqd̄ transiēs vt lotio exterior. et vtrūq̄ dī baptismꝰ. sic in matrimōio ē aliquid ꝑmanēs. et hoc ē vinculū p̱ qd̄ ligat̄ vir et mulier q̄tumcūq̄ exterius sepent̄. et aliqd̄ transiēs sicut cōiunctio p̄mo mō facta p̱ verbū exteriꝰ. vel p̱ exteriorē actū. et vtraq̄ dī matrimoniū. et vtraq̄ ē cōiūctio. et iō recte matrimoniū cōiūctio dī et ē. sicut rōnes p̄me ōndūt. Ad illud qd̄ obī q̄ multotiēs cōiungit̄. dōm q̄ quedam cōiūctio dī vinculū. q̄dā facit vinculū. quedā ē vsus vinculi. dico ergo q̄ prima et scd̄a q̄r respiciūt substātiam matrimōij nō iterat̄. sed solū tercia. et ad multiplicationē illiꝰ nō sequit̄ multiplicatio matrimōij. qm̄ nō ē genꝰ in cādo. sed acꝰ in vtendo. siue vsus in agēdo. Et et hoc patet sequēs. q̄r nō ē iteratio sacramēti. et sicut frequēter mādu care corpꝰ xp̄i nō dicit̄ sacramēti iterationē sed vsum. sic in ꝓposito intelligendū. licet nō sit sile oino. q̄r qd̄ semel mādu catū ē iterū mādu cari nō pt̄. Sed hec mulier que semel cognita ē. iterū cognosci pt̄. Ad illud qd̄ obī q̄ oē sacrm̄ ē signū sensibile. dō. q̄ sicut silitudo corpalis sēsu pcipit̄ nō rōe sui. sed rōe q̄litatū in q̄bꝰ ē assilatio. q̄ sensus dep̄hēdūt. sic intelligēdū ē in ꝓposito. q̄ q̄muis ꝯiūctio fm̄ se nō sit pceptibilis vt ē relatio. tn̄ rōe corū que cōiūgunt̄ vt viri et mulieris. ⁊ rōe signi in qd̄ vel p̱ qd̄ cōiūgunt̄. Ad illud qd̄ querit̄ vtrū sit corpoꝝ an aīoꝝ. dō. q̄ in corpibꝰ aīoꝝ. q̄r ē ꝯiūctio rōe ꝯtentiū. et habētiū sexꝰ distinctos. illa aūt ꝯiūctio que respicit totū cōiūctū et ē matrimoniū ēētialr̄. nō est affectio aīoꝝ vel appropinquatio corpū. sed q̄dā vinculū obligatoriū qd̄ nō ꝑimit̄ sine affectu si in corpe separet̄. Et p̱ hoc patet r̄nsio ad vltimū.

10 11 12

Questio .ij. b

Quid sit matrimoniū nomie. et q̄ matrimoniū debeat hoc vinculū appellari ōndit̄ p̄mo p̱ iura canonica et ciuilia q̄ sic appellant. et mḡr sic in littera appellat. et multiplex ad hoc pt̄ adduci auctas. Unde Aug. ꝯ faustū. m̄rimoniū ad hoc dictū ē q̄ nō ob aliud dbeat femia nubere nisi ad h̄ vt mat̄ fiat. Item rōne vī. q̄r in alijs sacramētis denomiatio fit a materia vel a materiali p̄ncipio. sicut pz q̄ baptismꝰ lauacrū dī ab aq̄ lauāte magis q̄ a verbo. sed in hac ꝯiuntione maris et femie femia ē p̱ modū materie. ergo vī q̄ p̱ illā debeat denoiatio fieri. Itē q̄n relatio vel cōpatio ē inter extrema aliq̄. si recte denominat̄. ab eo debet denoiari in q̄ maior ē dependētia. Sed m̄lr magis indiget viro ꝯiungi q̄ ecōuerso. ergo talis ꝯiunctio potꝰ dz denoiari a muliere q̄ a viro. Itē relatio eq̄pantie potissime ei appropiat̄ in quo ē p̄sūmatio illiꝰ. sicut eq̄litas et silitudo filio appropiat̄. p̱ eo q̄ dat p̄intelligere p̄ncipiū a quo. patri āt vnitas appropiat̄. ergo si vir p̄mo creatꝰ est vnicꝰ. et pꝰ m̄lr facta vt ei ꝯiūgeret̄ in adiutoriū. et hoc p̱ matrimōiū. ergo h̄ vinculū dz appellari matrimōiū. Cōtra. in oībꝰ denoiatio dz fieri a digniori. sed in ꝯiūctiōe carnali siue matrimōiali dignꝰ extremū ē vir q̄ mulier. qm̄ caput mulieris ē vir. ergo ⁊c. Itē q̄ro fm̄ qd̄ genꝰ cause sit ista denoiatio. Si fm̄ genꝰ cāe finalis. Sed mulier ꝓpter virū facta ē nō vir ꝓpter mulierē. ergo potiꝰ dz denoiari a patre. Si fm̄ genꝰ cāe efficiētis. sed efficiēs ē actiuū p̄ncipiū. et p̄ncipiū actiuū in ꝯiūctiōe maris et femie est vir. ergo potꝰ dz denoiari a viro Si scd̄m cām materialē. sed nō vir et mulier. sed m̄lr ex costa viri. Si fm̄ cām formalē. cū magis teneat rōnē forme vir sicut dicit p̄hs q̄ materia appetit formā sicut femina virū. vī q̄ a viro debeat denoiari. Itē ꝯiūctio maris et femie ē relatio equiparantie. sed relatio talis respicit vtrūq̄ extremū eq̄liter. et talis relatio nō magis denoiat̄ ab vno q̄ ab altero. ergo nō magis a matre q̄ a patre. Item denominatio rei nō debet fieri ab eo quod accidit. et abesse potest. Sed vicio tali siue sacro freq̄nt̄ deest ꝓles. ergo ⁊ maternitas. ergo cū falso talis mulier dicat̄ mat̄. falso tale vinculū dī matrimoniū. Re. dō. q̄ aliq̄ voluēt dicere q̄ illd̄ vinculū siue cōiūctio nec denoiat̄ a patre nec a matre. sed cum sit vinculū vnum. denominat̄ ab vtroq̄

inquantū vniunť. et qm̄ pater et mř. siue vir et mulier vniunť vt sint vna materia ꝓlis. ideo hoc sacřm mřimoniū appellať nō a mře ſ a materia. et a monos qđ est vnum. unde mřimoniū q̄si. vna materia. Sʒ licet illud videať ꝓbabiliter dici. tñ ē cōtra ysidoꝝ in .ix. li. ethymo. vbi dicit ꝙ mřimoniū dicať a matre. vñ matrona dr̄ que iaʒ nupsit. et est dicta ma-[14]trona quasi mater nati. Vñ sicut ibi colligiť hoc sacramētum appellatur cōiugiū. appellať ⁊ nuptie. appellať et matrimoniū. Hanc triplicē denominationē hʒ ſm triplicē cōparationē siue cōsiderationē. Potest em̄ cōsiderari ſm illud qđ ē. et sic dr̄ coniugiū. qꝛ mutuū vinculum. et mutua ptās. et hoc dicit ysidorus. ix. ethymo. Aut scđm signum in quo appareť. et sic dr̄ nuptie quasi a nubib⁹. qꝛ nubētes opiri volebant. et eoꝝ capita velabanť. vñ et nomē translatū ē. Aut scđm fructum ad quem ꝑducit. ⁊ qm̄ ꝑducit ad bonū ꝓlis. iđ mřimoniū appellať. Magis aūt bonū ꝓlis ꝑ matris nomē dať intelligi. qꝛ mlier ꝓpter ꝓcreationē liberoꝝ facta ē in adiutoriū viri. ⁊ [15] qꝛ in ꝓcreatione ꝓlis magis incūbit sibi laboꝝ. Inde ē ꝙ matrimoniū q̄tuoꝛ habet ethymologias ſm nomen matris. Uno em̄ mō dr̄ matrimoniū. qꝛ matris monos. i. lex. qꝛ vt dicit Aug. cōtra faust. ad hoc debʒ femina nubere. ⁊c. Scđo mō qꝛ matreʒ monet vt seruet fedus cōtra luxuriā. Contra qđ dr̄ ꝓuer. ij. Reliquit ducē pubertatis et pacti. Tercio modo quia matrē in vita defendit. tum ꝑ virum. tum ꝑ ꝓlem. quia mulier indiget defensoꝛe. Ysa. j. defendite viduam. Quarto matrimoniū dr̄ matris muniū. i. matris officiuʒ. ꝑ eo ꝙ ꝓlis enutritio et acquisitio maxime spectat ad mulierē in cōcipiēdo. in portando. in pariendo. in nutriendo. in compatiēdo. vnde sicut possessio dr̄ patrimoniū. qꝛ patna sollicitudine acquiriť. sic ꝓlis acquisitio mřimoniū ē. hec ē potis-[16]sima inter oēs ethymologias. Ad illud qđ ꝗ obī ꝙ a digniori debet fieri denominatio. dđm ꝙ denominatio ē a fructu ventris. et ita a digniori. Sed nō fit denomiatio a muliere ſm ꝙ mulier. ſ scđʒ ꝙ mater. et ꝑ hoc patet sequela. quo genere cause sumiť. qꝛ a causa finali. a qua maxime debēt sacra denomi-[17]nari. Ad illud qđ obī de relatōe equipantie. dđm ꝙ vinculū in se cōsideratū equaliter respicit vtrūqꝫ extremū. ſ relatiue ad effectū non. et hic fit denomi-[18]natio ꝑ cōparationē ad effectū. Ad illud qđ obī ꝙ non semꝑ hñt ꝓlem. dđm ꝙ nō fit denominatio ab euentu. ſ ab intentione ꝓpter quā ꝑncipaliter institutū fuit sacřm. iđ ibi non est falsitas nec vanitas.

Consequēter queriť de scđo articulo. scʒ đ causalitate mřimonij. Et circa hoc duo queruť. Primo queriť vtrum ꝯsensus sit causa mřimonij. Scđo queriť vtrum sol⁹ consensus vocalis faciat matrimonium.

Questio. j. c

Qꝛ ꝯsensus sit cā mřimonij q̄ntum ad ꝑmū genus cause ořditur ꝑ Chriſ. qui dicit ꝙ matrimoniū nō facit coitus sed voluntas. Item Amb. nō deflo-ratio virginitatis facit coniugiū. sed pactio coniugalis. Itē exēplo ꝓbať. qꝛ inter mariā ⁊ ioseph fuit mřimoniū. et tñ nō interuenit nisi ꝯsensus. Itē ratione ꝓbať. qꝛ maioris libertatis ē pactio ꝯiugalis q̄ꝫ seruitutis. ſ solo ꝯsensu aliquis facit se seruū. ꝗ solo ꝯsensu pōt fieri alterius cōiunx. Contra. nihil ē cā efficiēs seipius. ſ mřimoniū nō ē aliud q̄ cōsensus. qꝛ ille ē signū cōiunctionis xp̄i et ecclesie. ꝗ ꝯsensus nō ē cā efficiēs mřimonij. Itē si ꝑpositū ē cā ꝑpositi. et oppositū oppositi. ꝗ si ꝯsēsus ē cā mřimonium ꝯstituēs dissensus ē destruēs. ſ mřimoniū non destruiť ꝑ dissensū hominū. ꝗ nec ꝑ ꝯsensū ꝯstituiť.

Itē multiplicata cā multiplicať effectus. ꝗ si consensus ē cā. et duo sunt cōsensus. ꝗ vr̄ ꝙ duo sūt matrimonia inter virū et mulierē. sed nō sunt duo matrimonia. ꝗ ⁊c. Itē si duo ꝯsensus faciūt mřimoniū. necesse ē vniri. ſ tunc vniunť qñ sunt idem. Sʒ in mřimonio nō vniunť in vnū. qꝛ ꝯsensus viri ē in mulierē. ꝯsensus mulieris in virū. ꝗ diuersi. nō ꝗ ⁊c.

Rꝫ. dđm ꝙ sicut baptismus dupl'r dicit. Uno mō [19] ꝓut cōprehendit exteriorē ablutionē. et interiorē caracteris impressioneʒ. alio mō ꝓ interiori caractere. Sic mřimoniū vno mō cōprehēdit vinculū et exterius signū. et mřimonium ē ꝯsensus expressus non eius effectus. Alio mō ꝓut stat ꝓ vinculo interiori. hui⁹ aūt vinculū habet cām ꝑmā. et habeť causaʒ ꝓximam. Prima est diuina institutio. ꝓxima ē humana actio. q̄ ē in cōuenientia cōsensuū duorum. scʒ maris et femine. et ideo dico ꝙ ꝯsensus ē causa matrimonij. ſ nō tota. imo cum institutione diuina. Cōsensus aūt nō alteri⁹ ſ vtr. usqꝫ ꝑsone. et ꝑ hoc patʒ ꝑmū argumētū. Ad illud qđ obī ꝙ si oppositum [20] est causa oppositi ⁊c. Dđm ꝙ ē causa efficiēs et conseruans. et causa efficiens solū nō conseruans. sicut patet. quia sol ē causa luminis ꝑmo mō. cultellus causa vulneris scđo mō. sic matrimoniū hʒ causam efficientē ꝯsensum ſ nō ꝯseruantē. Est ꝗ consensus cā vt mřimoniū fiat nō vt ꝑmaneat. Sil'r oppositū dissensus nō est cā dissoluēs factū. sed impediēs ne fiat. Ad illud qđ obī ꝙ nō vniunť. dđm ꝙ ē vniri [21] et in obiecto et in subō. et ē vniri in effectu. Dico ꝗ ꝙ q̄uis duo ꝯsensus non vniaňť in subiecto nec in obiecto. vniunť tñ in effectu q̄ surgit ex illo mutuo ꝯsēsu dū dr̄ h̄ vult illū in virū. vult eē eius vxoꝛ. et dū ille hāc in vxorē ducit efficiť vir ei⁹. Et si tu obijcias ꝙ nō vniunť in effectu nisi etiā vniāť in obiecto. dico ꝙ vniunť in effectu secūdario ⁊ in obiecto.

Questio. ij. d

Utrū ad cōtrahendū mřimonium sufficiat ꝯsensus vocalis absqꝫ mentali. Et ꝙ sic vr̄ primo ꝑ illud qđ dicit mgř. si verbis explicāt qđ tñ corde nō volunt. obligatio illa verboꝝ quib⁹ ꝯsentiunt. accipio tecum. matrimoniū facit. Itē hoc ořdiť rōe simili. s. in iuramēto. qꝛ q̄cūqꝫ arte verborū quis iuret. in ea significatione deus accipit in qua ille accipit cui iurať. sicut dicit Ysidor⁹. ꝗ in mřimonio sil'r videť ꝙ deus accipiat in illa intentiōe in qua accipit coniunx. ꝗ si cōiunx credit ꝑ verba illa ipm̄ vere consentire. talis ꝯsensus facit matrimoniū. ⁊ sic ⁊c.

Itē ecclesia iudicat mřimoniū eē q̄ñcūqꝫ aliquis cōtrahit cum aliqua ꝑ verba de pñti in publico. et si dicat se nō intendisse. nihilomin⁹ sentētiat ipm̄ debere reddere qđ exigit ius mřimonij. ꝗ si ecclesia recte iudicat. et nō credit illi. et credēdū sit hoi ferēti testimōiū ꝯ se. sine ꝯsēsu exteriori ē mřimōiū. Iteʒ h̄ ꝑ reg'a in canone hēť ꝙ fraus ⁊ dol⁹ nemini debēť ꝑfocinari. Si ꝗ iste dolose agit i ꝯsētiēdo ore nō cor-

de nō debet sibi dolus eius suffragari. ergo ita obligat sicut si corde et ore consentiret. Item hoc vr̄ rōne adducente ad incōueniēs. Si enī reqrit̄ interior cō-sensus. cū nemo de illo sit certus nec eē possit. nemo scit verū matrimoniū cōtraxit. ergo quotiēscunq̄ debi-tum petit vel reddit. discrimini se cōmittit. Itez esto q̄ quis cōtrahat cū duabus p̄ verba d̄ presenti. primo cū vna ⁊ postea cū alia. ⁊ nescit que istaꝝ inte-rius cōsenserit. ergo nescit que sit vxor eius vera. Sz te-net̄ vxori vere debitū reddere. ergo videt̄ talis ꝑplexus esse. Contra. Innocentius in quadā decretali de spō-salib⁹ libro. iiij. rn̄dēs cuidā casui in hac materia vbi defuit interior cōsensus. et vir mutauit sibi nomen. dicit q̄ nō ē matrimoniū. Et ratio quā assignat in fi-nebis verbis continet̄. quia dolus affuit. et defuit oīno ꝯsensus. sine quo nequeunt cetera fedus ꝑfice-re ꝯiugale. Item in alia decretali ꝓxima ante il-lam dicit. Pueri ante annos legittimos p̄ verba so-la nō contrahunt. cū intelligant̄ minime consenti-re. Item hoc rōne videt̄. q2 in alijs sacramentis sicut in baptismo ad hoc q̄ sit sacr̄m necessario req̄-ritur intentio dispensantis sicut supra oñsuz ē in ba-ptismo in his qui ioculariter baptizant. ergo pa-ri immo multo fortiori rōe in m̄rimonio. cū ad hoc sacr̄m requirat̄ ꝯsensus maxime libertatis. Itez qñcunq3 in sacr̄o deficit illud qd̄ tenet rōnem mediȷ inter rem et signū. nihil factū ē. vtputa. Si in baptis-mo nō imprimat̄ caracter. in eucharistia nō fiat ve-rum corpus xp̄i. Sz in hoc sacr̄o locum mediȷ tenet con-sensus animoꝝ. ergo qñ ille deficiat. irritū ē m̄rimoniū. Item qñcunq3 aliq̄d cōstat ex aliquo tanq̄ forma-li et ex aliquo tanq̄ materiali. qd̄cūq3 deficiat. et ip-sum deficit. Sz sacr̄m matrimonȷ est tale. ergo cum so-lus cōsensus aīoꝝ sit dispositio. et forma verboꝝ sit complemētū. qd̄cunq3 deficiat. non erit sacr̄m. ergo ⁊c.

22 R. dīm q̄ ē loqui de m̄rimonio dupl̄r. Aut in fo-ro ecclesie. aut in foro cōscientie. scd̄m duplex foruz scz iudiciale et penitētiale. ⁊ sm̄ h̄ ē dupl̄r iudicare. Quia in foro iudiciali iudicat̄ sm̄ allegata. In foro penitētiali sm̄ veritatē et ꝯsciam. Si ergo in foro peni-tēnali loquamur. q2 hoc ē iudiciū sm̄ veritatez et in cōspectu dei. dīm q̄ sicut dicunt doctores nr̄i. nec ē m̄rimoniū. nec m̄rimoniū iudicandū. Et cū sit mul-tiplex ratio. hec tñ est ꝑcipua. In omnib⁹ sacr̄is re-quirit̄ intentio voluntaria faciēdi qd̄ facit ecclesia. q̄ ergo talis sm̄ veritatē nō intendebat cōtrahere ma-trimoniū. nō fiut sacr̄m. Si aūt loq̄mur in foro iudi-ciali. vbi sm̄ allegata oportet iudicari. si ꝓbari pōt cō-sensus p̄ verba exteriora. in quibus nō apparuit eui-dens dolus. matrimoniū iudicat̄. s tñ ecclesia deci-pitur. Si vero est deceptio cōtra iusticiā. non est ibi ignorantia iuris sed facti. ergo si sit consensus exterior sine interiori. non ē m̄rimoniū sm̄ veritatez. nec sm̄ diuinum iudiciū. nec sm̄ cōsciētie forum. q̄uis esse

23 videatur et iudicet̄ sm̄ iudiciū ecclesiasticū. Ad il-lud qd̄ primo obi̇ de magr̄o patet rn̄sio. qm̄ loquitur

24 sm̄ forum ecclesiasticū. Ad illud qd̄ obi̇ de iura-mento. similiter pōt dici q̄ sm̄ iudiciū ecclesiasticuz obligat̄. si tñ dicat̄ obligari sm̄ deum. hoc est ꝓpter hoc q̄ deus talē reputat dignum pena piuriȷ. sicut et illum qui iuramētū non implet. et ꝓpter suā frau-

25 dem. Ad illud qd̄ obi̇ de iudicio ecclesie. dīm q̄ ecclesia fallit̄. et q̄uis contingat ipsam sequi a veri-tate rei. non tñ recedit a veritate iusticie. quia debet iudicare sm̄ allegata. Et si tu obijcias mihi q̄ī foro iudiciali cōtra seipm̄ allegat. et vnicuiq3 credendum est ferēti testimoniū cōtra se. dīm q̄ q2 ecclesia habz testimoniū in cōtrariū. et q2 etiam tale testimoniū est in preiudicium certitudinis. est in preiudicium cau-se matrimonialis. q̄ maxime fauorabilis est. ideo ta-lis n̄ audit̄. tñ in foro pn̄ie siue cōscie credit̄ hoi ꝓfi-tenti suam turpitudinem. quia nihil ibi dīn est ni-

26 si turpitudo. Ad illud qd̄ obi̇ q̄ fraus non debet alicui patrocinari. dīm q̄ duo sunt ibi. scz verbi do-lositas siue falsitas. et v̄a carētia sēsus. Verbi dolo-sitas nō patrocinat̄ imo obest i omi foro siue iudicia-li siue penitētiali. quia vtrobiq3 vel punit̄ vel ꝓ pu-nito reputatur. Sz vera carentia hec est q̄ suffraga-

27 tur in ꝯspectu dei vt verū matrimoniū nō sit. Ad illud qd̄ nemo scit vtrum interius cōsentiat. dīm q̄ q2 de quolibet ꝓsumendum est bonū nisi manifest⁹ dolus appareat. de quolibz ꝓsumendū ē q̄ corde cō-sentiat. si ore exprimat. nec ē aliud credendū. et si nō sit ita ignorantia facta in altera ꝑsona q̄ ignorat. coi-tus excusatur. sicut iacob excusat̄ in hoc q̄ cognouit lyam. quia credebat cognoscere suam. Nec cōmittit se discrimini nec perplexitati. Quia enī prima credi debet consensisse. ideo et adherendum ē et debitum reddendū. et sic patet totum.

Onsequenter quantū ad tercium articulū q̄ri-tur de insolubilitate matrimonȷ. ⁊ de hoc duo queruut̄. Primo queritur de insolubilitate q̄ntum ad matrimoniū cōsūmatum. Scd̄o q̄ntū ad m̄rimo-niū ratum.

Questio. j. e

Q2 tale m̄rimonium sit insolubile oñditur per ver-bum dn̄i Mat. xix. quos deus ꝯiunxit homo non se-paret. ergo tales qui a deo sunt cōiuncti. sūt inseparabi-les. quia deus nullos separat. Itez quecunq3 sūt separabilia. plura sunt. Sed dn̄s dicit q̄ vir et muli-er non sunt duo sed vna caro. ergo non sunt sepabiles. Item hoc ip̄m ostendit̄ p̄ diffinitionē matrimonȷ quam ponit mgr̄ in littera. indiuiduam vite cousue-tudinē retinens. Item hoc matrimoniū est signū vnionis xp̄i et ecclesie sm̄ conformitatem nature. s illa vnio ē inseparabilis. ergo ⁊c. Contra. omne iterabile est dissolubile. sed matrimonium est itera-bile. q2 possunt esse secunde nuptie. ergo est dissolubile. Item omne sacramentum perpetuum imprimit signaculum in subiecto perpetuo. Sed matrimo-nium nihil imprimit in animā. ergo ⁊c. Item om-nis effectus cuius causa est dissolubilis. ipe est disso-lubilis. Sz causa matrimonȷ est mutuus cōsensus. et ille est dissolubilis. ergo ⁊c. Prima pars patet per il-lud Ebur. q̄ eisdem causis quibus vnumqd̄q3 con-struitur. per easdem destruitur. Item vir tenetur vxori ex vinculo matrimonȷ reddere debitum. sed ex mutuo consensu possunt se perpetuo absoluere. ergo similiter ex mutuo consensu matrimonium diuide-re. Simil̄r ex lege matrimonȷ tenet̄ insimul cohabi-tare. et possunt diuersas religiōes ex cōmuni cōsen-su intrare. ergo ⁊c. R. dīm q̄ m̄rimoniū ē insolu-

28 bile extremis manētib⁹. s ipis corruptis vel eorum altero soluitur. quia non manet ligatio nisi etiam

maneāt q ligant. Extrema aūt sūt destructiua. quia sunt extrema rōne sexuū nō aioz. et qr sexus respicit dispositionē a pte corpis. et ita vitā corpalē. dico q recte matrimoniū dī vinculū insolubile. s nō ppetuum. et p hoc patet rnsio ad duo prima. obiciūt enz ac si vinculuz eēt ppetuū. Nō aūt h9 insolubilitatis dispositiue venit ab ei9 significatōe. qr significat vnionem indissolubilē. s. xpi et eccle sm cōformitatē nature. s effectiue venit ab institutiōe. qr sic deus instituit vt ampli9 nō soluāt dū viuūt. Et p hoc pz rnsio ad illud de ꝯsensu. qr nō est tota cā matrimonij. Vñ si eēt tota cā bñ obiceret. s vlterius ē ibi diuina institutio. Verūtū illd nō bene soluit. p eo q si due cause cōcurrūt ad eundē effectū. altera destructa. nō manet effectus. et iō si ad matrimoniū cū institutiōe diuina cōcurrit consensus. vi rc. Dō ergo q ē introducēs tm. et introducēs et cōseruās. Vñ ergo dicit q si dstruitur cā et effect9. verū ē de conseruante nō aūt est verū de introducēte tm. Consensus vinculū illd introducit nō conseruat. et iō ipo desinēte nō desinet. 7 iō patet illud. [29] Ad illud qd obi de redditione debiti 7 cohabitatiōe. dōm q illud ē in ptāte cōiugatoz. qr vterqz habet ptātē sup corpus alterius. et qm vterqz pōt iuri suo renūciare. inde ē q cohabitatō et debiti solutio pōt diuidi. non sic vinculū qd de9 instituit. q tenet rōz sacramēti. Dō. ij. f

De insolubilitate illius matrimonij qd solū est in cōiunctiōe aioz. Et q tale matrimoniuz sit insolubile oñdit. qr determinatū ē in iure q si quis p verba de ꝯsenti ꝯsentiat in aliquā. et p9 in aliā cōsentit et carnaliter cognoscit. q ad primā reuocand9 est. ergo pmū vinculū fuit insolubile. cū nō soluat p matrimoniū ꝯsūmatū. Itē hoc pz oñdit p diffinitionē mrimonij pdictā. Si tu dicas q ei nō cōuenit. obi p Hugonē qui ita diffinit matrimoniū. Mrimoniū ē maris et femie legittim9 cōsensus indiuiduā vite ꝯsuetudinē retinēs. Itē qd dñs dixit Mat. xix. quos de9 cōiūxit hō nō sepet. aut intelligit q p ꝯiunctionē aioz aut corpoz. Nō aioz vr. qr illa copula sanctior. ergo si de illa intelligit. vr q quo ad illā sit isepabile. Itē mrimoniū significat qntū ad cōiūctionē aioz ꝯiūctionē dī 7 eccle. Sed ecclia semel xpo despōsata nūqz sepat nec sepabit. ergo nec illud mrimoniū. Item cuz vir ꝯsentit in mulierē trāsfert ptātē sui corpis in potestatē mulieris. qr tūc ei alligat. ergo si nō hz ptātē sui corpis. nec intrare religionē. nec alij pōt se copulare.

Cōtra Hiero. dicit q dñs Johānē vocauit d nuptijs. ergo soluit eū ab vxore. s nō soluisset nisi fuisset ligatus vinculo insolubili. ergo rc. Itē sacri canones ante cōmixtionē carnalē dāt liberā ptātez alteri ingredi religionē. et alteri nubendi p9 eius ingressum sicut patet p multa que habent in lra. s nō posset nubere nisi vinculū eēt solutū. ergo rc. Itē aia nunc in hac vita sic deo ꝯiungit qu possit ab eo separi. ergo nec sponsus cōiungit insepabilit sponse ante copulam carnalem. Juxta hoc querit si statim p9 ingressum in religionē ē solutū tale vinculū. Et q sic videt q alioquin mulier damnū sustineret. qr eēt alligata et vir nō eēt alligat9. qd nō ē conueniēs. qr ad paria iudicant. Si āt statim soluit. s possibile ē ipz egredi religioz. ergo pōt nubere. esto q vxor alteri nupserit. qd ē contra canones. Propter hoc queritur qn soluitur et quarē soluit p vinculū voti nō p viculū matrimonij maious. [30] R. dōm q insolubilitas cōsequit matrimoniū nō tm cōsūmatū. s etiā ratū. et ppter hoc etiā ratū est. qr quandā insolubilitatem licet minorē q mrimoniū cōsūmatū hz. habet tm sibi cōpetētē sicut et illud. Sicut em vinculū mrimonij ꝯsūmati ē insolubile viuentib9 extremis vita corpali. nec soluitur in morte corpali. sic nec matrimoniū in quo ē cōiūctio mentiū et aioz pōt solui nisi hō moriat spūaliter huic mūdo siue opi carnis. et hoc fit intrādo religionē. 7 emittēdo votū castitatis solēne. Extūc em soluit tale mrimoniū ex quo spūaliter morit. et hoc pbat p illā decretalez alexandri de cōuersione ꝯiu. ex parte tua. Concedendū ē igit mrimoniū illud ē insolubile suo mō cū sit sacramentū. nec scpar ab homine sed a deo cui solēne votū ꝯtinētie pmittit. Et ex hoc patēt obiecta pter vltima duo. [31] Ad illud qd obi de translatiōe ptātis. dōm q ptās corpis nō simpliciter trāsfertur in mrimonio rato sed sūb cōditione vtriusqz. scz statu et vita manēte. Vñ dico q si vir oz peteret sibi statim debitū. nō teneret reddere. nec ecclesia cogeret q statim redderet. sed saltez dat inducias vsqz ad duos mēses. vltra qd tps tenet aut mulieri debitū reddere. aut ad vitā aliā se trāsferre. tūc ergo ē vinculū solutū. cū homo ad vitā aliā est irregressibiliter translatus. et ideo dicit mortu9. [32] Et ex h patet illud qd vltimo querit qn. s. soluit vinculū. videlicet qn ita ligat vt nō possit redire ad seculū. 7 si vxor instet. necesse hz vnū sibi de duob9 eligere infra duos mēses sm canones. et p hoc ptz totū.

Di. xxviij. Inquirit qualis sit ille cōsensus q ē efficiens matrimonij causa. ostendens q non debz esse defectiuus ex aliquo exteriori.

Hic queri debet vtrum consensus de futuro rc. Supra oñdit magister cōsensum eē causā matrimonij. hic excludit differentias cōsensuū nō efficiētiū matrimoniū. et tales ē consensus defectiuus. Qm autez cōsensus dupliciter pōt deficere. s. vel ex aliquo exteriori vel ex aliquo interiori. vtputa p errorē vl p coactionem. ideo hec pars hz duas. In prima agit de consensu defectiuo exteri9. In secūda vero interius. infra di. xxix. oportet aūt consensum cōiugalē liberz esse a coactione. Prima pars sm triplicē consensum siue scōz qd cōsensus pōt tripliciter considerari. s. quantū ad tps in quo siue p quo fit. quantū ad alienū testimoniū coram quo fit. et quantū ad terminū in quem dirigit. sm hoc hec pars tres habet partes. In pria inquirit magister de cōsensu de futuro iuramēto firmato. vtrum faciat matrimoniū. In secunda de consensu cum testimonio ibi. Premisse autem sententie videtur obuiare rc. In tercia querit in quaz rem oporteat consentire ad hoc q contrahatur matrimoniū. an in carnalē copulā an non. et hoc ibi. Hic querit cū consensus de ꝑsenti. Quelibet aūt istaz partiū duas hz. In pria opponit. In secūda soluit. Partes āt in lra manifeste sūt.

XXVIII a

Determinat

Querit ⁊ opponit vtrum ꝯsensus de futuro. iuramēto firmatus faciat matrimoniū. a

Hic queri debꝫ vtrū cōsensus de futuro addito etiā iuramēto ꝯiugium efficiat. [a] vt si q̄s ꝓmittat vel etiā iuret alicui se vsqꝫ ad tp̄s placitū illam ducturā. ⁊ illa ꝓmittat vel iuret se illi nupturā. nūquid talis sponsio eos ꝯiuges fecit? Si mutato ꝓposito alter vel vterqꝫ ad alienā copulā transit. nunquid ob p̄orem spōsionē iuramēto subnixā. scōe federatōnis pactū scindet? Cōsidera. quia longe aliud ē ꝓmittere ⁊ aliud facere. Qui promittit. nondum facit. Qui ergo ꝓmisit se in vxorē ducturū aliquā nōdū eam duxit vxorē. ⁊ q̄ spopōdit se nupturā nōdū nupsit. Quō ergo ꝯiuges appellari p̄nt q̄ nōdū ꝯtrahūt. sed in futuro se cōtracturos iurādo ꝓmittūt. Item si ex vi iuramenti ad futurū ꝑtinētis mox efficiunt ꝯiuges. cur iurāt in futuro se facturos qd̄ in p̄nti efficiunt. Item si ex q̄ iurant mox efficiunt ꝯiuges. tūc rē hāc efficiūt quā iurāt se facturos. Ideo dico ꝙ ꝯiugiū tūc nō fuit sed futurū ꝓmittit. Si vero ille postea vxorē duxit. ⁊ illa marito nupsit. ꝯiugiū vtrunqꝫ fuit ⁊ nō pōt dissolui. Precedēs ergo mēdaciū vel piuriū p̄nia est corrigendū. sed ꝯiugiū sequēs nō est dissoluēdū. [b] Nō aūt sic est qn̄ iuramētū ꝯiugij. p̄ntis ꝯsensus attestatōne firmat. q2 post talē ꝯsensum si q̄s alij se copulauerit. etiā si ꝓlem ꝓcreauerit. irritū dꝫ fieri. ⁊ ipse ad priorē copulam reuocari.

b

Querit ⁊ opponit vtrum ꝯsensus testimonio firmatus faciat matrimonium. b

Determiatio

Premisse aūt s̄niē videt obuiare illud. quod leges tradūt. Si q̄s tact⁹ diuīs scp̄turis iurauerit mulieri se eā legittimā vxorē habiturū. vel etiam si in oratorio tale sacr̄m dederit. sit illi legittima vxor. Quis nulla dos. nulla alia scp̄tura interposita sit. Sed hic ostēdit q̄d fieri vel eē debeat. nō ꝙ tūc fiat. nō enī ꝑ illud iuramētū tūc fit vxor. sed fieri dꝫ. q2 iuramentū ē. Pōt ⁊ de illo iuramēto hoc dictū intelligi. vbi de p̄nti ꝯsentiūt. ac semuicē suscipiūt. Illi etiā s̄niē q̄ dictū ē solū ꝯsensū facē ꝯiugiū. videt obuiare qd̄ euarist⁹ papa ait. Aliter legittimū nō fit ꝯiugiū nisi ab hijs q̄ sup feminā dn̄atōnem hr̄e vident. ⁊ a quib⁹ custodit vxor petat. ⁊ a ꝑentib⁹ sponset. ⁊ legib⁹ dotet. ⁊ a sacerdote vt mos ē bn̄dicatur. ⁊ a paranimphis custodiat ac solēniter accipiatur. Item ita legittima scitote eē ꝯnubia. aliter vero p̄sumpta nō ꝯiugia sed adulteria vel fornicatōnes sunt. nisi voluntas ꝓpria suffragata fuerit ⁊ vota succurrerint legittima. Hoc aūt nō ita intelligēdū est tanqꝫ sine enumeratis nō possit esse legittimū ꝯiugiū. sed q2 sine illis non hꝫ decorē ⁊ honestatē debitā. In hui⁹ enī sacri celebratione sicut in alijs quedā sunt ꝑtinentia ad subam sacri. vt ꝯsensus de p̄nti. q̄ solus sufficit ad ꝯtrahendū matrimonium. Quedam vero pertinentia ad decorem et solennitatem sacramenti. vt est parentum traditio.

Que ad necessitatē. que ad decorem ꝑtinent sacramenti.

---

a Ut si q̄s ꝓmittat vel etiam iuret alicui ⁊c. Querit vtrū iuramētum addat ad promissionē. Si enī nihil addit. ergo frustra apponitur. Si addit. ergo firmior ē ꝓmissio ⁊ maius vinclm̄. Sꝫ ꝯtra. maius vinculū superueniens soluit minus. vt votum priuatū soluit ꝑ matrimonium ꝯsummatū. ergo si aliq̄s spondeat alicui cum simplici fide ⁊ post alij cum iuramēto. videt ꝙ teneat ad scd̄am. Re⁹. dōm ꝙ in hijs q̄ sunt eiusdē for generis. Quis vnū sit maius alio. tn̄ nō soluit. Un̄ matrimoniū consummatum nō soluit ratū. eo ꝙ vtrunqꝫ ē matrimoniū ⁊ ligat in facie ecclīe. sil̄r nec sponsalia soluūt spōsalia. sed matrimoniū sponsalia soluit. et iō standū est prime fidei ⁊ obligatōni. Nā secundū iuramentum nullū est eo ꝙ ꝯtra illud est qd̄ fideliter adimplere tenet. Un̄ faciendū ē sm̄ illō ysid. in malis ꝓmissis rescinde fidem. ideo iurando peccauit. sed nō peccauit adherendo prime. 1

b Non aūt sic ē qn̄ iuramentū ꝯiugij. p̄sent⁹ ꝯsensus attestatione firmat. Videt male dicere. q2 matrimoniū an̄ copulā soluitur ꝑ votū solenne. ergo cum matrimoniū cōsummatum tante sit obligatōnis vt votū. videtur ꝙ similit soluere debeat. Re⁹. dōm ꝙ non est simile. quia hic sunt obligatōnes eiusdem generis. Preterea vterqꝫ viuit mūdo. Et iteruꝫ in sequenti matrimonio fides ꝓmittit ⁊ dat mulie 2

ri. In voto aūt solen ni est obligatio alteri us generis. Preterea mouet hō mōo. quod soluit tale vinculum. Et iterū fides ⁊ obse quiū ꝓmittit deo cui pl⁹ tenemur ꝙ̄ alij. et iō nō est sile. qꝛ status ꝑfectōnis assumit. et iō tale votū licitū est. ac p̄ h̄ obligatoꝛium. Scōm aūt m̄rimoniū nō est licitū. ⁊ iō nec robur h̄ꝫ nec obligati onez. ⁊ sic pꝫ ꝙ nō est simile.

5 c Sacerdotū bene dictio ⁊c. Innuit ma gister ꝙ sine b̄ndictio ne nō fit ꝯiugiū q̄tuz ad honestaté sacramē ti. Videt hoc falsum. qꝛ in secūdis nuptijs maxime est sacr̄m ho nestum. ⁊ tn̄ nō est be nedictio. R̄e⁹. dōm ꝙ i secūdis nuptijs maxi me qn̄ mulier est vi dua nō fit b̄ndictio ꝑ pter defectum sacra menti sicut infra pa 4 tebit. sic autez et cele bratur missa determi nate ꝑpter triplex bo num matrimonij. qd̄ tribus ꝑsonis appro priat. bonū ꝓlis p̄ri. bonū fidei filio. bonū sacramenti siue vin culi indiuisibilis spiri tui sancto appropria tur.

sacerdotum benedictio ⁊ hmōi sine quib⁹ legittime fit ꝯiugiū q̄tum ad v̄tutē. nō q̄tum ad honestatez sacri. Sine his ḡ nō q̄si legittimi cōiuges. s̄ q̄si adulteri vel fornicatores ꝯueniūt. vt illi q̄ clanculo nubunt. ⁊ vtiq3 fornicatores essent nisi eis suffragaret volūtas verbis exp̄ssa de p̄n̄ti. q̄ legittimū int cos facit matrimonium Nā ⁊ ꝯsensus occult⁹ ꝑ v̄ba de p̄n̄ti exp̄ssus ꝯiugiū fa cit. licet nō sit ibi honestus ꝯtract⁹. s̄ m̄rimoniū non fa cit ꝯsensus q̄ in occulto fuit. Si eī alter alteruz dimise rit. nō cogit iudicio eccl̄ie redire ⁊ ꝑmanere q̄si cū ꝯiu ge. qꝛ nō pōt ꝓbari testib⁹ ꝯtract⁹ q̄ in occulto ē factus. Qꝫ si ipsi q̄ in occulto sibi ꝯsenserūt. eundem ꝯsensum volūtarie in manifesto ꝓfiteant. tūc vtiq3 ꝓpria volū tas suffragat. ⁊ legittima vota succurrūt ad sanciēdu ꝯiugiū. qd̄ prius occulte fuerat ꝯtractū. Volūtas ḡ v̄ bis exp̄ssa in occulto ad hoc suffragat vt fiat ꝯiugiuz. manifeste v̄o exp̄ssa suffragat vt sanciat et roboret. ac liberū sit eccl̄ie de hoc iudicare si expedierit ⁊c.

Querit ⁊ opponit in quā rem oꝑtet ꝯsentire ad h̄ ꝙ ꝯtrahat m̄rimoniū. an in carnalē copulā. an nō. c

Hic querit cum consensus de p̄senti matrimoniuz fa ciat. cui⁹ rei ꝯsensus sit ille. an carnalis copl'e. an coha bitatōis. an vtriusq3. Si cohabitatōis ꝯsensus m̄rio nium facit. tūc frater cum sorore. pater cuz filia. potest ꝯtrahere matrimonium. Si carnalis copule. tūc inter mariā ⁊ ioseph nō fuit ꝯiugiū. Proposuerat eī maria ī virginitate manere nisi de⁹ aliter facere iuberet s̄m qd̄ videt angelo dixisse. Quō fiet istud. qm̄ virum nō co gnosco. i. me nō cogniturā ꝓposui. Nec3 eīn qꝛ viruz tūc nō cognoscebat necesse erat inquiri quō posset ha bere filiū. sed quia se nūq3 cogniturā ꝓposuerat. Di cit eīn Beda ꝙ in virginitate manē disposuerat. si er go ꝯ suū ꝓpositū post ꝯsensit in carnalē copulaz. vide tur facta voti rea. mente ⁊ si nō ope violata. Dica mus ergo ꝙ ꝯsensus cohabitatōis vl' carnalis copule nō facit ꝯiugium sed ꝯseusus ꝯiugalis societatis ver bis s̄m p̄sens tempus expressus. vt cuz vir dicit. Ego accipio te in meam. nō dominā. nō ancillā. sed coniu gem. Quia eīn nō ancilla vel domina datur. ideo nec de summo nec de ymo a principio formata est. sed de latere viri ob coniuga lem societatem. Si de summo fieret vt de capite. videret ad dominationem creata. Si v̄o de ymo vt de pedibus. videret ad seruitutē subijcienda. Sed quia nec in dominam nec in ancillam assumitur. facta est de medio. id est de latere. qꝛ ad coniugalem societatem assumit. Cum ergo sic ꝯueniūt vt dicat vir. accipio te ī meā ꝯiugez. ⁊ dicat mulier. accipio te in meū virū. hijs ver bis vel alijs idez significātib⁹ exp̄mit ꝯsensus. nō copule carnalis vel coha bitatōis corꝑalis. sed ꝯiugalis societatis. ex qua oportet eos cohabitare. ni si forte causa religionis pari voto corporaliter separentur vel ad tempus vel vsq3 ad finem.

Luce. j.

Beda super Lucam.

Determiatio in quā rem fu it ille ꝯsensus

Quare de la tere viri for mata sit mu lier.

Ad intelligentiā p̄n̄tis distinctōnis. vj. querū tur. Primo querit vtrum ꝯsensus de futuro faciat m̄rimoniū. Scd̄o vtrū ꝯsēsus ad tp̄s. Tercio vtrū ꝯsensus ꝯditōnat⁹. Quarto vtrū ꝯsen sus tacit⁹. Quinto vtrū ꝯsensus occult⁹. Sexto vtrū solus ꝯsensus in carnalē copulā.

Questio. j.

Qꝫ ꝯsensus de futuro faciat matrimoniū ostēdit hac rōne. Sicut se h̄ꝫ p̄n̄s ad p̄n̄s. ita futurū ad futurū. s̄ ꝯsensus de p̄n̄ti facit matrimoniū in p̄n̄ti. ḡ consen sus de futuro facit matrimoniū de futuro. Item ꝙ simile videt. Sicut qui ꝓmittit aliq̄d in p̄n̄ti oblig

in pñti. sic qui pmittit aliquid de futuro obligat p illo tpe. s sicut pmissio est cā obligatōnis. ita ɔsensus est cā mrimonij. g vr q cōsēsus de futuro faciat mrimoniū de futuro. Itē ɔsensus de futuro facit mrimoniū si carnalis copula subsequat. sed carnalis copula nō est cā mrimonij. s ipm sequit. g pri⁹ fuit matrimoniū q̄ coirent. g rc. Item si ɔsentiat de futuro r sequit stuprū. cū tam nō cognoscat affectu maritali s fornicario facit matrimoniuz. Sz magis obligat iuramentū q̄ stuprū. g si ɔsentiat cū iuramento est ei vxor. Contra. iura dicūt q si in aliquā cōsentiat p verba de futuro. r in alterā p verba de pñti. secunda est vxor. si g vni⁹ est vns vxor. prima non fuit vxor. Item rōne videt. qz qd futurū est nō est. ergo cū ɔsentit de futuro. nōduz ɔsentit. g mō n̄ ē mrimoniū. Qz aūt nec in illo futuro ptz. qz ponat q tūc nō ɔsentiat. nō est cōsensus, tūc nec pri⁹ fuit. g non est matrimoniū nec fuit. Item q̄ semel ɔsentit in aliquā nō dz iterū cōsentire ad h q fiat matrimonium Sed ɔsensus de futuro cum di accipiaz te in meam. obligat iterū cōsentire. g p verba de futuro nō est cōsensus mrimonialis. Qz se obliget patz. qz se obligat ad accipiendū in vxorē. r nō aliter accipit q̄ p⁹ consensum. R°. dōm q cōsensus nō facit mrimoniuz nisi exprimat p vba de pñti. Si em̄ exprimat p vba de futuro. in veritate nō est ɔsensus tūc. s pmissio de cōsentiēdo. Vn̄ si dicat quis. ego cōsentiam in te. tūc quidē nō ɔsentit s se cōsensurū pmittit. r qz nō ē ibi ɔsensus. ideo nō est mrimonij ɔtractio. qz vo est pmissio. r ideo obligatio. ꝓterea nō matrimoniū s sponsalia dz dici. Et hec quidē firmata sunt qñ simplici pmissioni addit iuramentū. Scdm em̄ iura cogend⁹ ē vir vt mulierē accipiat in vxorem. nisi aliqs casus interueniat q̄ soluat sponsalia.

5 Ad illud qd obr q sicut pñs rc. dōm q verū est. Vn̄ sicut si ɔsentit hodie fit hodie mrimoniū. sic si cōsentit cras fit cras. Sed cum nūc dicit de futuro nō ɔsentit s cōsentire pmittit. r ideo nō fit matrimoniū. nec de pñti nec de futuro. s solū sponsalia ɔtrahunt.

6 Ad illud qd obijcit q q̄ de futuro pmittit obligat ad futurū. dō q verū est. qz pmissio est pñs. vn̄ cū dicit ego faciā hoc. actu pmittit. r ideo obligat. Siliter r iste obligat spōdendo. s nō ꝓpter hoc fit matrimoniū. sicut nec pmissio ē solutio.

7 Ad illud qd obijcit de carnali copula. dōz q iura ꝑsumūt q ipse ɔsentit. r h p signum expssum ɔtenus. qz tanq̄ vxorē cognoscit. r ꝑsumunt etiā q tanq̄ vxorē cognoscat. ne reportet comedū de malicia. Vn̄ in veritate si nō cōsentit. s soluz tanq̄ meretricem cognoscit. matrimoniū s̄m veritatē nō est. q̄a tn̄ coitus ille cū p̄cedenti sponsione signū est ꝓbabile ɔsensus mrimonialis. ideo mrimoniū est s̄m iudicium ecclesie. r consulendū est tali q ɔsentiat si non consensit interius in animo.

Qō. ij. b

Vtrū ɔsensus ad tps faciat matrimoniū. vt cū dicit Accipio te i meā vsq ad. x. annos. Et q sic videt. qz hic est ɔsensus viri in vxorē. r vxoris in virum. facta expssione p verbū. g rc. Item hoc vr rōne. qz sicut se habet simplr ad simplr. sic s̄m tps ad scdm tpus. Sed cōsensus simplr facit vxorē r matrimoniū simpliciter. g siliter ɔsensus ad tps facit matrimonium ad temp⁹. Item sicut aliquis fit seruus simplicit se subdendo. ita etiam fit seru⁹ ad tpus se subdendo ad tps. g similiter videt in cōiugio. et sic videt q ad certum tps possit fieri matrimoniū. Item qui aliquid pōt dare simpliciter. pōt dare r ad tps. sed vir pōt dare simpliciter ptātez sui corpis. g r ad temp⁹. sed nō pōt ptātem sui corpis dare nisi vxori. g potest habere vxorez ad tps. Si tu dicas q dn̄s instituit ad semp. Contra. nihil debet dn̄s instituere qd possit vergere in diminutōez sui honoris vel nostre pfectiōis. Sed si matrimoniū esset tempale. posset quis se totum ad dei obsequiū deputare qñ vellet. g rc. Contra. in quadā decretali Greg. ix. de ɔditōnibus appositis in desponsatōnib⁹ dr. Si quis dicat. ɔtrahaz tecum donec inueniā aliam honore vel facultatib⁹ digniorem. matrimonialis ɔtractus quantūcunqz sit fauorabilis caret effectu. Item ad hoc est diffinitio Hugo. qui dicit q matrimoniū est consensus indiuiduam vite cōsuetudinem tenens. Item hoc videtur ratōne. quia de esse matrimonij vt supra ostensum est. est indissolubilitas. g qui consentit in matrimonium. ad oēe temp⁹ se obligat. g si exprimit q nō obligat nisi ad temp⁹. nullo mō est matrimonium.

Item nulla anima vnit deo p desponsatōem nisi simpliciter consentiat r ꝑponat ɔiugi. g similiter i signo. s si hoc ē ɔueniens signum nō fit matrimoniuz nisi exprimat simplr ɔsēs⁹. s mrimoniū ē ɔueniēs signū g rc.

8 R°. dō q ad hoc q fiat matrimoniū necesse est consensum esse r exprimi simpliciter. Vn̄ dici debet. Accipio te in meum. q si alio modo consentiat nō est consensus matrimonialis siue cōiugalis s adulteriū. Unde deficit matrimoniū verū. siue deficiat in corde siue in ore cōsensus simpliciter. sed quando in corde tūc in cōspectu dei r s̄m veritatē. quando in ore tūc in facie ecclesie. Ratio aūt quare oz simpliciter consentire r q nihil valet consensus ad tempus est. quia cōsensus nō facit matrimoniū nisi catenus quatenus ꝑsupponit diuinā institutōez. diuina autē institutio respicit cōgruam sigtionez. Si ergo est sigtio rei indiuisibilis siue cōiunctōis. ideo cōstituit dominus cōiunctōnem talem ad ppetuitatem. Et huic etiā cōpetit dictamē iuris naturalis. r ideo si cōsensus cōsonat institutōni. necesse est q sit ad oēe tempus. Sed vir pōt vxori dare simpliciter potestatem sui corpis. alioquin causa pticularis nō ɔcordat vniuersali. r ideo nihil fit. nec cōsentit in talem vt in vxorem sed potius in cōcubinam. Et concedende sunt ratōes ad hoc. qz in forma verboꝝ implicat aliqd qd est cōtra matrimonij substantiā.

9 Ad illud g quod obijcit q sic se habet simpliciter. dōm q hoc verum est vbi cōtingit reperire s̄m quid in vtroqz extremorum. Sed matrimoniū nullo modo est s̄m tempus r ideo non valet illud.

10 Ad illud qd obijcit de seruitute. dōm q nō est simile. quia seruitutis vinculuz pōt esse tempale r ppetuum. sed matrimoniū est perpetuū.

11 Ad illud qd obijcit q ptās corpis pt dari ad tps. dō q n̄ pt dari ad tps nisi det simplr. r ē sile. qz de⁹ nō accptat honā volūtatē vel s̄uitiū alicui⁹ nisi velit vel ꝑponat semp sibi seruire.

12 Ad illud qd obijcit q dn̄s non debuit instituere. dōm q in huius sacramenti institutōne magis cōgruitas in signādo r necessitas q̄ aliud considerat. et hec exigunt ipsum esse perpetuum.

Questio. iij. c

Vtrū ɔsensus conditōnatus faciat matrimoniū vt accipio te in meaz si dederis mihi centū libras. Et q sic videt p simile. qz votū cōditionatū votū est. g siliter videt q cōsensus conditōnat⁹ sit consensus. Item

aliquis ↄsentiens in aliquam spe pecunie habende matrimoniū ↄtrahit. ergo si consensus talis ↄpetit matrimonio. ergo ipsius expressio non repugnat. ergo si dicat cōsentio si dederis. patet ꝛc. Item qñ aliquis promittit aliquid sub ↄditōne. si fiet conditio. stat obligatio ꝛ ꝓmissio. Sed possibile est stare cōditionem. ergo ꝛ cōsensum ꝛ obligationē ꝛ matrimonium.

Contra. plus se obligat qui simplr̄ de futuro promittit ꝙ qui sub ↄditōne. Nam prima est obligatio simplr̄. scd̄a vero nō. sed consensus ꝑ verba de futuro expressus nō facit matrimoniū. ergo ꝛc. Item p⁹ cōsensum istū aut est vxor aut nō. Si vxor. sed possibile est conditionē nō stare. et simplr̄ nō cōsenserat ſ sub conditione. ergo est vxor sine consensu. sed nō est vxor. ergo talis consensus nō efficit matrimoniū. Itē matrimoniū est vinculū nullo mō solubile. Sed omnis obligatio vel pactio sub conditōne facta est solubil̄.

13 ergo ꝛc. R°. dicendum ꝙ cōsensus cōditionat⁹ si fiat per verba de futuro. iudicium habet sicut ꝛ consensus de futuro. Unde sicut ↄsensus de futuro nō facit matrimonium sed desponsationē siue sponsalia. sic nec talis cōsensus sub ↄditōne. Attendendū tamen ꝙ conditio aut apponit̄ ꝑ modū pene. aut vt determinatio contractus. Si ꝑ modum pene. nullius est vigoris ꝓ eo ꝙ matrimonia debent esse libera. Unde si qs ↄponat. ꝓmitto cōtrahere tecū sub pena cētuz marcaꝝ. vel si nō ↄtraxero. dabo tibi centū. etiam si nō contrahat non debet nec tenet̄ ad illam penam. Si aūt apponit̄ vt determinatio ↄtractus siue consensus distinguendū est. Aut enim ē cōditio honesta. aut inhonesta. Si ē honesta. stante ↄditōne stant sponsalia. non stante non stant. vt si quis dicat. Contraham tecum si placuerit patri meo. ꝛ si tu volueris ↄuerti ad fidem. Si autez est inhonesta. duplex est. Aut est contra substantiam matrimonij. aut nō. Si cōtra substantiā matrimonij tūc nulla est obligatio. vt si dicat cōtraham tecum si ↄcuraueris venena sterilitat[is] vel aliquod hmōi. Si autem est inhonesta ꝛ nō contra substantiā matrimonij. vt si dicat̄ contraham tecuz si furatus fueris. vel si deū offenderis. talis conditio ꝓ nō adiecta habēda est. Et hoc totum ꝓbat̄ ꝑ illa que dicunt̄ in extra. iiij li. de cōditōnib⁹ appositis in desponsatōne. Si autez consensus fiat ꝑ verba de p̄senti. Aut cōditio est p̄terita. aut p̄sens. aut futura. Si conditio est p̄terita vt accipio te in meam si mortuus est pater tuus. vel de p̄senti. vt accipio te in meā si es virgo. stante cōditione. stat matrimonium. Si aūt conditio est de futuro. aut futuri necessarij. aut futuri cōtingētis. Si futuri necessarij. vt accipio te in meā si sol oritur cras. tunc est matrimoniuz. Si aūt conditio est ↄtingentis. dico ꝙ non est matrimoniū. eo ꝙ consensus pendet de futuro sicut ꝛ cōditio. ꝛ ideo iudicandū est tunc sicut de futuro. nec est matrimoniū nisi carnalis copula subsequat̄. quia tūc intelligit̄ a ↄditōne apposita recessisse.

14 Ad illud ergo quod obijcit̄ ad scd̄am ꝑtem ꝙ non stat matrimoniū ꝑ ↄsensum ↄditionatum. dicenduz ꝙ verū est vbi est conditio de futuro ↄtingenti. quia tūc consensus pendet ex futuro.

15 Ad illud vero quod obijcitur ꝙ simpliciter stat ꝑ simile in voto. dicendū ꝙ nō est sile. qꝛ votū ē pura obligatio mr̄ionium sꝫ est coniūctio. ꝛ nō est coniunctio nisi ꝑ presens. sed obligatio est ꝑ futurū.

16 Ad illud quod obijcit̄ ꝙ consens⁹ ex spe pecunie facit matrimoniū. verū est qñ simplr̄ est ꝛ absolutus. Sed cum exp̄mit̄ sub conditōne. ergo exp̄mit̄ simplr̄. nec vt absolut⁹. nec vt p̄ns. ꝛ ideo nō est simile.

17 Ad aliud dicendum ꝙ matrimoniū plus exigit ꝙ obligatōnem. Unde dico ꝙ nō sequit̄. iste est obligatus isti mulieri vt eam accipiat in vxorē. ergo est eius vir. sicut nō sequit̄. obligauit se ad ꝑsoluendum. ergo soluit. vnde matrimoniū nō tm̄ est obligatio. immo etiā ipsius vinculi indiuisibilis vnio.

Questio. iiij. D

a Si ipsa femia fuerit postea in seruitutē detecta ꝛc. Querit᷑ si anq3 plene detegat᷑ si sunt in causa ꝛ lite. vtrū debeat sibi reddere debitū. Et q᷑ nō. vr̄. quia aut cognoscit eā affectu maritali. aut nō. Si sic. generat sibi ꝑiudiciū ꝛ ꝯsentiens reputat᷑. Si non cognoscit affectu maritali. peccat mortaliter. Sed ꝯtra hoc est q᷑ null9 debet spoliari iure suo ante cause cognitionē. Rx9. dōm q᷑ talis pōt dupliciť noscere q᷑ illa sit ancilla quam liberā credidit. Aut leui suspitiōne. Aut ꝓbabili vl᷑ vehementi ꝓsumptione siue certa cognitione. Primo nō dz petere quousq3 inquirat. sed tamen si ecclesia compellat dz reddere. q᷑ a ignorantia eum excusat. nescit eñ vtrū sit vxor. Scḋo modo siue ecclesia compellat siue nō. nō dz. q᷑ aut tunc sibi ꝑiudicat necessario. aut fornicat᷑. ꝛ ꝓpter mādatū ecclesie non est fornicādū. Aliter iudicādū est ď vxore fornicaria q̄ ve re vxor ē. cui cū ex mādato eccīe reddit᷑ debitū. nō generat᷑ ꝑiudiciū nec incurrit᷑ aliqḋ pctm̄. b Sʒ i vno ꝯiugio ꝑmanētes dñis suis ꝛc. Uir᷑ male dicere. q᷑ ponat᷑ q᷑ vn9 dñoꝝ vēdat seruū ad remotas terras. si ācilla seq᷑t virū ꝓuat᷑ iure suo dñs eius. si nō tenet᷑ sequi. tūc ḡ nō fuit verū cōiugiū. Itē ponat᷑ q᷑ vxor sit libera. ꝛ seruus venundet᷑ gentilibus. querit᷑ verū debeat sequi eū. Et q᷑ sic vr̄ ꝑ legē mr̄imonij. Rx9. dōm q᷑ si seruus ꝛ ancilla ꝯtrahūt dñis ꝯtradicentibus. ipi sibi ꝑiudicant nō dñis suis. ꝛ iō si dñs indiget pōt ancillā vendere. ꝛ si nō pōt vendere in terra sua. pōt vēdere in aliena. Si vō in terra sua possit vendere tenet᷑. alioq̄n manifeste iniuriat᷑ viro. ꝛ abutitur re

sit in piudicium alienum. Si vero dns pscentientibus. tunc simpliciter dicendum q nō pōt aliquis eorum vendi a dño in piudicium cōiugis. et si alter vendatur. dz alter cōpelli vel q redimat. vel dz eum emere. vel ancille iniam dare q virum sequatur. Ad illud qd querit vtrum debeat sequi virum si venundetur bonis gentilibus. dicendum q dns suus nō dz eum vendere gentilibus 3 p eo q est ibi piculum fidei. Si tamen vendit de facto. si vxor nō timet piculum pcti q sit in ptumeliam dei vel alicuius fornicationis alterius pōt et debet virum sequi. sed vix video quō possit eum sequi sine piculo fidei aut aliquo alio pctō mortis.

se ptrahi cōiugium. vel si cōtrahitur nō esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri piugium dnis igrantibus.

Querit vtrum viro facto seruo. fiat sua et ipa vxor. c

c Illud etiam notandum est q si mulier virum liberum accepit. et ille vt cam pzestet dissidij se alicuius suum fecerit. nec ille vxorē dimittere. nec illa ob vinculum cōiugij in ser-

In tiburiensi cōcilio.

uitutem redigi poterit. Vn illud. Perlatum est ad sanctam sinodum. q quidam ingenuus igenuam accepit vxorē. et post filiorum pcreationē. occasiōe diuortij. cuiusdam seruum se fecerit. vtrum et mulierē necessario tenere debeat. et si tenuerit an illa etiam seruituti subijci debeat. que

d situm cum. d Judicatum est vxorē minime debere dimitti. nec tamen ob xpi legē mulierem in seruitutē redigi. dum ille nō ex cōsensu cōiugis se seruum fecerit. quem liberum ipa maritum acceperat.

Decimiat q pueri si psit phē mrionium an. xiiij. annum. d

e e Hoc etiam sciendum est q pueri an. xiiij. annos et puelle an. xij. annos sm leges mrimonium inire nequeunt. Qui si an pdicta tpa copulam inierit. separari possunt. quamuis voluntate et assensu pentum iuncti fuerint. Qui vero in puericia copulati post annos pubertatis nolūt se relinquere sed in piūctiōe pmanere. iam ex h efficiuntur piuges et deiceps nequeūt separari. Itē spōsalia an septēnium phi nō psit. solo ei psensu phūtur q mtuenire nō pt nisi ab alterutra parte intelligatur qd inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectiōe quibus piugium solui pt. nec tamen solui sp necesse est. nunc de alijs q personas illegitimas penitus faciūt addendum ē. et pmum de ordine.

c Si mulier virum liberum accepit et cetera. Querit vtrum aliquis possit seipm vendere. Et q nō videtur. j. Cor. vij. Non estis vestri. empti enim estis precio magno. et cetera. Rc dicendum q ē emptio vel venditio ad obsequium hūanum. et ad seruitium diuinum. Diuino autē seruitio nō repugnat obsequium hois siue seruitus corpalis. sed seruitus spūalis que est seruitus pcti. dicendum q qz fideles redēpti sūt et dei templa facti nō psit se vendere vt faciant mala. psit tamen se vendere ad obsequia. Itē iuxta hoc querit. vtrum pr possit vendē plem suam vxore inuita. Et q sic videtur. qz ad ipm spectat regimen domus. Ad oppositum aūt est qz ptus plus sequitur matrē. Rc. dicendum q filij nō debent vendi nec psit vendi sine culpa. nisi sit paupertas et famis necessitas in quo casu debet vxor viro psentire. Qz si in alio casu velit. nō potest cum vxor dissentit. sicut vir nō pōt vendere nec alienare dotem vxoris quamuis sit dns domus. sic in pposito. Et q in tpe necessitatis et famis vendi possint pbatur p id qd scribitur

4

Nee. v. d Judicatum est vxorē minime debere dimitti. Querit vtrum vir possit se vēdere vxore inuita. Et 5 q nō videtur. qz vir non habet potestatē sui corporis sed mulier. et cetera. Itē mulier nō pōt se vendere viro inuito. et cum ad paria iudicētur. vi et cetera. Item querit. vtrum si vxor psentiat q p hoc efficiatur serua. Rc. dicendum q si vxor ptraxit cum libero ita q vterqz est liber. vxore dissentiente nō dz vir nec potest se facere seruum. catenus vt piudicium aliquod generetur mulieri quin reddat sibi debitum cum petit. vnde sicut seruus ptrahēs ptra voluntatē domini nō pōt facere ptractum matrimonij in preiudicium dni. sic nec vir in piudicium vxoris. nihilominus tamē qz caput est mlieris quantum ad alia (excepto debito) pōt seruum se facere quamuis vxor non possit. cum sit sub ptāte viri. Si vero vxor psentiat in vēditionē viri tunc vir pōt se vēdere in oē obsequium dni et mlr piudicat sibi. tamen nec mlr nec ples vēdi pōt a viro nisi ipa psentiat. nisi forte in articulo necitatis. h dico de ple vt pdictum est. et sic pz quō lra illa intelligitur. e Hoc etiam sciendum et cetera. Querit h si an. xiiij. annos puer pheret p vba de psnti. et de facto corrūpat spōsam. vtrum separari debeat. Et q nō vi. qz ē mrionium ratum et psūmatum. Contrarium vi p illud qd di in lra. Si an pdicta tpa et cetera. Rc. dicendum q in hoc differūt pstitutiones iuris et demonstrationes disciplinarum. qz demōstratiōes fiūt de his q fiūt sp. et si fiant de his que frequenter nō tamen vt frequenter sed vt sp. exemplum ē de eclypsi. Sz pstitutiones iuris de his q sunt sepe. Si q aliquis sit exceptus a generalitate hoim p eo q in eo malicia supplet etatē. iudicandum est sicut si haberet etatē. et sic est in casu pposito intelligendum et in alijs psilibus. 6

D intelligētiam pñtis dist. sm duo q determiat mgr duo pncipalit qrūtur. Prio quantum ad pmam ptē dis. qr de cōditiōe suitutis. Scdo quantum ad scdam qr de defectu etatis. Circa pmum qrūtur tria. Prio qr vtrum suitus cū pdicōe dni ipediat mrionium. Scdo vtrum cum errore phēns. Tercio qr de fructu vētris cuius pditōem dz sequi patris vel mris. Questio. j. a

Qz pditio cum pdicōe dni ipediat mrionium. sic ondtr. qz seruus nō pōt intrare religionē dño suo pdicēte sic dicunt iura. et si intrat cōpellitur exire. et p nullo hz votum. si q nō pt se obligare deo p votum. multo minus nec mlieri p mrionium. Itē suus pdicēte dño nō pōt ad sacros ordines pmoueri. q vi q nec mrionium phere. pari rōe. Itē in mrionio tūsfertur ptās corpis viri in vxorē et econū. sed suus nō hz ptātē sui corpis sed eius dns. q nō pt p volūtatē dni phere. Itē seruus tenetur dño suo

obedire cum precipit sibi aliquid. Itē tenet̄ vxori debitū reddere cū petit. sed pōt esse cū dn̄s petat seruitiū. ⁊ vxor tunc petat debitū. s̄ vtrūqȝ reddere ē impossibile. ḡ si nullus pōt se obligare ad incōpossibilia. ḡ seruus nō pōt ꝯtrahere. Item ꝯditio enūerat̄ inter impedimenta mr̄imonij. sed hec est seruit⁹. ergo ⁊c̄. Contra. Gal. iij. In xp̄o iesu nō est seru⁹ neqȝ liber. ḡ nec q̄tum ad sacramēta xp̄i ⁊ ecclie est distinctio serui ⁊ liberi. ḡ nec in matrimonio. Itē seruus ⁊ dn̄s sunt pares in ꝯcupiē morbo. ḡ ⁊ in remedio. sed remediū ꝯcupiē carnalis ē matrimoniū. ergo in hoc sunt pares. ḡ vnus nō potest alterū impedire. Itē seruitus est de iure positiuo. s̄ matrimoniū est de iure naturali. ḡ si ius positiuū nō p̄iudicat nec impedit ius nāle. nec seruitus matrimoniū. Itē sicut seru⁹ tenet̄ obedire dn̄o ita ⁊ filius patri. s̄ in hoc filius nō tenet̄ obedire patri vt habitū est s̄. et dn̄i q̄tum ad matrimoniū ꝯtrahendū. ḡ nec seruus dn̄o.

7 Rn̄ dōm q̄ s̄m ius nouū ꝯditio s̄uitutis nō impedit matrimoniū etiā dn̄o ꝯtradicente vel dn̄is. qȝ sacramenta ecclīastica oībus sunt cōia. ⁊ seruus etiā cōiugat⁹ pōt etiā suo dn̄o debita seruitia exhibere. Vn̄ p matrimoniū nō subtrahit̄ a dn̄i ptāte. 8 Ad illud ḡ qd̄ obī de religione. dōm q̄ in religione religiosus oīno subest p̄cepto religiōis q̄tū ad oē tp̄s. ⁊ iō absoluit̄ ab oī alia ptāte. ⁊ qȝ nō pōt nec dȝ auferri ius domini qd̄ hȝ in seruū ipo inuito. iō pōt ⁊c̄. nō sic in matrimonio. qȝ adhuc seruus est. ⁊ p hoc pȝ ibi de ordie. qȝ p̄motus ad ordines sacros hoc ipo efficit̄ liber.

9 Ad illud qd̄ obī q̄ transfert̄ in mulierē ptās viri. dōm q̄ nō simplr̄ transfert̄. qȝ vxor nō dicit̄ dn̄a viri sed quo ad actū ꝯiugalē. q̄tū ad quē nullā hēbat potestatē dn̄s sup seruū. ⁊ iō q̄tum ad illū actū transferre pōt. licet nō ita libere sicut vnus alius vt vr̄. 10 Ad illud qd̄ obī de redditione seruitij. dōm q̄ seru⁹ aut cōtrahit dn̄o ꝯsentiente aut ꝯtradicēte. Si ꝯsentiente. cum ꝯcedens aliquid ꝯcedat etiam illa q̄ ad illi⁹ ius ptinent. ⁊ ad mr̄imonium ptinet redditio debiti cum vxor petat. vxori petēti debitū. ⁊ dn̄o aliud imperāte. tenet̄ ⁊ debet nō obedire dn̄o s̄ vxori. Si autē dn̄o ꝯtradicente ꝯtractū est. cum domin⁹ suo iure p̄uari nō debeat. ex vtraqȝ pte pari iminente piclo. dȝ dn̄o obedire. q̄ si maius piculū sit ex pte vxori. q̄a timet lapsurā in fornicationem. ⁊ nō timet grauiter dn̄m offendere. dȝ s̄m legē charitatis diuine debitū prius vxori reddere q̄ exeq̄ imperium dn̄i sui. Regulariter tn̄ tenendū est q̄ cū ꝯtrahit cū seruo scienter domino ꝯdicēte vel econuerso sibi p̄iudicat. vt ius petendi nō habeat qn̄ obsequium postulabat. et iō seruus nō obligat̄ hac repugnantia. qȝ tenet̄ debitū soluere cū nullū p̄iudiciū dn̄o generat̄.

Questio. ij. b.

Utrū cōditio seruitutis cum errore impediat mr̄ioniū. Et q̄ nō vr̄. qȝ magis est tolerabilis in ꝯiuge seruitutis ꝯditio q̄ qualitas lepre. ḡ si error qualitatis talis nō impedit. multo minus nec error ꝯditōnis.

Itē error fortune sicut iura dicūt nō impedit matrimoniū. sed possibile est q̄ seruit⁹ sit a fortuna. sic si aliquis capit̄ a casu in bello ⁊ efficit̄ seruus. vel ꝓp̄t paupertatē que est a fortuna s̄m vsum loquēdi. se vendit in seruū. ḡ ⁊c̄. Itē seruus quātū est de se ꝑsona est legitima ad ꝯtrahendū. s̄ ꝯditio seruitutis nō tollit plenū ꝯsensum. qȝ si cognoscit s̄bam eius ⁊ qualitates ⁊ accidentia. talis cognitio sufficit ad hoc q̄ cōsentiat. ergo non est ibi illegitimitas ꝑsone nec defectus ꝯsensus. ḡ est matrimoniū plenū. Itē peior est ꝯditio seruitutis sp̄ualis q̄ corpalis. sed error cōditionis sp̄ualis nō impedit mr̄imoniū. ḡ ⁊c̄. Cōtra. iura dicunt. xxix. q. ij. ⁊ decretalis de ꝯiugio seruorū. q̄ error cōditionis impedit mr̄imoniū ꝯtrahendum ⁊ dirimit ꝯtractū. Itē rōne vr̄. qȝ illud est impedimentū mr̄imonij qd̄ est ꝯ bonū matrimonij. sed seruitus est contra bonū ꝓlis. qȝ si liber cū ancilla contrahat filij nō sunt liberi s̄ serui. qȝ sicut dicūt iura ptus sequitur ventrē. Itē est cōtra bonū fidei. qȝ dn̄s pōt vēdere vxorē alienigenis ipo viro nolēte. maxie infidelib⁹. ⁊ vir si sequit̄ eā imminet ei piculū fidei. si vō non sequit̄ nō pōt petere debitū nec habere.

Item nullus puniri dȝ sine culpa ipo nolēte ⁊ ignorante. s̄ obprobrium ⁊ infamia est alicui q̄ sit seruus vel etiā seruili ꝑsone subiectus. ḡ vbi interuenit error ꝯditionis nō est mr̄imonium. Querit̄ ḡ quare ⁊ quando error cōditiōis impediat mr̄imoniū. 11 Rn̄ dōm q̄ error cōditionis pōt eē triplex. Aut paris. vt cū seruus cōtrahit cū ancilla. Aut melioris. vt cū seruus cū libera. Aut deterioris. vt cū liber cū ancilla. In primis duobus casibus error nō impedit mr̄ionium. in tercio vō impedit matrimonium ⁊ dirimit. nisi post cognitionē cōditionis cōsenserit verbo vel facto. Rō aūt hui⁹ est ꝓpter duo. s. ꝓpter fauorē libertatis ⁊ cāē matrimonialis que maxime fauorabilis est. Unde qȝ q̄ cōtrahit cū ancilla q̄dammodo ꝑdit libertatē. que est sicut dr̄ in iure ciuili bonū inestimabile. ⁊ quā nullus ꝑdit nisi nolēs. qȝ ꝑditā recupare nō pōt etiā volēs. iō in fauorē libertatis ius s̄uat erranti. vt si velit possit ancillā deserere. Et p̄terea fuitus est ꝯ bonū ꝓlis ⁊ fidei. ⁊ qȝ iura fauēt mr̄imonio iō p̄sumūt errātē in ꝯditiōe ꝯ nō cōsentire. iō nec mr̄imoniū eē. ⁊ iō q̄ impediat h̄ facit cōstitutio eccie ex p̄dicta veniēs rōne. 12 Ad illud qd̄ obī de q̄litate. dōm q̄ nō est sīle. qȝ nulla qualitas est ita ꝯ bonū mr̄ionij vt seruit⁹. nulla etiā ita obuiat bonis mr̄ionij vt seruitus de his q̄ nō impediūt. 13 Ad aliud dōm q̄ libtas nō cōputat̄ inter bona fortune. imo oīb⁹ alijs p̄ponderat. 14 Ad illud qd̄ obī q̄ nec error nec fuit⁹ impedit. dōm q̄ seruit⁹ p se nō impedit cū est scita. qȝ q̄libȝ cū vult pōt effici seru⁹. sed ignorata impedit. qȝ nō dȝ puniri nolēs. 15 Ad illud qd̄ vltimo obī de seruitute sp̄uali. dōm q̄ etsi sit peior ipi fuo. nō tn̄ ado redundat in aliū vtpote in ꝓlē vel etiā in vxorē. ⁊ p̄terea facilius potest expelli.

Questio. iij. c

Cuius cōditionem sequit̄ ꝓles. vtrū patris an matris. Et q̄ patris vr̄. qm̄ denoīatō fieri dȝ a principaliori ⁊ digniori. sed pater est nobilius ⁊ dignius principium q̄ mater et principalius. ḡ si magis dȝ principiatū regulari s̄m regulas dignioris principij. videtur q̄ partus debeat sequi patrē. Itē in sacra scriptura nūq̄ ponit̄ genealogia mulierꝝ s̄ poti⁹ virorꝝ. ergo generatio principaliter spectat ad viros. ergo ⁊ germen generationis. Item repromissio de semine benedicto scȝ christo facta est viris principaliter. q̄uis nasci deberet de muliere. non eīm facta est repromissio sare vel bersabee. sed abraam ⁊ dauid. ergo videt̄ q̄ ꝓles magis sit ipsius viri q̄ mulieris. ḡ ⁊c̄.

Item vnumqdqȝ principatū quod ꝓducitur s̄m ꝯmixtionē pl⁹ sequitur illud cui plus assimilat̄. sed filij plus assimilant̄ patri. ḡ mag debēt seq̄ patres.

Contrā. de ɔiugio seruoꝝ. dicit decretalis. Inde- cens vr̄ vt geniti ex libera filij ad seruiendū retrahā- tur. ḡ qui nascūt ex matre libera sunt liberi. ḡ sequūt matrē. Item si quis seminat in terram alienā. fru ctus est dn̄i terre nō seminantis. sed venter mulieris respectu seminis viri est sicut terra respectu semenꝭ. ḡ vr̄ q sicut fructus sequit terrā. ita partus seq̄t vē- trem. Itē hoc vr̄ in animalibus. qm̄ si aial mascu- lini sexus impḡnat aial feminini sexus vt equꝰ equā. pullus seq̄tur equā nō equū. ḡ pari rōne vr̄ in ꝓposi to. Itē hoc videt ꝑ simile in artificialibus. q2 si q̄s edificat in terra aliena. edificiū cedit solo. nō soli edi ficio. ḡ si quis generat in alieno ventre. ꝓles seq̄t vē- trem. Rꝰ. dm̄ q ſm leges ciuiles siue ius impia- le partus sequit ventrē. Et ratio huius est valde cō- ueniens. qm̄ ꝓlis duplex est pncipiū. pr̄. s. et mater Pater est pncipiū hon orabilius. ſ mater est pnci piū subalius. z ideo in honorib' z municipijs filij' se quit patrē. qm̄ illa acquitunt paterna sollicitudine. z in hereditate patrimoniali. sed qm̄ mater est prin- cipiū subalius q̄tum ad id quod est seq̄t matrē. z q̄- nā libertas z seruitus respiciūt hoiem ſm id quod ē nō ſm id quod hz. hinc est q ſm leges ciuiles rōna- biliter valde institutū est vt part' sequat vētrē. z hic est q ɔiunctio ad ꝓlem generandam matrimoniuꝫ appellat. et huic ɔcordat ius canonicū. sicut pꝫ i de- cretali prius posita. Concordat etiā ius diuinū scri- ptū in lege mosayca Exo. xxi. q si dederit vxorem ali cui quē emerit. z ille postmodū egrediet liber. filij de bent remanere dn̄o q dedit ei vxorē licet ipe egredia tur liber. Cōcordat deniq3 multiplex rō z silitudo na turalis. z iō q2 hoc dictat ius ciuile. z ius canonicum approbat. z diuinū ɔfirmat. et naturale commēdat. ideo recte dm̄ q partus dz sequi ventrē. Uerumtn̄ alique ptes que nō sunt hmōi legib' subiecte nō ser- uant hanc ɔsuetudinē. imo partus seq̄tur ɔditioneꝫ deterioris. vn̄ si alter est seruus. filij sunt serui. et silr̄ si mater ancilla. z si ambo sint diuersoꝝ dn̄oꝝ. filij di uidunt. hunc modū seruant in francia in aliq̄b' par tib' licet nō vbiq3. ſ tn̄ ɔstitutio legalis multo nobi- lior est et rōnabilior q̄ hec ɔsuetudo. Ad illud qđ pmo obī q pater est dignius pncipium. dm̄ q verū est. nō tn̄ subalius. z ideo in dignitatibus patrē debet sequi. in sub3 siue in libertate corpis sui matrē. Et ē exemplū. q2 nobilius principiū fructuuꝫ agnoscere ē cultor q̄ ager. seruitus tn̄ est agri siue dn̄i agri. Ad illud qđ obr̄ q sacra scriptura genealogias attribu- hit viris. Dm̄ q verum est z cōueniens. nā z hūc modum habemus q filium denominamus a patre. vnde dicit petrus martini nō berte vt in pluribus. Similiter repromissio fit viris. tamen ex hoc nō seq̄ tur q ꝓles debeat sequi virum ſm ɔditionē liberta tis vel seruitutis. ſ ſm ɔditionem dignitatis et ho- noris. que nō substantiā respicit ſ potius qualitatē. Ad illud qđ obī q filius assimilat patri. Dm̄ q assimilatio nō venit a substantia sed a formatiua vir tute que principaliter viget in semine viri qn̄ mascu lus generat. z ideo frequentius filij assimilant patri bus. attn̄ quantūcūq3 sit patri similior in figura z ꝓ- prietatibus. plus tn̄ trarit a matre de substantia. z iō ex hoc nō sequit q in libertate patrem sequat.

16

17

18

19

Consequenter q̄rit ad secundū articulū que rit de impedimēto quod venit ex defectu eta tis. Et circa hoc tria queruntꝰ. Primo queri tur vtrū status etatis impediat matrimoniū. Scđo vtrū defectus etatis impediat cōtractionem sponsa lium. Tercio vtrum sponsalia ɔtracta post septenni um possint dissolui ꝑ mutuum consensum.

Questio. i. d

Or status etatis impediat mr̄imoniū ostendit sic. q2 statum etatis seq̄t impotentia coeundi. ſ impotē tia coeundi impedit matrimoniū. ḡ z status etatis. Itē statū etatis cōsequit discretio. ſ discretio req̄ rit ad ɔsensum legitimū. z ɔsensus ad mr̄imonium. ḡ talis pōt eē status etatis q impediat mr̄imoniū. Itē iura canonica z ciuilia dicūt q impuberes n̄ pñt ɔtrahere. ſ impuberes iudicāt rōe etatis. vt ma sculus an̄. xiiij. annū. z femina an̄. xij. ḡ zc. Cōtra. status pubertatis nō impedit susceptionē alicu' al terius sacri que etiā maioris impfectiōis sunt. ḡ nec matrimoniū. Itē quare nō pñt ɔtrahere an̄ tp̄s pubertatis. aut ꝓpter impotētiā coeūdi. aut ꝓpt defe- ctū discretiōis. Si ꝓpter impotentiā. ſ multi infirmi sunt impotētes reddere debituꝫ et tn̄ pñt cōtrahere. pterea multi etiā an̄ annū. xiiij. coeūt. Si ꝓpter defe- ctū discretionis. Contra hoc est q multi sunt discre- tiores in decennio q̄ alij in. xx. anno q̄ pñt ɔtrahere ḡ zc. Itē q̄r quare tp̄s pubertat̄ citi' ɔplet in mu liere q̄ in viro. z vr̄ q nō deberet. q2 q̄tū ad spōsalia contrahenda ad par tp̄s z eq̄le mascul' z femia iudi cant. vtpuca ad septenniū. ḡ pari rōne ad mr̄imoniū ɔtrahendū. Rꝰ. ad p̄dictoꝝ intelligētiā est nōndū q mr̄imoniū est in officiū z in remediū. z i sacrm̄ vel signū. In officiū inq̄ ꝑcreādi ꝓlē. In remediū con tra impulsum libidinis. z in sacramētū insolubil' ɔiū ctiōis nr̄i xp̄i. Qm̄ igit an̄ tempus pubertatis non pñt mascul' z feia generare. nec feruore libidinis ex- citant tanq3 impotentes ad hunc actū. q2 etiā an̄ tē- pus illud sūt variabiles. z mr̄imoniū est imutabile. de- creuerūt iura. tales ꝑsonas nō esse legitimas antēq̄ ad tp̄s veniāt pubertatis. Ad illud ḡ qđ obī de sa cramēto alijs. dm̄ q non est silē. q2 vtilia z necessa ria sunt an̄ tp̄s pubertatis. Ad illud ḡ qđ querit. q̄d impediat. dm̄ q defectus etatis rōne instabili- tatis puerilis. z impotētia coeundi nālis. Qđ ob- ijcit de sene z infirmo nō est simile. q2 stabiles sunt in sensu z in affectu. Sꝫ q dicit q nō pñt. dm̄ q iura iudicāt z instituūt nō ſm ea q̄ sp sed ſm ea q̄ fiūt fre quenter. z q2 licet an̄ temp' indictū aliq̄ possint coi- re ꝓpter accelerationē nature. tn̄ vt frequenter an̄ il- lud tp̄s non pñt. quia tn̄ iura viderunt q aliqui pos- sent. ideo nō tantū artauerūt quin etiā ꝓximi puber tati circa mediū annū possint ɔtrahere. Ad illud qđ querit quare citius computatur tempus puber- tatis in mliere. dm̄ q tēp' spōsaliū determiat q̄tuꝫ ad discretionē. sed tp̄s pubertatis q̄tū ad potētiam coeūdi. z q2 citi' pōt coire femina q̄ masculus. iō zc. Si tu queras quare mulier citi' pōt q̄ mascul'. Rn̄ deri pōt q hoc fit multis rōnibus. Primo. q2 pri' fit solutio viscositatis ꝓpter meatus largiores. Secun- do. quia difficilius est agere q̄ pati. Tercio. q2 natu- ra impfecta in muliere appetit virum sicut materia formā. vnde ꝓpter maiorem appetitum nature ma- ior fit acceleratio.

20

21

22

Questio. ij. e

Utrū defectus etatis impediat ɔtractionē sponsali- um. Et q sic vr̄. q2 sponsalia de necessitate obligant ad mr̄imoniū. sed matrimoniū nō cōtrahit nisi pro-

pria voluntate. ergo sponsalia nõ ꝯtrabunt nisi placeant sponso ⁊ sponse. ſ nõ habẽt vsum rõnis nisi in determinata etate. ergo ⁊c. Itẽ iura canonica dicunt sicut pȝ ex. de despon. impu. p totũ. q̄ ꝙ ꝯtrabũt sponsalia ante septẽniũ nihil faciũt. ergo ⁊c. Con. in sacro baptismi obligatur paruulus p aliũ ad renũciandũ sclo. ⁊ ad cõtrahendũ matrimoniuȝ cum deo. ergo pari ratione possunt paruuli p alios ad matrimoniũ obligari. Itẽ vbi deficit fides ꝓpria. succurrit fides parentũ. ergo pari ratione vbi deficit discretio paruulorũ supplet discretio pentũ. ⁊ sic ⁊c. Itẽ quero q̄re tempus septenniȝ est determiatũ ad spõsalia ꝯtrahẽda. ⁊ qoare ante nõ sit ꝯueniens? Quia q̄ añ nõ pñt contrahi. aut hoc est ꝓpter defectũ discretiõis. aut locutionis. Si discretiõis. ſ etiaȝ tunc discretio deficit. Si locutionis. sed ante sciunt paruuli loq̄. ergo ⁊c.

23 Rº. dõm q̄ sponsalia de iure non pñt ꝯtrahi ante septenniũ. ⁊ si ꝯtrabant de facto nihil fit. pmittit tñ ipm nihil in re qd̃ est aliquid in spe ꝓpter bonũ pacis. Ratio tempis hec est. q̄ sicut non pñt aliq̄ mrimoniũ ꝯtrabere nisi ꝓprio consensu. ⁊ ꝓprio signo exprimente ꝯsensum. sic nõ pñt ad mrimoniũ obligari nisi placeat. ⁊ cõplacẽtiã vbo vel signo exprimãt. q̄ vt frequenter ab illo tpe incipiũt intelligere q̄ dicunt. ⁊ loqui fm ꝓpriũ affectũ. ideo extunc incipiunt valere. Ex his patent obiecta. q̄ nõ est silẽ de obligatiõe matrimonij ⁊ sacramẽto baptismi. q̄ illa est neĉaria ad salutem. iõ merito p aliũ subuenit egroto. Patȝ etiã rõ tpis. q̄ q̄uis nõ sit plena discretio ad discernẽdũ bonũ a malo in eis. tñ est discretio ad intelligenduȝ qd̃ dicit. ⁊ rñdendõ qd̃ libeat vel nõ libeat.

24 Ad illud ergo qd̃ obi. de sacro baptismi pȝ rñsio q̄ nõ ẽ simile. sicut sepe dictũ est. ꝓpter h̄ q̄ est ꝯtra oiginale qd̃ nõ est p volũtatẽ ꝑpetratũ. ⁊ vlteri⁹ in baptismo nõ obligat paruul⁹ nisi ad ea q̄ tenet de iure naturali. vnde nõ est ibi votũ nisi valde large. Et si tu obijcias q̄ puul⁹ põt obligari vbi est bonũ suũ. dõ. q̄ verũ est in possessionib⁹. ſ in mrimonio vbi est seruit⁹ corporis ⁊ vȝ eẽ mutu⁹ amor. decreuit deus vt null⁹ possit nec debeat nisi ꝓpria voluntate obligari. Est enim ibi qd̃dã mirabile. q̄ hõ inuenit in mliere aliquã cõplacentiã quã nunq̄ posset in alia inuenire. vt dicũt aliqui expti.

Questio. iij. f

Utrũ spõsalia ꝯtracta p⁹ septenniũ possint dissolui p mutuũ cõsensuȝ? Et q̄ nõ vr̃. q̄ sicut se hȝ etas puberũ ad ꝯtrahẽdũ mrimoniuȝ. ita etas impuberũ ad ꝯtrahẽda sponsalia. ſ q̄ puberes ꝯtrahẽtes matrimoniũ nõ pñt soluere. ergo ⁊c. Itẽ sicut dñs instituit mrimoniũ nõ solui. ita ꝑcepit nõ piurare. ⁊ fide non mentiri. ergo si ꝯtracta sunt sponsalia p iuramẽtũ interpositũ. vr̃ q̄ necessario teneant ꝯsummare. Itẽ de sponsalib⁹ ⁊ mrimonio vr̃ in decretali scd̃a. q̄ hoc ꝑt tolerari. si ergo pmissio non est boni ſ mali. vr̃ q̄ hoc sit malũ. Itẽ in eodẽ ti. decre. cõmissũ. q̄ iurauit aliquã ducere in vxorẽ. ꝓpter iuramẽtũ (si vult intrare religionẽ) pri⁹ deberet ꝯtrahere. Sed si liceret alicui ꝑtransire. liceret maxime tali. ergo si huic non licet. multo minus nec alicui. Contra. Si ꝓmitto tibi dare centũ. si absoluas me. sum absolutus. nec piuro si nõ do. ergo pari rõne in ꝓposito. Item si duo iurent sibi ire romã. ⁊ post peniteãt ⁊ mutuo se absoluãt. absoluti sũt. ergo ⁊c. Querit igit qualit sponsalia ꝯtrabant ⁊ quibus modis soluant. ⁊ tercio q̄s sit effectus spõsaliũ.

25 Rº. dõm q̄ sponsalia multis modis solui possunt. sicut iã patebit. ⁊ vnus inter illos modos ẽ q̄n mutuo se absoluũt. De isto aũt mõ dicũt aliq̄ vt huguitio. q̄ mod⁹ iste nõ est licit⁹. q̄ nõ fit sine pctõ ꝓpt fidẽ iuramẽti. ſ solũ est pmissus. q̄ coacta ꝯiugia malos habẽt exit⁹. et hoc dicit ꝓpter illud qd̃ dicit decretal. q̄ põt in paciẽtia tolerari. Alij dicũt q̄ cũ iuramẽtũ obligatoriũ nũq̄ obliget nisi ad volũtatẽ ei⁹ cui fit vr̃ q̄ ad instar illoꝝ q̄ iurãt sil'ire ad aliquẽ locum. sicut ipa decretalis dicit. q̄ mutuo se pñt absoluere. et si veniat ex causa aliquo mõ rõnabili dicũt esse licitũ. licet sit maioris pfectionis sicut sonat decretalis. ⁊ h̄ positio vr̃ magis ꝓbabilis q̄cq̄d dicat apparatus.

Ad illud quod obi. de mrimonio. dõm q̄ nõ est simile ꝓpter figtionẽ. Ad illud qd̃ obi. de iuramento. dõm q̄ nõ obligat nisi sub cõditione.

26 Ad illud qd̃ querit quõ cõtrahãt. dõ. q̄ quatuor modis. Simplici ꝓmissione. fidei datiõe siue iuramẽti interpositione. datis arris sponsalicijs. anuli subarratiõe.

27 Ad illud qd̃ qr̃ quibus modis soluant. dõȝ q̄ in. viij. casibus. Primus est voto solẽni superueniẽte. puta si alter sponsoꝝ intrauit religionẽ. Scd̃s superueniẽte matrimonio. puta si ꝯtrabat cũ alia p verba de presenti post sponsalia. Terci⁹ superueniẽte affinitate. puta si cognouit cõsanguineã sponse. ⁊ hoc facto vel fama ꝓbari põt. Quartus superueniẽte incurabili infirmitate. puta lepra vel mutilatiõe mẽbri alicui⁹. Quintus altero se absentante. puta cũ vadit in regionẽ longinquã sine licẽtia. Sextus altero fornicãte. puta cũ alter cognoscit alterã q̄ sponsaȝ suã. Septim⁹ vtroq̄ volente. puta cũ ambo cõsentiũt. Octauus ẽ minore petente. puta si ꝯtracta sunt sponsalia inter aliquos duos quoꝝ alter est in etate debita. alter est minor. Primis duobus modis soluũt sponsalia ipo facto. alijs p iudiciũ ecc̃e.

28 Ad illud qd̃ querit q̄s sit sponsaliũ effect⁹. dõm q̄ duplex. Un⁹ obligatiõis ad mrimoniũ ad qd̃ astringit p ꝓmissionẽ que ẽ in spõsalibus. Unũ dicũt a spondeo spõdes. vñ compellendi sunt ad matrimonium ꝯtrahendũ. nisi timeat de vxoricidio. vel aliquis dictoꝝ casuũ interueniat. Alius effectus est publice honestatis iusticia q̄ est q̄ nullus cõsanguineoꝝ ꝓpinquoꝝ sponsi potest contrahere cum sponsa nec econuerso.

Di. XXXVII. De impedimẽtis que omnino faciunt illegitimũ ad matrimoniũ ꝯtrahendũ cum omni ꝓpter ecclesiasticam institutionem.

Sunt igit q̄dã ordines ⁊c. Hec ẽ ps in qua mgr̃ principaliter determiat de his q̄ matrimoniũ impediunt simpliciter. Et hȝ h̄ pars duas. q̄ tale impedimentũ duplex est. Qd̃dã qd̃ simplr̃ impedit cũ omni. qd̃dã cũ quodã sic cũ q̄dã nõ. ideo fm hoc hec ps hȝ duas. In pma parte determinat de his que simplr̃ impediunt ⁊ cũ omni. In scd̃a de his q̄ cũ aliquib⁹ sic cũ aliq̄b⁹ nõ. j. di. xxxix. Post hec de dispari cultu ⁊c. Prima ps hȝ duas. In pma pte agit de impedimẽto qd̃ impedit ꝓpt ecc̃iasticã institutionẽ. In scd̃a de eo qd̃ impedit ꝓpter ꝓpriã obligationẽ. j. di. xxxviij. Nũc de voto inspiciam⁹ ⁊c. Et q̄m ecc̃iastica institutio q̄sdã excludit a mrimonio ꝓpter excellentiam vite. vt clericos. quosdã ꝓpter enormitateȝ culpe vt vxoricidas. ideo hec pars habet duas particulas. In prima determinat de impedimẽto ordinis. In scd̃a de impedimẽto criminis. ibi. His adijciendũ ẽ de occisorib⁹ suaꝝ ꝯiugũ ⁊c. Ceteraq̄ ps remanet indiuisa ꝓpter breuitatẽ.

Dist. XXXVII.

Determinat de impedimēto ordinis. a

Sunt igitur quidā ordines in quibus nullaten⁹ potest ꝯtrahi ꝯiugiū. ⁊ si intercesserit copula. fit diuortiū. vt sacerdotiū. dyaconat⁹. ⁊ subdyaconat⁹. In alijs vero pmittitur sortiri ꝯiugiū. nisi religiōis habitū susceperint. vel ꝯtinētie votū fecerint. Unde leo papa (Leo papa) Clericos. lectores. ostiarios. exorcistas. accolitos. si extra votū ⁊ hītū inueniunt. ⁊ ꝯtinētiā pfiteri noluit. ᵃ vxorē ducere virginē ecclesia romana pmittit. nō viduā. nec repudiatā. q2 deinceps nec ad subdyaconatū pueh poterunt. nec laicus vxorē sortitus nisi virginē. vel bigamus ad clericatū. Itē ex cartaginē. ꝯcilio. (Ex cartagi. ꝯcilio. b) ᵇ Placuit epos. presbiteros. dyaconos. subdyaconos etiā ab vxoribus abstinere. qd si non fecerit. etiā ab ecclastico remoueantur officio. ceteros vero clericos ad hoc nō cogit. Itē leo papa. (Leo papa) Lex ꝯtinētie eadē ē ministris altaris q̄ episcopis et pbris. q cū eēnt laici vel lectores. licite vxores ducere potuerunt. s cū ad pdictos puenerūt gradus. cepit eis nō licere qd licuit. Itē in. vj. sinodo. Siquis eoz q ad clerū accedūt voluerit nuptiali lege mulieri copulari. hoc añ ordinē subdyconat⁹ faciat. Itē Calixtus papa. (Calixtus pp) Presbris. dyaconib⁹. subdyaconib⁹. monachis. ꝯcubinas hre. seu mrimoniū ꝯtrahere penit⁹ interdiciam⁹. ꝯtracta q̄z mrimonia ab hmōi psonis disiungi. ⁊ psonas ad penitentiā debere redigi. iuxta scōz canonū districtionē iudicamus. Itē Grego. (Gregorius) Nullū facē subdyaconū epi psumāt nisi q se caste victurū pmiserit. q2 nullus dz ad ministeriū altaris accedere nisi cuius castitas añ susceptū ministeriū fuerit approbata.

(Innocēti⁹ papa secūdus. Decernimus vt hi q ordinem subdyaconatus ac ceperint. ⁊ insuper vxores duxerint vel cōcubinas hūerit. officio atq eccastico būficio care-)

Detmiat de ipedimēto crimis vtpote vxoricidio. b

His adyciendum est de occisoribus suarū ꝯiugū. De quibus Nico. papa scribit radulpho bituricēsi archiepiscopo. Interfectores suaz ꝯiugum sine iudicio cum nō addis adulterarū vel aliqd hmōi. qd aliud habendi sunt q̄ȝ homicide. ac per hoc ad pniam redigendi.

a Uxorē ducere virginē ecclesia romana pmittit. Querit quare ponit q pmittit ducere virginē. cum enī nullo voto sint astricti. ita poterūt ducere viduam sicut vginem. Rº. dōm q clerici ducentes vxores infra minores ordines possunt vxores dupliciter ducere. Aut cū spe redeundi ad ministerium ⁊ officiū clericat⁹ aut sine spe. Si cū spe. tūc pmittitur q ducāt vgines. ⁊ sic loqr leo papa. Si sine spe. tūc pnt quaz volūt ducē. s si ducāt viduā. ampli⁹ nō pnt ad officiū qd dimiserāt redire. vel si pmittat reditus ad ordines minores. inhibet pmotio ad maiores. ⁊ iō dicit pmittatur si volunt ad clericatū aliq tpe redire sine impedimento.

b Placuit epos. pbyteros. ⁊c. etiam ab vxo. absti. ⁊c. Ut mala esse hec cōstitutio. q2 nemo pōt vxorem priuare iure suo. ff vz. q si habēt vxores. q non possūt abstinere ab eis etiam si velint. Item ponatur q aliquis in inferioribus ordinibus vxore tacente ⁊ sciente pmoueatur. vtrū debeat cū reclamauerit debitū sibi reddi. Et q sic videt. q2 votū ꝯtinentie nō vouit. Et iterū. Si vir ingrediat religionē ⁊ ipa taceat. si reclamet p⁹ apud epm. redire cōpellit. ff ⁊c. Item querit vtrū mortuo viro teneat ad ꝯtinentiā ppetuā talis mulier an possit cōtrahere. Rº. dōm q hoc intelligit q si nō habēt vxores nūq debēt ꝯtrahere exq ad sacros ordines sunt promoti. si añt habent non pnt pmoueri sine assensu vxoz sm ꝯsuetudinē romane ecclesie. ⁊ verū ē q requirēdus est eaz ꝯsensus. Q2 si vxor taceat viro suscipiēte ordinē. ⁊ locū ⁊ tps hz reclamādi psumit ꝯsensisse. ⁊ ampli⁹ reclamare nō potest. et ex tali consensu suo cōtinentia sibi indicit. nec potest requirere virum. Utrum añt possit cōtrahere. dōm q sicut dicit. xxxij. dis. ca. seriatim ⁊c. nō pōt. etiā post mortē viri. imo tenet ad ꝯtinētiā ppetuaz. Sz qliter hoc sit intelligendum inter iurispitos est ꝯtrouersia. Aliqui enī dicunt q mulier ꝯsentiens viro vouere intelligit. sed votum istud q2 nō est solennizatum. impedit matrimoniū cōtrahendum sed nō dirimit iā ꝯtractū. Alij dicunt q solennizat in voto viri. Tercij dicunt q secus est in vxore ingressi religionem ⁊ clerici. q2 vxor clerici tenet. sed nō vxor ingressi. q2 dignior est clericatus q̄ȝ religio. cū bigamus possit esse religiosus. nō autē clericus. Alij dicunt ⁊ hoc videt pbabili⁹ q vxor aut ignorat ius illud. q2 nec scit nec sibi dicit. aut nouit. Primo mō nō obligat. Scdo modo si nouit. q2 sibi dicit ⁊ ꝯsentit. obligatur. Sed quid in tanta diuersitate tenendum est. Sane dici potest q si vxor consentiat viro q ordinem sanctum suscipiat. vel q religionem ingrediat in ꝯspectu pbī ep quam sm formam ecclesie possit fieri diuortium. q ipa obligat ad ꝯtinentiā ppetuā cū viro qui est eadē caro cū ipa. nec excusat p iuris ignorātiā. nec est diuersimode iudicandum in clericis ⁊ religiosis q̄tum ad hoc. cum vtrobiq corpus viri ppetuo domino dedicetur. Et hoc expresse dicitur dist. xxxij. seriatim ⁊c. Nec pmittit vxor iungi eidē marito suo carnaliter. nec vnq nubere. aut in eius vita alium ducere post mortem. ⁊ iō satis pbabiliter dictū est q viro vouente ⁊ solennizante ipa vouisse intelligitur. ⁊ hoc tm pbat p multa iura que dicunt li. iij. de puer. cōiugatoz.

4 c Quibus penitus denegat̃ ꝯiugiũ. Ex hoc videt̃ q̃ cũ talibus dispensari nõ possit. Querit̃ & p q̃b⁹ peccatis cõiugiũ denegat̃ ꝛ in quib⁹ dispensat̃. R⁰. notandũ q̃ in septẽ generib⁹. Primũ est adulteriũ cũ occasiõe vel fidei datõne. xxxi. q. i. Scõm est incestus. xxxii. q. vii. ꝯcubuisti. Terciũ est raptus spõse alteri⁹. xxxvi. q. ii. statutũ. Quartũ est de eo q̃ insidiãs matrimonio filiũ de sacro fonte leuauit. ꝛ de h̃ h̃r. xxx. q. i. de eo co ait. Quitũ ẽ de eo q̃ occidit p̃sb̃r̃ꝫ et de peni. ꝛ remis. qui p̃sb̃r̃ꝫ. Sexto de eo q̃ occidit ꝓpriã vxorẽꝫ. xxxiii. q. i. Septimuꝫ solẽnit̃ peniteñtes. xxxiii. q. ii. de his antiq̃. In oib⁹ dispẽsat̃ p̃terq̃ i p̃mo ꝓpter h̃ q̃ respiat p̃sonã determiatã

c quib⁹ penit⁹ denegat̃ ꝯiugiũ. Hic videt̃ nicolaus permittẽ maritis ꝓ adulterio aut alio hmõi vxores suas interficere. s̃ ecc̃iastica disciplina sp̃ũali gladio nõ mãli criminosos feriri iubet. Ubi idẽ nicola⁹. Int̃ h̃ nr̃a sctitas addẽ studuit. si cui⁹ vxor adulteriũ ꝑpetrauit. vtꝫ

d marito ei⁹ s̃m mũdanã legẽ interficẽ liceat. Sꝫ sancta dei ecc̃ia nũq̃ꝫ mũdanis ꝯstringit̃ legib⁹. gladiũ nõ hꝫ nisi sp̃ũalẽ. Itẽ pi⁹ papa. Quicũq̃ꝫ ꝓpriã vxorẽ absq̃ꝫ lege sine cã interfecerit. aliãq̃ꝫ duxerit. armis depositis publicã agat pniam. ꝛ si ꝯtumax extiterit anathematizetur vsq̃ꝫquo consentiat.

ant. Cũ ei ip̃i tẽplũ ꝛ vasa dñi. sacrariũ sp̃ũs sci esse debeant ꝛ dici. indignũ est eos cubilib⁹ ꝛ immũdicijs deseruire.

Pius papa.

5 d Sꝫ sctã dei ecc̃ia nunq̃ꝫ mun. ꝛc. Uidetur falsuꝫ dicẽ. Quia bern̄. dicit ad euge. q̃ hꝫ vtrũq̃ꝫ gladiũ. ꝛ vtq̃ꝫ gladi⁹ tã sp̃ũalis q̃ꝫ materials ẽ ecc̃ie. ꝛ h̃ ꝓbat p illud Lu. xxii. sũt gladij duo. ꝛ dñs ait satis est. R⁰. dõm q̃ vterq̃ꝫ vt dicit bern̄. est ecc̃ie. sed differenter. q̃ꝛ sp̃ũalis extrahendus est manu ecc̃ie. s̃ materialis nõ manu sed tñ nutu. et p hoc soluit̃ illud.

D intelligentiam huius breuis distinctiõis s̃m duo que breuiter in ea tangunt̃. duo hic principaliter querunt̃. Primo querit̃ de ordinis impedimento. Scdo de vxoricidio. Circa primũ queruntur tria. Primũ vtrum ordines minores impediant matrimoniũ. Scõm vtruꝫ ordines sacri. Tercio querit̃ q̃tum ad ecclesiasticũ statutuꝫ p q̃d sacri ordines impediunt matrimoniũ.

Questio. i. a

Q minores ordines non impediant matrimoniuꝫ. videt̃ ꝑ multas autoritates quas adducit mg̃r in litera. maxime de illa leonis pape que sum pta est de dis. xxxii. Item in extra. de clericis cõiugatis. dicit alexander. iii. Si q̃ clericoꝝ infra subdyaconatum acceperint vxores. ipsos ad retinẽdas vxores districtiõe ecclesiastica compellatis. Item ratione videt̃. q̃a ad minores ordines vt plurimũ paruuli ꝓmouent̃. sed tales nõ sunt cogendi ad ꝯtinentiã. & ꝛc. Iteꝫ in ingressu religionis est status in quo quis ꝓbat et ꝓbat̃ anteq̃ꝫ ad votũ ꝯtinentie obliget̃. & pari rõne immo multo fortiori. cum difficili⁹ sit in seculo continere. status debet determinari in q̃ clerici possint ꝓbare et ꝓbari. vtrũ velint viuere casti. ꝛ in illo nõ debẽt ad castitatẽ obligari. sed iste ẽ ordinũ inferioꝝ. & ꝛc. Contra dist. xxxii. Lectores cũ ad annos pubertatis venerint cogant̃ aut vxorẽ ducere. aut ꝯtinentiã ꝓfiteri. & si lectores sunt in statu inferioꝝ ordinũ. videt̃ q̃ compellant̃ ad continẽtiã. & ꝛc. Itẽ minores clerici statim vt sunt clerici in sortẽ dei sunt vocati. et ideo dicti sunt clerici. q̃ꝛ in sortẽ dei sunt segregati. s̃ q̃ habet vxorem est diuisus. sicut dicit Apostol⁹ i. Coꝝ. vii. ergo nullus clericus põt nec debet habere vxorem. & ꝛc. Itẽ ois clericus in minori officio siue ordine cõstitut⁹ põt habere beneficiũ ecclesiasticũ maxime si intendat vlteri⁹ ꝓmoueri. saltem beneficium sine cura. sed nullus ꝯiugatus põt nec debet habere beneficium prebendale. sicut dicit̃ extra de clericis ꝯiugatis. diuersis fallacijs ꝛc. & null⁹ clericus potest esse coniugatus. Itẽ omnis clericus in minori officio cõstitutus põt gaudere priuilegio clericali. s̃ null⁹ vxoratus potest gaudere priuilegio clericali. ergo nullus clericus potest esse vxorat⁹. Maior manifesta est. minor patet ꝑ decretalẽ de cle. ꝯiu. Iohã. i. vbi dicit̃ q̃ vxoratus etiã tonsuratus nõ põt priuilegio clericali gaudere. Si tu dicas q̃ iste ratiões nõ valent. q̃ꝛ qui est clericus potest non esse clericus. et ita potest esse vxoratus. Contra. ordinis sacrim est p impressionẽ caracteris. ergo sicut baptizatus nõ põt esse non baptizatus. ita videt̃ q̃ cleric⁹ nõ possit fieri nõ clericus siue nõ ordinatus. R⁰. dõm q̃ in ordinibus minoribus. est cõsiderare ordinẽ ꝛ officium siue ministeriũ ꝛ beneficiũ. ꝛ s̃m hec tria põt cõparari ad matrimoniũ. ꝛ ordo minor nullã hꝫ oppositionẽ ad matrimoniũ rõne sui siue caracteris. nec q̃tũ ad cõtractum mr̃im oniij. nec q̃tum ad vsuꝫ. Sed ministerium ꝛ beneficiuꝫ scõm ecclesiã occidentalẽ oppositõeꝫ habent ad matrimoniũ q̃tũ ad vsum ꝓpter honestatem. et q̃ñ clericus in minorib⁹ ordinib⁹ nõ tenet̃ nec est obligatus ad officiũ nec ad ministerium. ideo potest contrahere sine aliquo impedimẽto. ꝛ ita cõcedendũ est q̃ minores ordines mr̃imonio nõ prestant impedimentũ. 6 Ad illud & q̃d obi. q̃ lectores debent ꝯtinentiã ꝓmittere. dõm q̃ illud capitulũ debet intelligi q̃ñ ꝓmouentur ad subdyaconatũ. alioquin solũ ẽ ꝯsiliũ. 7 Ad illa vo q̃ obijciunt̃ p⁹. iã pꝫ rñsio. Q̃ bĩ cũ de clerico q̃tũ ad ministeriũ q̃tũ ad beneficiũ ꝛ priuilegiũ que non sunt nec̃ario annexa minoribus ordinibus. iõ nec matrimoniũ repugnat ita q̃ nõ possit transferri de vno statu ad aliũ. impedit̃ tñ vt nõ possit nec debeat simul in vtroq̃ꝫ statu militare. q̃ꝛ nemo militãs deo debet se secularib⁹ negocijs implicare. 8

Questio. ii. b

Utrũ sacer ordo mr̃imoniũ impediat. Et q̃ sic videtur p auctes multas quas adducit mg̃r in litera. et sumũt̃ plures de di. xxxii. Itẽ in ex. de cle. cõiu. alexãder. iii. Si in subdyaconatu ꝛ alijs supiorib⁹ ordinibus vxores accepisse noscunt̃. eos vxores dimittere cõpellere ꝓcuretis. Itẽ ois q̃ nõ vouet ꝯtinentiã est ineptus ad sacros ordines. s̃ q̃ habent vxores sunt hmõi. & ꝛc. Probatio minoris. Gre. dicit et habet̃ in lr̃a. Nullũ subdyaconũ facere p̃sumãt epi nisi qui se ꝓmisit caste victurũ. & si q̃ ꝓmittit in manu epi ꝯtinẽtiã vouet ꝛ tenet̃ pꝫ ꝛc. Iteꝫ in sacris ordinib⁹ ministrãt circa altare. s̃ sancti⁹ ẽ altare noue. ꝛ sacrificiũ q̃ꝫ leg̃ figure. s̃ sacerdos cũ ingrediebatur sancta scõꝝ tenebat̃ a cõiuge abstinere. sic dĩ in exodo. & multo forti⁹ ministri altar⁹. nũc & q̃ ingit̃ ministrãt nũq̃ꝫ debẽt mulierib⁹ adherẽ. Coñ. virtus nullaꝫ hꝫ

oppositõz cũ virtute. ergo nec sacramẽtũ cũ sacro. sz qd nõ habet oppositõez cũ alio nõ prestat ei impedimẽtũ. ergo ordinis sacramentũ nullo modo impedit matrimoniũ. Item oppositio est relatio equipantie. ergo si vnuz sacramentũ repugnat et impedit susceptionem alterius. pari rõne et ecõuerso. sed matrimoniuz nõ impedit susceptõem ordinis. quia multi coniugati pmoti sunt in epõs. ergo nec ordo sacer impedit matrimoniũ. Itẽ idem est ordo apud nos et apud ecclesiaz orientalẽ. sz apud illos ordo nõ impedit matrimoniũ nec econuerso. ergo nec apud nos. Si tu dicas q apud nos est supadiectũ votũ rõe cui9 impedit. tũc videt q ipedimentũ ordinis nõ differat ab ipedimento voti.

9 Rñ dõm q absqz dubio sicut sacri canones dicũt. sacer ordo ipedit matrimoniũ ptrahendũ. et dirimit iam ptractũ. verũtñ quantũ ad modũ dicendi siue intelligendi inter doctores diuersos diuersitas opinionũ resultat. Quidam eñ dicũt q ordo sacer ipedit matrimoniũ pter votũ annexũ ad qd obligat q suscipit ordinẽ sacrũ. sz qm in susceptõne ordinis nõ videt voti emissio. aut si ẽ emissio hec est quantũ ad fcm̃. cuius nõ sit quantũ ad vbũ. sed nõ videt tũc differre ab impedimento voti qd falsũ est. qz apud grecos nõ est votũ ptinẽtie. qz illi sacerdotes licite vtũtur vxorib9. et tñ null9 potuit nec põt in sacris ordinib9 pstitut9 ptrahere. sicut ex synodo. vi. hetur. que celebrata fuit apud eos i q se huic statuto subiecerũt. pret votũ ptinentie. Iõ alioz est opinio. q ordo pstat ipedimentũ rõne statuti ecclesiastici qd ligat clericos suscipientes ordines ad nunqz cõtrahẽdũ. Sed qm auctes canonũ inueniũtur que vtrũqz sonare vident. et q in susceptõe ordinis ẽ solẽnizatio voti. iõ dõm est meli9. q et si apud grecos nõ ipediat. hoc nõ est rõne statuti. et sic ñ impediuit vt dicũt qdam a tpe aploz. tñ apud latinos ipediuit. et rõne statuti et rõne voti. Sicut eñ ordo monachoz et habitus ptinentiã hz annexã p illũ q habitum instituit et reglaz edidit monachalẽ. iõ qui pfitet et suscipit habitũ dz emittere votũ psequẽter. sic ordo apd latinos ex ecclesiastica pstitutõe hz insepabilit9 ptinẽtiã annexam. et iõ qui illũ suscipit. spõtanee se obligat. ita q illa obligatio pcedit ex statuto piter et ex voto. et sic pz

10 q impedit et qualit impedit. Ad illud ergo qd obi q virtus cũ virtute nõ hz oppõez. dõm q vez est quantũ ad habituz. sz tñ stat9 aliqñ sũt icõpossibiles vt piugalis et virginalis. et qm sacramẽta diuersa stat9 diuersos respiciũt. vt ordo statũ ptinentie virginalis vl vidual. matrimoniũ statũ ptinentie piugalis. hinc ẽ q ipedit. sicut stat9 sclaris et religiosi suo mõ opponũtur.

11 Ad illud qd obi q matrimoniũ nõ impedit ordinẽ. dõm q vez ẽ si vxor fuit virgo et vult ptinere. sz tñ nõ est sic. qz pcessus in virtutib9 est a statu impfectõis ad pfectiõez. sed ñ dz esse redit9. et qm matrimoniũ collocat in statu ipfectõis. ordo vo in statu pfectõis. iõ etc. sicut de sclo ad religionẽ licet ascẽdere nõ descẽdere

12 Ad illud ergo qd obi vltio iã pz Rñ. qz statutũ ecclesie abũdanti9 artat latinos qz grecos. licet illos aliquo mõ artet. et hoc qz latini voluerũt se subijcere et plicare. greci vo in sua ruditate remanere. et iõ vsqz hodie in suis feceib9 remãserũt. Patz etiã q nõ solũ rõe voti impedit sed etiã rõne statuti ecclesiastici.

Questio. iij. c

Utruz ecclesia debuerit hoc instituere. et p tale statutũ clericos ad ptinentiã obligare. Et q nõ videt pmo qz matrimoniũ est in remediũ pcupiscẽtie. sz hic morbus maxie viget in clericis vt pz. ergo eis nõ debuit denegari remediũ. Itẽ difficilimũ ẽ iuuenib9 abstinere a mlierib9. et iõ ptinẽtia in eis p martyrio reputatur a hieronimo. sz lex noua dz esse lex leuitatis. ergo etc. Itẽ ad ea que pfectõis sũt debem9 p psiliũ iduci nõ mãdato obligari. si ergo abstinẽ ab oi mliere pfectõis ẽ. vr videt q ad hoc debuerit clerici p pceptũ obligari. Itez si ẽ maioris pfectõis moderna ecclesia q primitiua. sed tũc nõ fuit indicta clericis cõtinentia. ergo nec nõ debuit indici. Itẽ cult9 dei ampliand9 est. sed a nullis pcetũ9 amplia q ad ipsis clericis cultoribus dei. si ergo clerici in sacr ordinib9 pstituti sunt cultores di. cũ ampliatõ cult9 diuini nõ tm̃ sit p generatõnez plis spũalis sed etiã carnalis. qz nati de xpianis xpiani sunt. ergo videt q eis pspetat filios generare. ergo nõ dñt artari ad ptinentiã. Itẽ platoz stat9 dz esse pfectissimus. qz insil iũcta est ptẽplatio cum actõe. ergo cũ stat9 clericoz debeat esse pfect9. videt q statui coz pueniat nõ tm̃ generatõ plis spũalis p vbũ et exẽplũ ppt statũ ptẽplatõis. sed etiã generatõ plis carnalis quãtuz ad statũ actõis. ergo videt q eis nõ debuit matrimoniũ indici. Queritr ergo q fuit rõ huius statuti. et ad oppõituz possent adduci rões. et hz illas claudendũ est in rnsione.

13 Rñ dõm q istõ statutũ de clericoz ptinẽtia fecit ecclesia qz potuit sic licuit. qz decuit. qz expediẽs fuit. Potuit aũt ecclesia duplicit. tũ ppt auctez platoz. et maxie põtificis sũmi. tum pter psensuz subditoz. Propt auctem nãqz potuit. qm et si oia sacramẽta auctez respiciãt i dispesante aliq modo. tñ illud sacramentũ precipue inter alia. In cui9 signũ in ordĩs datõe loquit ptãtez hñs ille qui ordines pfert. vñ et dicit. accipe ptãtez etc. et iõ istud onus qd voluit sũm9 pontifex huic ordini sic sacramẽto alligare. potuit et sibi licitum fuit. Sed huic aucti et ptãti successit in latinis volũtas obtpantiũ. qz tale statutũ sup se libent receperũt. et hec duo fecerũt statutũ firmũ. Sed greci dederũt tergũ. et quia nõ pseserũt in tã nobile statutũ vt vasa sua seruarẽt mũda. ablatũ est regnũ et intelligẽtia scripturaz. et datũ est gẽti faciẽti fructũ ei9. Sic igit patet q potuit. Nec solũ licuit. imo etiã decuit. et hoc pter duo qm in actu carnali qui ẽ vsus matrimonij vt plurimũ est libido. et in cohabitatõe vt plurimũ ẽ sollicitudo. Et libido siue carnalis delectatio reddit fetidũ et immundũ. et sollicitudo reddit diuisuz. et qm clericũ in sacris ordinibus pstitutũ decet esse mundũ cũ ferat vasa dñi. decet nihilomin9 esse sollicitũ et attentũ. vt sollicite et diligenter seruiat dño. et studeat quõ placeat xpo. iõ decẽs fuit eos ab vxoribus separi. vt p oia fierent ydonei cultores ministri altaris. Si eñ illi q cõedebant panes ppõis vasa scã hre debebãt. quãto magis isti q agno immaculato assistunt et dispensant et sumũt. oĩ puritate et scitate dñt fulgere. et vasa sua custodire i sanctificatõe et honore. nõ in desiderij ptãte. Certe hoc nõ tm̃ decẽs sed et etiã decẽtissimũ iudicabit ois aia que est templũ spũs sancti. Et nõ tm̃ decuit. imo etiã expediẽs fuit. Primo ppt vitandũ irregularitatis piclũ. scdo pter vitandũ latrociniũ. Propt vitandũ piculũ. qz si mulier que est vxor alicuius cognoscat aliũ virũ. et ille vir post cognoscat eã. iam irregularis est. et iõ si vxor sacerdotis greci fornicat. iam ampli9 nec cũ ipa nec cũ alia põt rem hre. et qz difficile est talib9 abstinere. frequenter

in irregularitatē inciderēt ꝛ cū piculo ministrarent si vxores haberēt. Scḋo vo ꝓpter vitandū latrocinium. Si em̄ epi ꝛ archiepi nūc filios haberēt. oīa bōa ecclīastica furarēt ꝛ diriperēt. ita ꝙ paupib⁹ pauca vel nulla remanerēt. cū em̄ mō ꝯgregēt ꝛ ditēt nepotes q̄si gradibus incōputabilib⁹ ab eis elōgatos. q̄d facerēt si hērent filios legittimos. Unusq̄sq3 attēdat q̄ntuz esset piculū. iō ꝓuidit spūs sctūs hoc offendiculū auferre. ꝛ dei ꝯsilio hoc statutū fuit in ecclia sancta dei vt clerici ad sacros ordies venientes nullo mō mr̄imonio possint vti.

14 Ad illud ḡ qḋ obi͂ ꝙ clerici indigent remedio. dōm ꝙ verū est. sed tn̄ nō solū ē remediū mr̄imonīū ad vitandū fornicatōez. s3 multo nobilius remediū est macerare carnē. vn̄ qn̄ ociū est ꝛ nulla est carnis maceratio. si nutritur ꝛ impinguatur vēter. tūc ꝓstatur fomentū igni luxurie. ꝛ iō aliq̄bus videt difficile ꝯtinere. s3 si occuparēt se bono exercitio. ꝛ carnē macerarēt. alio remedio n̄ indigerēt. ꝛ istud remediū est eis ꝯcessuz. q2 cōuenit coꝝ statui Aliud vo est remediū qḋ non cōpetit coꝝ celibatui.

15 Ad illud qḋ obi͂ ꝙ difficilimū ē abstinere iuuenibus ab actu carnis. dōm reuera h̄ difficilimū ē. q2 q̄ ignē abscōdit i sinu quō ꝓt cū ferre vt ci⁹ plāte nō ardeāt. difficile aūt est extiguere ignē imittēdo ligna. s3 facilimū ē sup infūdēdo aquā. Si em̄ vis ꝯtinere. necesse habes mlieres effugere et carnē macerare. maxime si iuuenis es. ꝙ si hoc feceris. ꝛ ꝯtinētiā amare cepis. fiet tibi n̄ solū n̄ difficile imo p oīa facile. Cū em̄ dr̄ ꝙ lex noua ē on⁹ leue. hoc dr̄ rōe charitatis q̄ cetera mādata facit facilia. q̄ q̄ caret valde difficilit ꝓt on⁹ portare.

16 Ad illud qḋ obi͂ de ꝑfectōe. dōz ꝙ eccīa nullū ꝯpellit absoluta impulsione. s3 sub cōditione q̄ est in volūtate hoīs. s. si velit ordinē suscipe. et hoc nō ē cōpellere simplr̄. s3 hō tūc se obligat qn̄ volūtarie sumit ordinē. opz em̄ ꝙ accipiat ipm̄ cū suo onere.

17 Ad illḋ qḋ obi͂ ꝙ nō maioris ꝑfectōnis est moderna ecclesia q̄ erat ecclesia primitiua. dicendū ꝙ illi non competebat. tum propter personarū paucitatē. tū etiam ꝓpter pauptatē. tū etiam ꝓpt modestiā ꝛ honestatē. Propt paucitatē. q2 optebat clericos fieri de nouo ꝯuersos q̄ vt plurimū vxores habebant. nūc aūt a cunabulis instruūtur. Propt paupertatē. q2 nō tm̄ abundabāt tūc quantū nunc. iō non tātū timēdū de furto erat. s3 poti⁹ dei dispēsatōe ecclesia tpalia hūs ne charitate refrigēscente tā in clericis q̄z i laycis cult⁹ dei piret q̄ dilatari deberet. iō tūc oputt ꝯtinentiā indicere. Propt modestiā q̄ erat i illis. Sciebant em̄ vxorib⁹ melius ꝛ tpanti⁹ vti. ꝛ sic pz illḋ.

18 Ad illud qḋ obi͂ de ampliatōe cult⁹. dōz ꝙ cū tot sint de laycis qui vacēt illi mltiplicatōi carnali. et pauci q̄ sciāt possint ꝛ velint vacare spūali. ideo optuit hec duo officia diuidi. et cū diuisa sint. adhuc carnalis generatio mltos h3 mistros ꝛ spūalis paucos. Nō em̄ timēdū ē ꝙ deficiat cult⁹ dei ꝓpt defectū gn̄atōis carnalis. s3 mltū timendū ē ne tepescat ꝓpter defectū spūalis.

19 Ad illḋ qḋ obi͂ de actōe et cōtēplatōe. dōm ꝙ q̄dā ē actio q̄ iuncta ꝯtēplatōni nō eā ipedit s3 facit. vt sūt opa mīe ꝛ pietatis. Quedā ē q̄ mentē deijcit de arce. ꝛ talis ē actō ꝯiugal. q̄a sicut dicit Aug⁹. Nihil mētez virilē adeo de arce deijcit vt ꝯtact⁹ mēbroꝝ femineoꝝ. ꝛ h̄ supra tactū fuit. ꝛ iō dico ꝙ clericis talis actio nō cōpetit s3 actio q̄tuz ad opa mīe. vn̄ eis cōmissa sūt bona paupm dispēsanda vt opib⁹ pietatis intēdāt. nō vt curā carnis in desiderijs faciāt.

Consequēter q̄tuz ad scḋm articulū querit de vxoricidio. ꝛ circa hoc tria querūtur. Primo q̄rit vtꝝ vxorē adulterā occidere sit licituz. Scḋo qḋ sit grauī⁹ pctm̄. vtꝝ occidere vxorē an mr̄ez. Tercio vtꝝ hoc pctm̄ simplr̄ ipediat matrimoniū.

Questio. j. d

iungaꝛ ꝯsanguineis ꝓprijs ⁊ ꝯsanguineis vxoris. Itē ysid. Sane ꝯsangui/tas q̄ in ꝓprio viro ꝯseruāda ē. etiā i vxoris ꝑentela de lege nuptiaꝝ custodienda ē. qꝛ ꝯstat eos duos fuisse i carne vna. Idcirco cōis est illis vtraq̄ ꝑentela. Itē iuli⁹ pp̄. nullū in vtroq̄ sexu ꝑmittim⁹ ex ꝓpinq̄tate sui sanguis vel vxoris vsq̄ i septimū generatōis gradū vxorē ducē. vel incesti macla copulari. qꝛ sicē nō licet cuiq̄ de sua ꝯsanguītate xp̄iano. sic nec de ꝯsanguītate vxoris ꝯiugē ducē ꝓpter carnis vnitatē. Item greg. de affinitate ꝯsanguītatis ꝑ gra-dus cognatōis placuit vsq̄ ad septimā generatōēꝫ obseruare. naꝫ ⁊ hēditas reꝝ ꝑ legales instroꝝ diffinitōes sancita. vsq̄ ad septimū gradū heredū ꝓtēdit successionē. Nō ei eis succederēt nisi de ꝓpagine cognatōis deberēt. His auctibus insinuaꝛ ⁊ q̄ sit affinitas. ⁊ vsq̄ ad quē gradū sit obseruāda scꝫ vsq̄ ad septimum.

In ꝯcilio meldensi

Determinat gradus affinitatis f̄m dispensatōnem specialem. b

Sed alij videnꝛ ꝯcedere in quinta generatōne inter affines contrahi coniu/gium. ⁊ in quarta etiam si cōtractum fuerit non separi. Ait eñ fabianus papa. de ꝓpinquis qui ad affinitateꝫ per virum ⁊ vxoreꝫ veniunt. defuncta vxore vel viro in quinta generatōe iūganꝛ. In quarta si inuenti fuerint nō se/parenꝛ. In tercia v̄o ꝓpinquitate non licet vxorem alterius accipere p⁹ obitum eius. Equaliter vir iungaꝛ in matrimonio eis qui sibi ꝯsanguinei sunt. ⁊ vxoris sue cōsanguineis post mortem vxoris. Ecce hic concediꝛ in quinta vel quarta ꝓpinquitate affinium. fieri coniugium. Julius etiam papa ait. Statutum est vt relictam patris vxoꝛ sue. relictā fratris vxoris sue. relictaꝫ filij vxoris sue. nemo sibi in matrimonium sumat. relictam vxorem ꝯsanguineoꝝ vxoris sue vsq̄ in terciam ꝓgeniem nemo in vxorem sumat. In quarta vero ⁊ quinta si inuenti fuerint nō sepenꝛ. Ecce q̄ varie de affinitatis ob/seruatōne loquunꝛ autores. Alij eñ vsq̄ ad septimū gradum eam obseruari sanciūt. Alij v̄o in quinto vel quarto matrimonia cōtracta nō diuidunt. ꝗ illi veritatis rigorem. isti misericordie dispensatōnē videnꝛ ꝓponere. Pōt eñ ecclesia dispensare in copula affinium vsq̄ ad terciū gradum. sicut Gregoꝛ. dispensauit in quarto gradu ꝯsanguinitatis.

Fabian⁹ papa

Julius papa

Oñdit q̄ scd̄m genus affinitatis impedit matrimoniū. c

Illud etiam nō est p̄tereundū quod Grego. venerio ep̄o scripsit. Sedē apostolicam ꝯsulere decreuisti. si mulier copula nuptiali extraneo viro cōiuncta cognatōni eius ꝑtineat. si eo defuncto cognatio maneat. vel sub alio viro. cognatōnis vocabula dissoluanꝛ. vel si suscepte soboles possunt legitime ad ꝓoris viri cognatōnis transire copulā. Si vna caro fuerit. quomō aliquis eorum potest ꝓpinquus vni ꝑtinere. nisi ꝑtineat alteri. hoc minime posse fieri credendum est. Porro vno defuncto in sup̄stite affinitas non deleꝛ. nec alia copula coniugalis affinitatem copule prioris soluere valet. sed nec alterius ꝯiunctōnis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortium transire. Si quis ergo sacrilego ⁊ temerario ausu in defuncto querit ꝓpinquitatem extinguere. vel sub altero affinitatis vocabula dissipare. vel susceptas soboles alterius copule ꝓpinquitati prioris credit legitime sociari. hic negat dei verbū validū esse qd̄ dixit. Erūt duo in carne vna. Ecce hic prohibet. si mortuo primo viro vxor eius alij nupserit. filios de secūdo viro genitos ducere vxores de cognatōne prioris viri. quia filij mediante matre ad cognatōnem prioris viri ꝑtinent. cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocentius papa ait. Si qua mulier ad secundas nuptias transierit. ⁊ ex hys sobolem genuerit. nullatenus potest ad ꝯsortium cognatōnis prioris viri ꝑtingere. Hoc autem obseruandum est vsq̄ ad septimum generis gradum. ꝗ maxime vsq̄ ad tercium ⁊ quartū sicut supra positū est.

Sess. ij.

Innocentius papa

Agit de separatōne coniunctorum infra gradus ꝓhibitos. d

Et ē sciendū q̄ ecclesia infra predictos gradus cōsanguinitatis ꝯiunctos sepat. si autem ignoranter cōiuncti fuerint in ꝯspectu ecclesie. ⁊ postmodum ꝓbata cōsanguinitate. eiusdem iudicio sepati. querit᷑ vtrum copula illa ꝯiugium fuerit? Quibusdam videt᷑ nō fuisse cōiugium. quia nō erant legitime ꝑsone. sed tamen de crimine excusant᷑ p ignorantiam. ⁊ quasi ꝯiugium reputatur. quia bona fide ⁊ per manū ecclesie ꝯuenerūt. vnde ⁊ filij eorum legitimi habentur. Alij vero dicunt fuisse ꝯiugium licet nō essent legitime ꝑsone. quia taliū ꝯiunctōnes vocant canones ꝯiugia. vbi de personis agit᷑. quarum testimonio ꝯsanguineorū sit dirimenda ꝯiunctio. (a)

Ostendit qui nō debent separari sine testimonio p quod prohibet᷑ ꝓximitas ⁊ determinat qui possunt hic testificari. (c) Unde Urbanus papa. (Urban᷒ pp.)

Si duo viri vel tres ꝯsanguinitatem iureiurando firmauerint. vel ipsi forte ꝯfessi fuerint. ꝯiugia dissoluantur. Si vero neutrum cōtigerit. episcopi eos p fidem xp̄i obtestent᷑. quaten᷒ palam fateant᷑ si se recognoscūt cōsanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint. alia matrimonia nō ꝓhibeant᷑ ꝯtrahere. Idem. Notificamus tibi vt᷒ cum duo vel tres ex ꝓpinquioribus ei᷒ qui accusant᷑ hanc ꝓpinquitatem iuramento firmauerint. vel si duo vel tres ex antiquioribus ianuensibus quib᷒ hec ꝓpinquitas est nota qui bone fame ⁊ veraci testimonij sint remoto amore. timore. precio. ⁊ omni malo studio. p̄dicta firmauerint. sine mora ꝯiugia dissoluant᷑. Consanguineos vero extraneorum nullus accuset. vel cōsanguinitatem in synodo cōputet. s᷑ ꝓpinqui ad quorum noticia ꝑtinet. Si aūt ꝓgenies tota defecerit, ab (Richario ia/ b nuensi ep̄o) (Fabian᷒ papa.)

1 a Eccl'ia infra p̄dictos grad᷒ ꝯsanguinitatis ꝯiūctos sepat. Ponat᷑ q̄ ecclesia decepta aliquos sepet. ⁊ postmodū manifestetur deceptio. querit᷑ vtrum tales sint reiungendi. Et q̄ sic videt᷑. quia sepatio p iniusticiam facta est q̄ videtur q̄ nullo mō possit stare. cū manifestatur p̄cedēs iudicium fuisse iniustum. Contra hoc est quia possibile est q̄ aliquis post sepatōnem in facie ecclesie fiat sacerdos vel religiosus. sed talis non pōt habere vsum matrimonij. ergo non debet ei restitui. Iuxta hoc querit᷑ quando et qualit᷑ sit restitutio viri facienda vxori vel econuerso. R᷒. dōm q̄ in tali casu facienda est restitutio. quoniam ecclesia decepta fuit. ⁊ altera ꝑsonarū iniuste expoliata. ⁊ quoniam ecclesia potest ⁊ debet errorem corrigere. ⁊ non debet aliquā personam iure suo ꝓuare. ideo deceptione cognita. si alter qui iniuste expoliatus ē petat. debet restituere. ⁊ si intrauit religionem ⁊ votū emisit potest debitum petere. s᷑ nō debet nec pōt exigere. quoniam obligauit se ad continentiam quantum est in se.

2 Nō queritur quando ⁊ quomodo debeat vxor restitui viro aut ecōuerso. dicendum q̄ vxor aut agit iure petitorio aut possessorio. Tunc agit petitorio. quando dicit aliquem sibi adiudicari in maritum. quoniam cū ea ꝯtraxit. Tūc agit possessorio iudicio. quādo petit aliquem sibi restitui ꝓ eo q̄ vir ei᷒ fuit ⁊ cum ea cohabitauit. Si agit petitorio. ⁊ vir excipiat. primo tractabitur exceptio mariti anteq̄ fiat restitutio siue q̄ satisfiat petitiōi. ꝓ eo q̄ ꝓbata exceptōne mariti. si recta est. principalis q̄ꝫ perimitur. Si vero agit de possessorio. restituend᷒ est mulieri etiā anteq̄ ꝓbetur exceptio. extra de restitutōne spoliatorum. lr̄as. ⁊ extra de diuortijs. porro. exceptis quinque casib᷒.

3 Prim᷒ est si obijciat᷑ mulieri publica fornicatio. ⁊ h̄ fuerit ꝓbata. nisi ipsa excipiat in cōtrariū ꝯtra virū de fornicatōe. extra de diuortijs. signi. Secūs casus ē si obijciat᷑ ꝯsanguinitas diuina lege ꝓhibita incōtinēti ꝓbanda. differenda est restitutio. nec dꝫ ꝯpelli p sententiā. ne forte supducatur ꝑplexitas. Si vero differat᷑. oportet fieri restitutōnem p sententiā. sed tū nō oportet debitū reddere si habet de ꝯsanguinitate ꝯsciam. extra de restitutōne spo. lr̄as. Tercius casus est si obijciat᷑ exceptio rei iudicate a q̄ non est appellatū. ar. de offi. del. causam matrimonij. Quartus casus est qū tanta est seuicia viri q̄ nō potest sufficiens cautio adhiberi. vtpote quia ꝑsequit᷑ vxorem odio capitali. extra de restitutōne spoliatorum. literas. in fine. Quintus casus est quādo ille qui agit alterum spoliauit sine causa. dicit᷑ q̄ nō debet restitui. xx. q. i. de hereditario a casu. Illud nō est vsquequaq̄ verum. sed tūc quando vult redire. ⁊ alter non vult. si non habet q̄ obijciat manifeste. ex tūc incipit spoliare.

4 b Cum duo vel tres ⁊c̄. Videt᷑ male dicere. q̄ ꝑsone ꝓpinque sunt suspecte. s᷑ nō debent recipi ad testificandum. Iuxta hoc querit᷑ qui pn̄t matrimoniū accusare. R᷒. dōm q̄ accusatio ꝓpter quā debet fieri diuortiū aut est de pctō. aut de ꝯsanguinitatis vinclo. Si de pctō fornicatōis. tūc soli ꝯiuges pn̄t se mutuo accusare. Alij vero n̄ admittunt᷑. quia tūc fit iniuria viro. ⁊ possunt simul stare sine pctō. Si aūt fit accusatio de ꝯsanguinitatis vinculo. tūc primo admitti debent ꝯsanguinei sicut supstites. maxime cum est accusatio de matrimonio dissoluendo. q̄ nō ꝑsumit᷑ q̄ ipsi velint. Et p̄terea melius sciūt genealogiā q̄ alij. ⁊ ideo spāliter in hac causa admittūt consanguinei. Tamē si fit quod de matrimonio contrahendo siue contracto. vt suspecti repellendi sunt. vbi ille

cuius filius vel filia coniuncta dicitur. superior est diuitijs potentia et honore. Et si consanguinei nō assint qui testificent. tunc possunt admitti extranei antiqui et maturi. Et si hij nō velint testificari. tunc omnes extranei possunt accusare nisi aliud obsistat. vtpota si facta fuit denunciatio et matrimonium accuset quisquis. si ille presens aderat et tacet. extunc accusare nō pōt. Si vero fuit absens vel postmodum didicit matrimonij impedimentum. si hoc iureiurando firmauerit est admittendus. extra de hijs qui matrimonium accusare pnt. cum in tua. et infra. Alicubi tamen sine differentia omni qui vult accusare admittit. quia hoc honestatis est. s. seruare ordinem prius dictum.

antiquioribus et veracioribus quibus propinquitas tota nota sit. eps canonice requirat. et si inuēta fuerit separentur. Ecce quibus accusantibus et testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio que coniugium vocatur.

Distinguit genera pctōrum circa actū carnis. f

e Hic dicendū est qd aliud est fornicatio. aliud stuprum. aliud adulterium. aliud incestus. aliud raptus. Fornicatio licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem. tamen spāliter intelligit in vsu viduarum. vel meretricum. vel concubinarum. d Stuprū proprie est virginum illicita defloratio. Adulteriū est quasi alieni thori violatio. vnde adulteriū dicit quasi alterius thori accessio. Incestus est consanguinearum vel affinium abusus. vnde incestuosi dicunt qui cōsanguineis vel affinibus suis abutunt. Raptus admittit cum puella violenter a domo patris educitur. vt corrupta in vxorem habeatur. siue puelle siue parentibus vis illata cōstiterit. hic morte mulctat. sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit. priuilegio ecclesie mortis impunitatē meret. Attendendum est etiam illud alexandri qui ait. Et frater sororve vxoris tue cognati dicunt equiuocatōnis iure. fit et necessitate vulgaris appellatōnis potius qz vlla cognationis causa. Uxor ei fratris fratrissa potius qz cognata vocatur. mariti frater leuir dicitur. Duorum fratrū vxores ianitrices vocant quasi eandem ianuam intrantes. Uiri soror glos appellat. Sororis autē vir non hz speciale nomen. nec vxoris frater.

Quid sit fornicatio · *Stuprū & Adulterium* · *Incestus.* · *Quid sit raptus* · *Alexāder pp*

e Aliud est fornicatio. aliud stuprum etc. 5 Queritur vtrum ista sint diuersa peccata fm speciē et qūtum ad genus peccati. Et qd nō videt. quia sūt cōtra idem pceptum. scz nō mechaberis. et circa actum vnius vtutis sola circumstātia differente. in qua non ē nisi accidentalis differentia. In oppositum est. primum peccatum habet ratōem suam a defectu circūstantie. sed adulteriū dicit quia aliquis cognoscit cōiugatam. sed fornicatio, quia solutam. ergo sūt diuersa peccatorum genera. Re. dicendum qd ista nō tm differunt accidente. imo sunt diuersa genera peccatorum. et talis oportet confiteri. qm et si videant solum differre circumstantia que iudicat esse accidentalis proprietas. tamen ipsa circumstantia cōpata ad peccatū est essentialis. quāuis compata ad actum sit accidentalis. et ideo non variat genus actus sed peccatū. Quod ergo obijcit qd nō est contra idem pceptum et circa eundem actum. dicendū est qd hoc nō impedit quin possint esse diuersa peccata. pro eo qd circa eundem actum. et cōtra idem bonum contingit multipliciter obligari.

d Stuprum proprie est virginū illicita defloratio. Querit quod sit maius peccatū. vtrum stuprū. an adulterium. Et qd maius sit adulterium patet ex ordine magistri. quia pmittit maiora. et gradatim descendit. Amplius per adulterium iniuriat quis viro. per stuprum nō. Unde virgo que nō est alteri alligata nō peccat nisi in deum. sed adultera in deū et in proximum. ergo etc. Contra. nobilior est castitas virginalis qz coniugalis. ergo grauius est pctm quod est contra virginalem qz contra coniugalem decorem. sed stuprum est cōtra virginalem. ergo etc. Item qui corrumpit virginem aliquam aufert ei bonum irrecupabile. sed non qui adulteratur. ergo etc. Re. dicendum qd pro maiori parte peccata adinuicem compata se habent sicut excedentia et excessa. Unde si compemus coitum cum cōiugata ad coitum cum virgine soluta. deformius est virginem deflorare qz defloratam cognoscere. attamen grauius peccat qui adulterat. quia magis ledit rempublicam. et magis offendit virum. et magis generat infamiā. Obiecta autem pcedunt per diuersas vias. 6

Ad intelligentiam psentis distinctōis in qua agitur de affinitate. primo pcedendum est per modū narratōnis. scdo per modum inquisitionis. Circa primū. primo annotandū est differentia. scdo vero annotāda est triplex notula. 7 Primo enim attendendū est qd differt esse affinē et esse consanguineū. Nam cōsanguinitas venit ex carnis propagine. sed affinitas ex carnali cōmixtōne psupposita tamen cōsanguinitate. Unde affinitas diffinit sic. Affinitas est pximitas psonarum ex carnali copula proueniens. omni carens parentela. intellige quantum est de se. tñ psuppont consanguinitatē. vñ si quis cognoscat mulierē. efficit affinis omibus cōsanguineis mulieris per illā cōmixtiōem. et econuerso in muliere. Scdo intelligendū est qd in affinitate differt genus et gradus. nam genus attendit fm plurificatōem cōmixtōnis siue ex pte cōmixtōis. sed gradus ex pte sanguinis et ppagatōnis. propter quod di. mutat nupta genus sed generata gradū. Unde 8

antiquitus tria genera cõsanguinitatis esse ꝯsueuerũt
Primũ surgit ex ꝯsanguinitate ⁊ prima carnis com
mixtione. Secũdũ surgit ex affinitate ⁊ scd'a carnis cõ
mixtõne. Terciũ surgit ex scd'a affinitate ⁊ tercia car
nis ꝯmixtõe. Exemplũ est si frater tuus ꝯtrahat cũ
maria. ipsa est affinis tibi in primo genere. Si cõtra
hat mortuo fratre tuo cũ alio. ipse erit affinis tibi in
scd'o genere. Si ipsa mortua ipse vir ꝯtrahat cõ alia.
illa mulier eẽt tibi affinis in tercio genere. Sꝫ gene
ratio siue ꝓpagatio gradũ mutat affinitatis sicut con
sanguinitatis. Sꝫ ista tria genera ꝯsueuerũt esse anti
quitus. nũc aũt sicut patebit pꝰ nõ stat nisi primum
genus affinitatis alijs cessantibꝰ. Tercio intelligendũ
est q differt vtrũ mulier affinis generet ꝓlem de con
sanguineo meo an de extraneo. Si de ꝯsanguineo. ꝓles gña
ta nõ est mihi alligata vinclo affinitatis ꝫ ꝯsanguinitatis.
Si vero de alio. ẜm iura moderna nihil oĩno reputatur
mihi attinere. Antiquitꝰ tñ sicut pꝫ ex decreto greg. ⁊
habetur in lr'a. iudicabatur affinis nõ primo gradu ꝫ se
cundo. sicut expresse pretangitur in littera. et pro illo tẽ
pore maxime intelligitur iste versus. Mutat nupta
genus. ꝫ generata gradum. qꝛ mulier affinis mihi. qꝛ
fuit vxor fratris mei. si nubat alij generat mihi affi
nem in alio genere affinitatis. Si vero generaret ꝓlem
tũc generaret mihi affinem. nõ alio genere sed gradu.
hoc tñ est retractatum q̃tum ad vtrũq ꝑ ius nouũ.
extra de consanguinitate ⁊ affinitate. nõ debet. ⁊ in de
cretali edita in concilio generali. vbi expresse retractatur
9 vtrũq. His visis quedam regule sunt notande.
Prima est q in primo genere affinitatis nõ licet cõ
trahere vsq ad quartũ gradũ inclusiue sicut ⁊ de cõ
sanguinitate. Qꝛ si quartũ graduꝫ velis cognoscere.
recurre ad ꝑsonam mediante qua ꝯtracta est affini
tas. ⁊ quotto gradu distas ab illa. totto gradu distas
a ꝑsona coĩ es affinis. vt si ꝯtraxisti cum muliere. fa
ctus es affinis consanguineis quotto gradu aliquis
est affinis consanguinei vxoris tue. totto gradu est ti
bi affinis. ⁊ si attinet ei in quarto gradu. attinet ⁊ ti
bi. ⁊ sicut non liceret vxori ꝯtrahere in tali gradu. ita
10 nec tibi. Scd'a notula. q ex quo ꝯtracta est affinitas.
mortua ꝑsona mediante qua ꝯtracta est. nihilominꝰ
manet affinitas. ꝓ eo q est vinculũ ꝑpetuum sicut ⁊
ꝯsanguinitas. ideo minime põt ꝯhi cũ ꝑsona affini.
11 xxxv. q. x. Fraternitatis. Tercia notula ẽ q affinitas cõ
trahitur nõ solum ꝑ matrimoniuꝫ sed etiam ꝑ coitum
fornicariũ. sicut dicitur extra de ꝯsanguinitate. Frater
nitatis tue ⁊c. sed quia hoc dubiũ est. ideo ratio huiꝰ
inquisitõni relinquatur. His aũt ꝑlibatis vt modo
inquisitorio ꝓcedamus pñt hic tria queri. Primo q̃
ritur vtrum ꝑ omnem coitum ꝯtrahatur affinitas. Se
cundo vtrũ affinitas transeat ab vno in alterũ. Ter
cio vtrum affinitas impediat matrimoniũ.

Questio. j. a

Circa quã sic ꝓceditur ⁊ ostenditur q ꝑ omnem coitum
siue legitimũ siue fornicariuꝫ ꝯtrahi possit affinitas.
xxxv. q. iij. si homo fornicatus fuerit cum muliere. et
frater eiꝰ vxorẽ duxerit sup eo q frater eiꝰ crimen ce
lauerit. peniteat septem annis. Sed hoc nõ est ob ali
ud nisi qꝛ illa facta est affinis fratri. ꝫ ⁊c. Item ex
tra de eo qui cognouit ꝯsanguineam vxoris sue expꝛs
se dicitur q nõ licet petere debitũ in decretali illa. trans
misse nobis litere ⁊c. Sed hoc nõ est nisi ꝓpter affini
tatem. ꝫ per coitum fornicariũ ꝯtrahitur affinitas.

Item rõne videtur. qꝛ nõ est ob aliud q ꝯtrahatur af
finitas ꝑ coituꝫ nisi quia ẽ carnis ꝯmixtio ꝑ quaꝫ vir
⁊ mulier fuerũt vna caro. sed hoc nõ tñ ẽ i actu legi
timo verũetiam fornicario. ẜm q dicitur. j. ad cor. vj.
qui adheret meretrici vnum corpus cum ea efficitur.
Item filius fratris sui natꝰ de fornicatõne ita ẽ ti
bi ꝯsanguineꝰ sicut si eẽt d' legitimo mr'onio natꝰ. si ꝫ ꝑ
actum fornicariũ ꝯtrahitur ꝯsanguinitas. pari rõne af
finitas. Contra. xxxv. q. iij. extraordinaria pollu
tio citra maritalem affectũ (si ita esse ꝯstiterit) nõ vi
detur matrimoniũ impedire. ꝫ fornicariꝰ actus ẽ ex
tra rectũ ordinẽ. ꝫ ñ impedit matrimoniũ. sed affini
tas impedit. ꝫ ibi nõ ꝯtrahitur affinitas. Item affi
nitas est vinculũ legitimũ qd' est institutũ a deo ⁊ ab
ecclesia. ꝫ cum fornicatio sit actio ꝯtra legitimitateꝫ
⁊ ꝯtra diuinũ statutũ. ꝑ fornicatõnem nunq̃ contra
hitur tale vinculũ. Item affinitas est vinculũ inso
lubile. ꝫ ꝯiunctio ꝑ coitũ fornicariũ nõ iungit insolu
biliter. imo solubiliter. ꝫ nunq̃ ꝑ illum coituꝫ cõtrahitur
affinitatis vinculũ. Item ꝑ coitũ extra matrimoni
um nõ ꝯtrahitur irregularitas ad ordinẽ suscipiendũ.
ꝫ pari rõne nec illegitimitas ad matrimoniũ ꝯtrahẽ
dum. Si ꝫ affinitas facit illegitimitatẽ. videtur q ꝑ ta
lem coitum affinitas nec debet nec põt ꝯtrahi.
12 Rꝰ. dicendũ q affinitas generaliter ꝯtrahitur ꝑ omneꝫ
coitum in quo est ꝯmixtio sanguinũ. Et ratio huius
est. quia affinitas non cõtrahitur nisi ratõne vnionis.
tũc aũt dicuntur vna caro fieri qñ ꝑ ꝯmixtõnẽ seminũ
fit ꝯsummatio illius opis. Si ergo aliter cõueniant.
siue cõtra naturã polluendo extra vas illi vsui depu
tatum. siue inuadendo claustra ita q opus nephari
um nõ ꝯsummetur. affinitas ꝯtrahi nõ iudicatur. ẜm q
dicitur. xxxv. q. iij. extraordinaria. Qꝛ si videatur dici cõ
trariũ extra de eo q̃ cognouit ꝯsanguineam. fraterni
tati ⁊c. dicendũ q illa sepatio nõ fuit ꝓpter affinitateꝫ ꝫ
ꝓpter publice iusticie honestatem q̃ ꝯtrahitur ex puris
13 sponsalibꝰ. Ad illud ꝫ qd' obijcitur in cõtrarium de
extraordinaria. pollutõne iam patet responsio. quia
ibi nõ fuit seminũ ꝯmixtio aliqua. ideo nõ dicuntur
14 vir ⁊ mulier vna caro effecti. Ad illud qd' obijcitur
q vinculũ legitimũ est a deo institutũ. dicendũ q in for
nicatõne duo sunt. s. actio substrata q̃ est naturalis.
et deformitas volũtatis qua aliq̃s vult cognoscẽ nõ
suã. siue circa ipm actũ defectus circũstantie. Q̃tum
ad primũ est actio naturalis bona ⁊ a deo. q̃tum ad
scd'm dicit defectũ ⁊ deformitatẽ ⁊ sortitur nomẽ vicij. vi
culũ ꝫ affinitatis ꝯtrahitur rõne primi nõ ratõne secũ
15 di. Ad illud qd' obijcitur q est vinculũ insolubile. di
cendũ q actio transiens vt plurimuꝫ relinquit effe
ctum ꝑpetuũ siue (vt meliꝰ dicam) diuturnũ. vt pꝫ.
qꝛ sicut fornicatio inducit carnis corruptõeꝫ. sic vxo
ris cognitio efficit corpis vnionem. ⁊ qñ ex q̃ cognit
necesse est cognouisse. ideo ex hac ꝯiunctõne resultat
vinculũ insolubile. Et est exemplũ. quia sicut ex vno
actu tali põt ꝓles generari q̃ vinculo ꝑpetuo alliga
tur patri ⁊ matri. sic potest affinitas generari. quan
do talis ꝯiunctio est introducens affinitatem nõ cõ
seruans. ideo ipsa existente transitoria potest esse af
16 finitas diuturna. Ad illud qd' obijcitur de irregulari
tate ad ordines. dicendũ q cognitio mulieris non gene
rat irregularitatem nisi ꝓut inducit defectũ sacrmẽti.
⁊ qñ defectꝰ sacramẽti ꝑsupponit aliqd' esse sacramẽ
ti. ⁊ post priuatõeꝫ ꝑfectõnis. hinc est q irregularitas

non ɔtrahitur p coitum extra matrimoniū. sed affinitas respicit vnitatem carnis ⁊ corporis. ⁊ hec est cōis tam actui fornicario q̄ legitimo. ideo potest causare affinitatem nō irregularitatem.

Questio.ij. b

Utrum affinitas transeat in alterū. Et q sic videtur xxv. q.iij. ɔtradicim⁹ ⁊ infra. Julius papa. Relictaꝫ ɔsanguineoꝝ vxoris sūt nullus ducat vxorē. Sꝫ cōsanguinei vxoris sue affines. g vxor affinis efficit illegitima ad ɔtrahendū. nō pter aliud nisi pter affinitatem. g ⁊c. Item in sequenti ca. Porro duo cōsanguineoꝝ vxores vni viro alteram post alterā nubere publice honestatis iusticia cōtradicit. Item carnalis ɔmixtio adeo iungit vt ꝓpagatio. qd̄ patet. q2 tantū se extendit. ⁊ p tot gradus. ⁊ ad tales descēdit affinitas. ad quos gradus ꝓtendit ɔsanguinitas scꝫ vsq ad quartū gdum. Cuꝫ g ɔsanguinitas trāseat in alterū. g ⁊ affinitas. Minor pꝫ. quia si aliquis est mihi ɔsanguineus in primo gradu. generat mihi ɔsanguineū in scd̄o. g ⁊c. Item omne simile generat sibi simile. ⁊ quecūq vni ⁊ eidem sunt eadē inter se sunt eadem. g si aliqua vxor habeat duos viros et aliqui viri illas duas vxores. cum isti duo viri cōiungant eidēꝫ mulieri (vt pꝫ ɔsideranti) etiā iste due mulieres eidem viro. g omnes sibi attinent. g ⁊c. Contra vbi est vera affinitas. adeo ligat vt cōsanguinitas. sꝫ nunq̄ cum filia fratris sui pōt quis cōtrahere. g nec cum filia vxoris fratris q̄ est affinis fratre mortuo. cui⁹ ɔtrarium habet extra de ɔsanguitate non debet reprehensibile iudicari. vbi dicit q pōt ɔiungi talis tali. Item si affinitas surgit ex affinitate. g cum aliquis vir cognoscit. x. mulieres. g ille omnes sunt affines. g ɔtrahens cum vna nō pōt ɔtrahere cum alia. qd̄ est manifeste falsum. q2 tūc homo cū nulla posset ɔtrahere. Item esto q aliquis ɔtrahat cum vxore alicui⁹. ipso mortuo querit vtrū efficiat affinis consanguineis viri. qd̄ si non. tūc affinitas nō generat affinitatē. Si vo efficit affinis cōsanguineis. g multo magis ipsi viro. g nō pōt cognoscere cognitā ab alio viro. qd̄ est manifestū incōueniens. Item si affinitas generat affinitatem. cum carnis cōmixtio faciat vnitatem ⁊ gradū attinentie sm parium gradum. tūc semp manebit affinitas pter ɔmixtionez. ⁊ sic erit ꝓcessus in infinitū in affinitate qd̄ est manifeste falsū. g ⁊ primū scꝫ q affinitas p ɔmixtōeꝫ carnis generet

17 siue faciat affinitatem. R°. dōm q differt vinculū affinitatis ⁊ ɔsanguinitatis. Q2m vinculū affinitatis est vinculum p accidens. Uinculum ɔsanguinitatis est vinculum p se. ⁊ qm omne per accidens necessario habet reduci ad p se. hinc est q affinitas necessario p̄supponit ɔsanguinitatem ⁊ supaddit ɔmixtōnem. ⁊ ex his duobus surgit. quia ergo illud qd̄ est p accn̄s nō habet virtutez multiplicandi ⁊ diffundendi se nisi p illud qd̄ est ens p se. hinc est q diffinitio ⁊ descensus affinitatis sm veritatem attendit a parte ɔsanguinitatis solum. nō a parte ɔmixtōnis q̄tum est de natura vinculi. Unde consanguinei vxoris petri ita sunt affines ei vsq ad quartū gradum sicut si p consanguinitatem alligarent vxori. sed vxor petri ex hoc q nubit alij cum p accidens iuncta sit ɔsanguineis petri. nō pter hoc generat vinculū attinentie sm veritatem. sed si generat hoc est solum sm publice iusticiam honestatis. per quem modū ɔtrahitur in sponsalibus. et sm hunc modum fuerunt antiquitus secundum genus affinitatis ⁊ tercium. que magis ptinebant ad publice iusticiam honestatis q̄ ad affinitatem sicut canon secundo p̄positus expresse dicit si quis attendat. ⁊ quia periculosum erat ad ista teneri. ideo totum oportuit reuocari. excepto primo ge-

18 nere affinitatis. Et ita dicendū q sm veritatez ⁊ sm tempus p̄sens. affinitas non generat affinitatem. vt qui est affinis affini. vel qui est iunctus carnalr cum aliqua. per hoc efficiatur affinis affinibus suis. imo solum consanguineis. nec surgit affinitas ex consanguinitate ⁊ affinitate. sed solum ex consanguinitate ⁊ carnis commixtōne. ⁊ ratōnes ad hoc inducte sunt

19 concedende. Ad illud ergo quod obijcitur de illis duabus autoritatib⁹. dicendū q retractate sunt. nec ille ꝓhibent iunctōnem talem pter vinculū affinita-

20 tis sed pter iusticiam publice honestatis. Ad illud quod obijcitur q carnis commixtio adeo iungit vt ꝓpagatio. dicenduꝫ q si loqueris in se ⁊ per se falsum est. nam pater non potest contrahere cum filia quam cognouit. s vir potest contrahere cum muliere quam cognouit. Haber tamen hoc veritatem per accidens p̄supposita consanguinitate. quod patꝫ. q2 vxor viri ita ꝓpinqua efficit consanguineis viri sic ⁊ ipse. ⁊ quia est vinculum per accidens. ideo non ꝓtenditur nisi sm ꝓtensionem consanguitatis. ⁊ ideo non sequit q affinitas generet affinitatem sicut con-

21 sanḡitas consanguinitatem. Ad illud quod obijcitur q simile generat simile. dicendū q verum est p se loquēdo. si illud quo assimilat inest ei sm q generat. vnde leprosus generat leprosum. ⁊ calculos⁹ calculosum. quia ibi est corruptio vis generatiue. Sed tamen mancus n̄ necessario generat mancū. quia defectus ille nō respicit generantem sm q est generās. Et quia affinitas per accidens respicit aliquem. ideo non diffundit eam in alterum. nec in eum qui propagatur. nec in eum qui carnaliter commiscet. Unde non est modo verus ille versus. Mutat nupta gen⁹ sed generata gradum. s. affinitatis nisi quis velit ipsum distrahere et exponere sm qd̄ competit ꝓximitati moderne. vt per ratōnem matrimonij contrahatur genus affinitatis. ⁊ per generatōnem genus affinitatis. Primus tamen intellectus est verior. 3

Questio.iij. c

Utrū affinitas p̄stet matrimonio impedimentū. Et q sic videt. xxxv. q.iij. equaliter cōiungat q̄s ꝓpinq̄s suis et vxoris sue ɔsanguineis. Item Leuit. xviij. Turpitudinē vxoris pris tui nō reuelabis. g nullus pōt ɔtrahere cum vxore patris. s hoc nō est ob aliud nisi ob vinculū affinitatis. g ⁊c. Item hoc ipsum arguit p ratōnem. q2 turpitudo vxoris est turpitudo viri. s turpitudo ɔsāguinee nō est aliquaten⁹ p actuꝫ ɔiugalem reuelanda. g nec vxor viri in ɔiugiū assumenda. Item ꝓximitatis vinculū tam in consanguinitate q̄ in affinitate est ex sanguinis vnitate. ergo si ɔsanguinitas pter vnitatē sanguinis impedit paritatem. g ⁊ affinitas. cum vir et mulier fiant vna caro ratōne cōmixtōnis seminū. Contra. In lege erat ꝓhibitum ducere sororem. sed p̄ceptum erat ducere vxorem fratris. ⁊ illa est affinis. g affinitas mrīonium n̄ impedit. Item magis iungitur aliquis alicui q̄ iungit p se ⁊ immediate q̄ qui mediate. sed vir

qui cognoscit mulierem potest ei iungi matrimonialiter. ergo multo magis consanguinei ipsius viri.

Item secundum iura consanguinei succedunt defuncto in rebus suis in quibus habuit dominium et possessionem. sed vir habuit dominium in mulierem per matrimonium. ergo secundum iura consanguinei debent et possunt habere dominium in corpus coniugis per matrimonium. ergo etc. Item commixtio carnalis est ad tempus. et matrimonium est vinculum insolubile. si ergo maius vinculum soluit minus. cum commixtio corporalis matrimonium non possit impedire. ergo nec affinitas inde contracta. Respondeo. dicendum quod affinitas impedit matrimonium. sicut habetur extra de consanguinitate et affinitate. et hoc intelligendum est de affinitate que precedit matrimonij contractionem non de ea que superuenit. Si enim precedat. impedit contrahendum et dirimit iam contractum. quia facit personam illegitimam secundum eundem modum et per easdem rationes. per quem modum et per quas rationes facit consanguinitas. Si autem sequatur matrimonium non potest ipsum dissoluere. cum sit vinculum insolubile. Si tamen contractum est et consummatum. ambo sunt ad continentiam monendi. Si vero contractum est et ratificatum per verba de presenti. cum solui non possit nisi ingrediatur alter coniugum religionem sicut habetur extra de conversione coniugatorum. necessario oportet quod ille qui maliciose cognoscit consanguineam aliquam reddat debitum si illa non vult continere. aut in religionem ingrediatur. extra de eo qui cognouit consanguineam vxoris sue. discretionis. et infra. vbi dicitur quod tenetur reddere debitum. cum non debeat coniunx sine culpa iure suo priuari. ipse autem non debet exigere. quia reddidit se inhabilem. sicut dicitur eodem titulo. transmisse nobis etc. vbi dicitur quod requisitus non sine graui cordis dolore accedat. sic ergo concedendum quod affinitas precedens matrimonium. quantum ad primum genus. ita impedit matrimonium. vt consanguinitas. Ad illud ergo quod obijcitur quod preceptum erat ducere vxorem fratris. dicendum quod hoc verum erat in casu. scilicet cum frater mortuus erat sine semine. quia enim promissa erat eis perfecta benedictio in semine. ideo non debebat pati lex quod aliquis esset qui videretur sine semine si haberet propinquum qui suscitaret. nunc autem quia hoc sublatum est. sic impedit omnino sicut consanguinitas. Ad illud quod obijcitur quod vir magis iungitur mulieri. dicendum quod verum est. sed quoniam ille actus consonat et consequitur matrimonium. hinc est quod vinculum nullum ibi concurrit inter virum et mulierem quod matrimonio prestet impedimentum. Amplius sicut predictum est cum affinitas sit vinculum per accidens. presupponit vinculum per se scilicet consanguinitatem. et quia nemo sibiipsi est consanguineus. hinc est quod mulier non efficitur affinis viro sed eius consanguineis. Ad illud quod obijcitur quod secundum iura consanguinei debent succedere. dicendum quod verum est in illa hereditate quam potest quis alij communicare et dare. Sed vxor est adeo bonum proprium quod nec charitas communicat que facit omnia communia. et ideo illud ius nunquam se extendit ad vxorem. Ad illud quod obijcitur vltimo quod carnalis commixtio est ad tempus. dicendum quod quamuis sit ad tempus. tamen habet effectum perpetuum scilicet affinitatem vt prius visum est. et per illam impedit. et sic patet totum.

Distinctio. xlij. de impedimento matrimonij quod venit ex propinquitate spirituali.

E parentalium graduum famosa questione etc. Supra egit magister de cognatione carnali. in hac parte agit de spirituali. et continet hec pars presentem distinctionem que potest diuidi in duas partes. In prima agit de cognatione spirituali. In secunda vero agit de secundis nuptijs. ostendens illas esse licitas. que pars supra diuisa fuit contra totam precedentem. et hoc facit. ibi. Sciendum est etiam quod non solum prime vel secunde nuptie etc. Prima pars habet duas. In prima ostendit qualiter spiritualis cognatio contrahatur. In secunda qualiter impedit matrimonium. ibi. Qui autem compater et commater etc. Et illa diuiditur in duas. In prima agit de cognatione directa. In secunda vero de indirecta. ibi. Solet etiam queri si commatrem etc. Prima pars iterum diuiditur in duas. In prima agit quomodo cognatio spiritualis impedit in se. In secunda vero in comparatione ad cognationem legalem. ibi. Qui autem spirituales vel adoptiui filij. Et ita tria determinat in hac distinctione. Primum est de cognatione spirituali. secundum est de legali. et tercium est de nuptijs.

Ostendit qualiter spiritualis cognatio contrahatur. a

Di. XLII

E parentalium graduum famosa questione aliquid (licet minus sufficienter) diximus. Iam de spirituali cognatione addamus. que etiam personas impedit vt non sint legitime ad ineundas nuptias. Tria quedam sunt. consanguinitas. affinitas. et spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti. sed mediante genere sunt sociati. Verbi gratia. Vxor filij fratris mei que non est de genere meo. per ipsum qui est de genere meo mihi affinis facta est et ego illi. Spiritualis proximitas est inter compatrem et commatrem. et inter eos quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit. vel in cathezizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales.

Filij spũales qui sint

Spirituales filij sunt quos de sacro fonte leuam⁹. vel in cathezizatõe seu cõfirmatõne tenemus. filij etiam ꝛ filie spirituales eorum sunt. qui trine mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingũt. Dicit etiam spiritualis filia sacerdotis que ꝛ peccata sua confitet. Unde Simachus papa. Omnes quos in penitentia suscipim⁹. ita nostri spirituales sunt filij. vt et ipsi q̃s vel nobis suscipientib⁹. vel sb trine mersionis vocabulo mergentib⁹ vnda baptismi regenerauit. Siluester etiam ãmouet vt ad suam filiam penitentialem nullus sacerdos accedat. quia scriptũ est. Omnes quos in penitentia accepim⁹. ita nostri filij sunt vt in baptismo suscepti. quoꝝ omnium flagitiosa est ꝯmixtio.

Simach⁹ papa

Siluester papa

Ostendit qualiter spũalis cognatio matrimoniũ impediat. ꝛ agit de cognatõne directa ostendens quomodo cognatio spiritualis impedit matrimonium in se. b

In ꝯcilio maguntinẽsi.

Q ꝫ aũt cõpater ꝛ cõmater sibi iungi nequeant. nec pater spũalis. nec mater. filie vel filio spũali ex cõcilio maguntinẽsi docet. De eo qđ interrogasti si aliquis filiolam suã duxerit vxorem. ꝛ de eo qui cõcubuit cũ matre spũali. et de eo qui filium suum baptizauit. et vxor eius eũ de fonte suscepit. hac causa vt dissidiũ fieret coniugij. si post in tali copula possunt ꝑmanere. sic respondendum est. Si filiolã aut cõmatrem suam aliquis in coniugium duxerit. separandos esse iudicamus ꝛ graui penitentia plectendos. Si vero ꝯiuges legitimi. vel vnus vel ambo ex industria hoc fecerint vt filiũ suum de fonte susciperent. si innupti manere voluerint bonum est. Sin autem grauis penitentia insidiatori iniungat ꝛ simul maneant. ꝛ si preuaricator coniugij superuixerit acerrima pnĩa mulctetur. ꝛ sine spe coniugij maneat. Ex hijs apparet q̃ aliquis filiolam suam vel cõmatrem nõ potest sibi copulare nuptialiter. ꝛ si presumptum fuerit sepandi sunt. Qui autẽ legitime coniuncti sunt nõ ideo separandi sunt. quia alter eorũ insidiose filium de fonte leuauit. Qđ etiam nicolaus confirmat dicens. Nosse desideras vtrum mulier que viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit. postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo ꝯiũgi posse decreuimus. quia s̃m canones sacros nisi amboꝝ consensu. nullius religionis obtentu debet cõiunx dimittere coniugem. cum apostol⁹ precipiat. Nolite fraudari inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ꝛc. Item dictum est nobis quasdam feminas desidiose. quasdam vero fraudulenter vt a viris suis sepentur. ꝓprios filios coram episcopis ad confirmandũ tenuisse. vnde nos dignuꝫ duximus. vt si qua mulier filium suũ desidia aut aliqua fraude coraꝫ episcopo tenuerit ad confirmandũ. propter fallaciam vel fraudem q̃diu viuat penitentiã agat. tamẽ a viro suo non separet. Item Johannes papa. Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniens. nostro presulatui innotuit q̃ filiũ suum in extremo vite positum nondũ baptismi vnda lotum. absentia sacerdotuꝫ cogente baptizauit. cumq̃ꝫ ꝓprijs manibus suscepit. atq̃ꝫ ꝓ huiusmodi negocio. reuerentia tua prefatũ hominem a sua ꝯiuge iudicauit esse separandũ. Qđ fieri nullatenus debet dicente scriptura. Quos deus ꝯiunxit homo non separet. Et domin⁹ nõ dimittere vxorẽ nisi causa fornicatõnis iubet. Et nos tanta auc̃te freti dicim⁹ dimittendũ esse et inculpabile iudicandum qđ necessitas intulit. Nam baptizandi opus laycis fidelibus (si tamen necesse fuerit) libere conceditur. Uñ si supradictus homo filiũ morientẽ aspiciens ne animaꝫ perpetuo ꝑire dimitteret. vnda baptismi lauit. vt euꝫ de ꝑtãte mortis eripet. bñ fecisse laudat. Ideoq̃ꝫ sue vxori sibi iam olim legitime sociate impune dum vixerit iudicam⁹ manẽ ꝯiũctũ. nec ob h̃ separi debẽ. His alijsq̃ꝫ plurib⁹ auc̃tib⁹ edocet ꝯiuges nõ esse sepandos si post legitimã copulã alter alteri⁹ filiũ de fonte leuauerit vel in ꝯfirmatõne tenuerit. His aũt obuiare videt qđ deusdedit papa ait. Peruenit ad nos dyaconos sanctitatis vestre epistolam deferens q̃ quidam viri ꝛ mulieres preterito sabbato pascali pro magno populi incursu nescientes filios suos suscepissent de lauacro. cupis ergo scire an ꝓpter h̃ (debeãt viri ac mulieres ad ꝓprium vsum redire an nõ.

Nicolaus papa

j. Cor. vij.

Ex ꝯcilio cabilonẽsi

Johãnes papa Anselino ꝯcene ecclesie epõ.

Math. xix.

Math. v.

Quid p̃miss obuiat

Nos vero hac re mesti. priorum inquisiuimus dicta. et inuenimus in archi/
uis. id est in armarijs apostolice sedis. iam talia ptigisse in pluribꝰ eccl'ijs. q̃-
rum epis ab hac apostolica sede volẽtibꝰ scire vtrũ viri ac mulieres redirent
ad ꝓpriũ thoꝝ. beate memorie sancti patres Julius papa. Innocentius ⁊
Celestinꝰ cum episcopoꝝ plurimoꝝ ꝯsensu in apl'oꝝ principis eccl'ia p̃siden-
tes. talia rescripserũt ⁊ ꝯfirmauerũt. vt nullo modo se in ꝯiugio reciperẽt vi/
ri ac mulieres quicũq; hac ratõne susceperũt natos. sed separent se. ne suadẽ
te dyabolo tale vicium inualescat. Item si quis filiastrũ vel filiastram suam
ante episcopũ tenuerit ad cõfirmatõnem. sepetur ab vxore sua. ⁊ aliam nun-
q̃ accipiat. Hec aũt vel ad terrorem dicta sunt. nõ q̃ ita esset faciendũ. sed ne
illud fieret summopere cauendũ. vel de illis est intelligendũ. qui prius filios
suos vicissim de fonte susceperũt. ꝙ fierent cõiuges. Premissis autem autori
tatibus oĩno ꝯsentiendum est. vt siue ꝓprium siue tm̃ viri filiũ mulier de fon
te susceperit. non ideo a viro separetur. Qd̃ de viro similiter oportet intelli-
gi.

Ostendit quomõ cognatio spiritualis impedit matrimoniũ in compatio-
ne ad cognatõnem legalẽ. c

Nicolaꝰ papa ad cõsulta bulgarorum.

Q aũt spũales vel adoptiui filij naturalibꝰ copulari nequeant. Nicolaꝰ pa-
pa testat̃ ita inquiens. ita diligere debet homo eũ qui se suscepit de sacro fon
te sicut patrem. Inter fratres ⁊ filios spũales gratuita ⁊ sãcta ꝯmunio ẽ. que
dicenda nõ est ꝯsanguinitas sed habenda spũalis ꝓximitas. vnde inter eos ar
bitror nõ posse fieri legale ꝯiugium. quia nec inter eos qui natura. et eos qui
adoptõne filij sunt. venerande leges matrimonia ꝯtrahi ꝑmittũt. Item. Si
inter eos nõ ꝯtrahit̃ matrimoniũ quos adoptio iungit. quanto potius a car
nali oportet inter se ꝯtubernio cessare. quos ꝑ celeste sacr̃m regeneratio san-
cti spiritus vincit. Hoc aũt quidam voluẽt intelligere de illis tm̃ filijs. quibus
ꝯpatres facti sunt. de alijs ꝟo qui ante ꝯpaternitatem vel post geniti sũt con
cedũt q̃ legitime ⁊ licite pñt. Quibꝰ videt̃ ꝯsentire Urbanꝰ scd̃s dicens. Su
per quibꝰ ꝯsuluit nos tua dilectio. hic videt̃ rñdendum. vt ⁊ baptismus sit. si
instante necessitate femina puerũ in noĩe trinitatis baptizauerit. ⁊ q̃ spũaliũ
parentũ filij ⁊ filie. ante vel post ꝯpaternitatem genite possunt legitime ꝯiũ-
gi. p̃ter illam ꝑsonam qua ꝯpatres effecti sunt. Pascalis ꝟo scd̃s. post cõpa/
ternitatem genitos copulari ꝓhibet scribens regino epõ. post susceptũ filium
de fonte vel filiaꝫ spiritualem qui ex compatre vel ex commatre fuerint nati.
matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est qd̃ in triburiensi
cõcilio legitur. Si quis sue spiritualis cõmatris filiam fortuitu ⁊ ita contin/
gente rerũ casu in ꝯiugiũ duxerit. maturiori seruato ꝯcilio habeat. atq; legit/
timo ꝯnubio honeste operã det.

De copula filiorum qui ante cõpaternitatẽ vel pꝰ nati sũt. Urbanꝰ papa

Ex triburiensi ꝯcilio

Agit de cognatõne indirecta. an quis ducere possit duas cõmatres alterã
post alteram. d

Solet etiam queri si commatrem vxoris post eius obitum quis ducere vale
at: De hoc Nicolaꝰ papa sic scribit. Sciscitatur a nobis sanctitas vestra. si
quis duas commatres habere valeat. vnam post alteraꝫ. In q̃ meminisse de
bes scriptum esse. erunt duo in carne vna. Cum ergo constet q̃ vir et mulier
vna caro efficiuntur. restat virum compatrem constitui mulieri cuius assum-
pta vxor commater erat. ⁊ ideo virum illi femine non posse coniungi que cõ-
mater eius erat. cum qua idem fuerat vna caro effectus. Huic auteꝫ illud cõ
trarium videtur. qui spiritualem habet compatrem cuius filium de lauacro
acceperit. et vxor eius commater non est. licet ei defuncto compatre suo eius
viduam ducere in vxorem. quos nulla generatio spiritualis secernit.
Item ex epistola Pascalis pape. post vxoris obitum cum commatre vxoris
coniugio copulari nulla ratio vel autoritas videtur prohibere. Non eñ per
carnis vnionem ad vnionem spiritus pertransitur. Sed sciendum est q̃ au-
toritas nicolai de illo ait q̃ vxori sue debitũ reddidit post q̃ ꝯmr̃ illiꝰ extitit.

Nicolaus papa ꝯstañ. epo

Geñ. ij.

Ex triburiensi ꝯcilio

Determinatio

Alie vo auctes de illo agũt, cui⁹ vxor postq̃ a viro suo derelinquit. illi⁹ cõmater efficit. ne post cõpaternitatẽ a viro suo agnoscat. vl de viro potius agũt. cui⁹ vxor añ defungit q̃ ab eo cognoscat. Solet etiã q̃ri si vxor cũ viro sil debeat i baptismo suscipe puerũ. De hoc vrban⁹ ait. Ut vxor cũ marito i baptismo simul nõ debeat suscipe puerũ. nulla auctẽ videt vel repit phibitũ. s vt ipsa puritas spũalis pñitatis ab oĩ labe et infamia cõsuet. immunis decreuim⁹ vt vtriq̃ simul ad h aspirare nõ p̃sumãt. q̃ vo piaculare flagitiũ cõmisit q̃ duab⁹ cõmatrib⁹ vel sororibus nupsit. magna penitentia dz ei iniungi.

Urba. pp. Si vir et vxor possint simul tenere puerum

De secundis et tercijs nuptijs et deinceps.

e

Sciendũ est etiã q̃ nõ solũ pme vel scde nuptie sunt licite. s etiã tercie et q̃rte nõ sunt dãnande. Un aug. Scdas nuptias oĩno licitas aplus cõcedit. De tercijs aũt et quartis et de vltra plurib⁹ nuptijs solẽt hoies mouere questiões. Sz q̃s audeat diffinire qd nec aplm video diffinisse. ait em. Si dormierit vir ei⁹. cui vult nubat. nõ dicit pm⁹ vl scds vel terci⁹ vel q̃ttuslibet. nec nob diffiniendũ est. qd nõ diffinit apls. Un vt breuiter rñdeã. nec illas nuptias debeo dãnare. nec eis verecundiã nũerositatis auferre. nec cõtra hũane verecũdie sensum audeo dicẽ vt quotiẽs voluerint nubant. nec ex meo corde preter scripture auctez q̃ttaslibet nuptias dãnare. Idez testat Hiero. Ego nũc libera voce exclamo. nec dãnari in eccl'ia bigamã. imo nec trigamã. et ita licẽ q̃nto et sexto. queadmodũ scdo marito nubere. Apls tñ bigamos a sacerdotali honore excludit. Sz hoc ñ facit p vitio bigamie imo p sacri vtute. vt sit vna vni⁹ sicut vnica vnici. Illud tñ cesariens cõcilij videt innuere bigamiã eẽ peccatũ. Presbyterum inquit in nuptijs bigami p̃randẽ nõ cõuenit. q̃ cum pnia bigam⁹ indigeat. q̃s erit presbr q̃ talibus nuptijs possit p̃bere cõsensuz. Sz h de illo intelligi põt q̃ prime vxori insidiat⁹ putat desiderio scde. vel p significulo sacri illud dicit qd in bigamo nõ seruat. Amb. etiã dicit. q̃ prime nuptie tñ a dño sunt institute. scde vo sunt pmisse. et prime nuptie sub benedictione dei celebrant sublimiter. scde vo etiam in pñti carent gloria.

Aug. in li. de viduitate.

j. Cor. vij.

j. Thi. iij.

Amb. sup epistolã ad cor.

D intelligentiã hui⁹ ptis circa tria incidit h principlr questio. sicut tria sunt q̃ mgr determinat. Pmo q̃rit de cognatione spũali. Scdo de cognatõne legali. Tercio de scdo fedẽ nuptiali. Q̃tum ad primũ pmo pcedam⁹ p modũ narratõnis. Scdo vo p modũ inquisitõis. Circa primũ tria sunt notanda. Pmo quid sit. Scdo q̃t eius spẽs. Tercio q̃t modis cõtrahat. De pmo sciendũ q̃ cognatio spũalis ita diffinit. Cognatio spũalis est cõpinq̃tas aut pximitas pueniens ex sacramenti donatõne. vel ad id necesse. Unde tam ille qui baptizat q̃ ille q̃ tenet pxim⁹ et cõgnatus spũaliter iudicat xxx. q. j. oĩs quos in pnia. et extra de cognatione spirituali ca. vltimo. De scdo notandũ q̃ cõsãguinitatis spũalis tres sunt spẽs. Una dicit cõpaternitas q̃ attẽdit inter pẽm spũalem et carnalẽ pẽm. Alia dicit pẽnitas et h attendit inter eũ qui suscipit et euz q̃ suscipit siue sit masculus siue femina. Tercia dr paternitas. hec attendit inter filiũ spũalem et filiũ carnalem p̃ase et vir. nam non se extendit nisi ad illum q̃ suscipit. xxx. q. iij. sup his quib⁹. et extra de cognatione spũali. ca. tua nos. et oĩs spẽs impediũt matrimoniũ. De tercio sciendũ q̃ spũalis cognatõ duplr cõtrahit. sc3 directe et indirecte. Indirecte vt q̃n vxor efficit cõmater alicu⁹ p actum viri. vel econtra vir efficitur compater per actum vxoris. Directe vo contrahit p actum cõpaium. vt cum tenet aliquez vel aliquã ad sacri susceptiõez. Sz circa hoc fuerunt tres opiniones. Pma dicit q̃ sicut septem sunt dona spũssancti. ita sunt septẽ dona baptismi. s. a primo pabulo salis vsq̃ ad cõfirmatõez q̃ fit p epm. et in q̃libet hoz contrahit cõpaternitas. ita q̃ nõ põt eẽ matrimoniũ inter tales. xxx. q. j. pueniẽt. in fine. Scda dicit q̃ p tria tñ sacramẽta cõtrahit. sc3 p cathecismũ baptismũ. et cõfirmatõnem epi. de cõsecra. di. iiij. in cathecismo. Tercia opinio parum differt a scda. dicit em̃ q̃ in his tribus cõtrahit cognatio spũalis. sed in baptismo et cõfirmatõne adeo fortis est q̃ impedit cõtrahendum et dirimit iam contractũ. xxx. q. j. si quis filiastrum. In cathecismo autẽ contrahit adeo exilis. q̃ vix impedit cõtrahendum et non dirimit iaz cõtractum. extra de cognatõne spirituali contracto. sed que istarum opinionum sit verior dubitatõnem habet. Propterea circa hoc querunt tria. Pmo q̃ritur vtrum cognatio spiritualis contrahatur p aliquod sacramentum. Scdo querit vtrum impediat matrimonium. Tercio queritur vtrum transeat ab vno in alterum.

3

2

3

Questio. j.

a

Circa quam sic proceditur. et q̃ cognatio spiritualis contrahatur per sacramenta videtur p illud qd dicit. xxx. q. j. Oĩs q̃s suscepimus ita filij nostri

sunt vt illi q̃s nobis suscipientibus vnda sacri baptismatis regenerauit. ꝙ ⁊c. Item hoc ondit̃ rõne. q̃ cognatio attendit̃ penes generatõez. ꝫ sicut ē carnalis generatio in filijs. ita est ⁊ spũalis in sacris. cũ ꝙ sit vera regeneratio. vĩ ꝙ ibi sit vera cognatio.

Item q̃ suscipit aliquē de baptismo tenet̃ eũ fouere et erudire in spũalibus. ergo obligatur ad actum spũalem. ꝙ ꝑ aliqđ vinculũ spũale. hoc autē appellamus cognatõez. ꝙ ⁊c. Item reuerentiã ⁊ honorez tenet̃ aliq̃s ei facē q̃ se regenerauit maiorē q̃ alijs. ħ aũt nõ est ꝑpter aliud nisi ꝑpter illud mandatũ q̃ pr̃ ē honorand⁹ spũaliter p̃ alijs hominib⁹. ꝙ iste aliq̃ mõ ē pater. ꝫ nõ carnalis. ergo spũalis. Sꝫ carnalis p̃rnitas facit cognatõez carnalē. ꝙ spũalis spũalez. Cõtra. maius est vinculũ charitatꝭ q̃ alicui⁹ sacr̃i. ꝫ vinculũ charitatꝭ nõ efficit aliquã cognatõez nec carnalem nec spũalem. ꝙ nec ꝑ aliqđ sacr̃m cognatio contrahit̃. Item inter oĩa sacr̃a sacr̃m eucharistie ē maioris vnionis. ꝑ eo q̃ vnit in vno corꝑe. ꝫ ꝑ sacramenti eucharistie susceptõez nulla efficit̃ spũalis cognatio. ꝙ nec ꝑ alia. Item plus assĩlant̃ ⁊ cõueniunt ꝑticipantes vnũ sacr̃m q̃ꝫ dans et suscipiens inquantũ huiõi. ꝫ q̃ ꝑticipant idem sacr̃m ꝑpter ħ non dicunt̃ hr̃e cognatõnez nec spũalem nec carnalē. ergo ⁊c. Item q̃ pater ⁊ fili⁹ sunt ꝑximi. necesse est q̃ filij ab eodē p̃re ꝑcedentes sint ꝑximi ⁊ cognati in cognatõne carnali. ꝙ pari rõne si est cognatio int̃ patrem spũalem ⁊ filiũ. erit cognatio inter filios spũales eiusdē p̃is. ꝙ oẽs qui baptizarent̃ ab vno eẽnt cognati spũaliter. ꝙ cũ hoc nõ sit verũ. nec illud ē verum q̃ cognatio spũalis sit inter dantē sacr̃m ⁊ suscipientē.

4 R̃ᵒ. dicẽdum q̃ spũalis cognatio est ⁊ eẽ debet. ⁊ hoc ꝑpter ꝯformitatē spũaliũ ad carnalia. Sicut. n. est carnalis generatio in q̃ est vinculũ ⁊ quidã amor naturalis. sic ⁊ spũalis r̃generatio ꝑ sacr̃a aliqua. ⁊ ꝑ illam siĩliter aliqđ vinculũ acquirit̃ ⁊ amor spũalis. ⁊ ideo in illis sacris p̄cipue ꝯtrahit̃ in quib⁹ est regeneratio. Dũ igit̃ dispositio ad regeneratiõez est in cathecismo. regeneratio in baptismo. regeneratõis consummatio in ꝯfirmatõne. hinc est q̃ in hijs trib⁹ s̃m cõem opinionem ꝯtrahit̃ cognatio. ꝫ tñ q̃ in cathecismo nõ est vera regeneratio. ideo nõ ꝯtrahit̃ ibi vera cognatio nec alligatio fortis. ꝫ adeo exilis vt sicut dictũ est nõ dirimat matrimoniũ iam ꝯtractuz. ⁊ vix impediat ꝯtrahendũ. Et sic cõcedende sunt ratõnes ad hoc.

5 Ad illud qđ obijcit̃ in cõtrariũ de vinculo charitatis ⁊ sacro altaris. dicẽdum q̃ in neutro attẽdit̃ regeneratio. sed in aqua ⁊ spũsctõ. quoꝝ vnũ ē in sacramẽto baptismi. reliquũ in sacro ꝯfirmatõnis. et si aliq̃ regeneratio spũalis attendat̃ penes ꝟtutes. hoc facit cognatõez ad deũ ⁊ filiũ dei. nõ filiuz vel cognatũ hoĩs. ꝑ eo q̃ virtutē opat̃ deus in nob̄ sine nob̄. sacramentũ aũt dispensat̃ ꝑ hoiem.

6 Ad illud quod obijcit̃ de ꝑticipatõne. dicẽdum q̃ ꝑticipatio sacri ē vinculum cõe siue ab eodē siue a diuersis sit. quia vnus deus. vna fides. vnũ baptisma. Sed cognatio ē vinculũ spãle. ⁊ iõ sacri ꝯparticipatio nec est cogñtio nec facit cognatõez. nõ sic datio nec susceptio sacramẽti. imo dicit ordinē ad aliquã ꝑsonã spãlez. ⁊ quoddaz vinculũ supaddit. ⁊ quandã spãlem tentiõez. ⁊ hanc rectissime possum⁹ appellare cognationē. et sic patet illud.

70 Ad illud quod obijcit ex parte patiẽtis q anima nobilior est corpore. Dicenduz q sic dicitur agere in animam coniunctã carni et ibi generare dolorez. nõ quia ignis omnino sit faciens. sed quia p curationez ignis anima habet necessariam actionem agendi in se et patiendi a se. cum ipa sit seipam mouẽs. sicut dicit aug. in. vj. musice. sic intelligendũ est in anima separata. sed qd sit hic mediãte corpe. ibi sit immediate. vnde nec coniuncta nec separata agit vere efficiendo. s actionem prebendo. et tamen vere dicit affligere et vere penitere. sicut vere dicitur immutare. q̃uis anima speciem potius in se faciat q̃ a corpe aliquo fiat in ea. Nec obstat istud quod obijcit de peccato. quia peccatum non sic disponit spiritũ ad passionem vt faciat ipsum vere materialem respectu ignis. cum sit supior p naturam. sed meretur apud diuinam iusticiam vt salua natura anime deus ipsam igni alliget. et alligando incarceret. incarcerando horrorem sui carceris immittat. ac p hoc ipsa anima ad presentiam carceris eo dolore et mesticia se affligat.

71 Ad illud quod obijcit de dolore q est diuisio partium. Dicendum q illa non est diuisio generalis sed solummodo doloris qui est anime ex carne. sed illa quam assignat Augustinus dolor est dissensus ab his reb9 ꝛc. vt eni ostendit augustin9 in. xxj. de ciuitate dei. dolor potius venit ex impedimento operationis anime q̃ ex corpis sectiõe. sicut patet in paraliticis. in quibus est partium sectio sine afflictiõne. quia anima in illis non habet operationem que ibi impediatur. et quoniam potentie anime que sunt eius partes quodammodo possunt in suis operationibus inquietari et impediri occasione accepta. hinc est q spiritus dolere potest et affligi. 72 Ad illud quod vltimo obijcitur q puniens adimit. Dicẽdum q sicut in adeptione peccati non adimitur aliquid de substãtia vel potentia anime sed solum dehabilitate ad gratiaz et iusticiam. sic p ignem punitiuũ adimitur illa habilitas sm quaz anima est habilis ad glorie et beatitudinis leticiam. nec semper noua adimitur sed eius adeptõ et afflictionis continuatio sicut supra dictum est de adeptione que fit in corpore. et hec dicta sufficiant.

Dist. XLV. De statu et conditione bonarum animarum post mortem.

Preterea sciendum est q omnes anime vt ait Augustinus ꝛc. Supra egit magister de reparatiõe corporum. hic agit de statu animarum post mortem. Et diuiditur hec pars in duas. In prima parte determinat de statu et conditione bonarum animarum. In secunda de conditione et statu malarum. di. xlvj. Sed queritur hic de valde malis ꝛc. Prima pars habet duas. In prima determinat de diuersis animarum receptaculis. In scda parte de suffragijs que animabus possunt fieri. ibi. Neq3 negandum est vt ait aug. defunctorum aias ꝛc. Et illa secũda pars habet duas. In prima determinat de suffragijs que viuẽtes impetrant mortuis. In secunda determinat de suffragijs siue adiutorijs que mortui impetrãt viuis. ibi. Si forte queres nunq̃d preces supplicantium ꝛc. Prima pars habet duas. In prima determinat veritatẽ. In secunda mouet dubitationes. ibi. Solet moueri questio de duobus vno diuite ꝛc. Et prima pars habet duas. In prima determinat que sunt illa que prosunt defunctis. In secunda que sunt illa que nõ psunt. ibi. De pompis vero exequiarum idem august. ꝛc. Similiter secuda pars in qua mouet questiones duas habet. In prima parte determinat hanc questionem. vtrum suffragia prosint omnibus equaliter. In secunda vero inquirit de infirmo mediocriter bono cui decedenti in fine mũdi nõ possunt subuenire suffragia ecclesie qualiter habeat liberari. ibi. Sed iterũ querit de aliquo mediocriter calido ꝛc. Summa igit istius dist. in tribus psistit. Primo in animarum receptaculis. Scdo in suffragijs q̃ viui impetrant mortuis. Tercio vero in suffragijs que mortui impetrant viuis. Et in his totum clauditur.

Di. XLV.

Determinat de diuersis animarum receptaculis. a

Aug. sup Io.

Veterea sciendum est q omnes anime (vt ait augustinus) cum de hoc seculo exierint diuersas habent receptiões. bone habent gaudiu3, male vo tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectõ. et bonorum gaudium amplius erit. τ malorum tormenta grauiora quando cum corpore torquebuntur.

Ex his ostendit q maius erit gaudium sanctorum in resurrectione τ post q̃ fuerit ante. et q diuersa receptacula habebunt anime sanctorum. De quibus idẽ Augustinus ait. Tempus quod inter hominis mortem et vltimã resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis cõtinet. sicut vnaqueq3 digna est vel requie vel erumna. p eo quod sortita est in carne du3 viueret.

Aug. de vbis apostoli. b

Determinat de suffragijs que viuentes impertiunt mortuis ostendens que sunt illa que psunt defunctis. b

Aug. Enchi.

Neq3 negandum est vt ait augustinus. defunctorum animas pietate suorum viuentiũ releuari. cum pro illis sacrificium mediatori offertur vel elemosyne fiunt in ecclesia. Sed hec eis tantũ psunt. qui cum viuerẽt. hec sibi vt postea possent pdesse meruerunt. Est enim quidam viuendi modus nec tam bonus vt nõ requirat ista post mortem. nec tam malus vt ei non prosint ista post mortem. Est vo talis in bono vt ista nõ requirat. et est rursus talis in malo vt nec his valeat cũ hec vita transierit. adiuuari. Quocirca hic omne meritu3 comparatur quo possit post hanc vitam quispiam grauari vel releuari. Nemo aũt speret quod hic neglexit cum obierit apud deum promereri. Non ergo ista q̃ p defunctis cõmendandis frequentat ecclesia illi apostolice sunt aduersa sententie qua dictũ est. Omnes stabimus ante tribunal christi vt referat vnusquisq3 sm ea que p corp9 gessit. sc3 bona vel mala. Quia etiã h meritum sibi quisq3 cum in corpore viueret cõparauit. vt possent ei ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. et quare? non nisi propter differentiam vite quam quisq3 gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris siue quarũcunq3 aliarum elemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur. p valde bonis gratiarum actiones sunt. pro nõ valde malis sunt ppiciationes. sed p valde malis et si nulla sint adiumenta mortuorũ. tamen qualescunq3 viuorũ cõsolatiões sunt. Quib9 vo psunt. vel ad hoc psunt vt sit plena remissio. vel certe vt tolerabilior sit ipsa damnatio. c Orationibus ergo sancte ecclesie τ sacrificio salutari. τ elemosinis que

Quibus psint oratiões. elye. sacrificia. τ mõi

Ro. xiiij.

Aug. i ser. c mone de verbis apli.

a ¶ Maius erit gaudiu3 sanctoru in resurrectione. Videt male dicere. q2 gaudiũ beatoru totũ cõsistit in visione dei. s visio dei tota est aie nõ corporu. g si aie sunt in statu cõprehẽsiõis τ cõplete visionis. g ipaz gaudiu3 nũq augebit. Rñ. dñ. q gaudiũ augeri ẽ dupliciter. vel nũerositate vel intẽsiõe siue q̃titatiue. Augmentũ gaudij q̃tũ ad nũerositatẽ nõ ponit augmẽtũ in pmio ẽẽntiali. q2 illud ẽ in vno solo. s in pmio accñtali qd cõsistit in gaudio de bono creato. τ illud põt augeri. maxime q̃tũ ad obiũ. vt de pluribus gaudeat tunc q̃ pu9. Si loquamur intensiue sic nõ auget nisi p accñs. q2 inclinatio aie ad corp9 q̃ ipa3 retardat ne intensi9 ferat in summũ celũ q̃ i illã aufert. τ sic p3 quõ istud põt intelligi dupliciter. Aliqui tñ nõ hñt p inconueniẽti q simplr tũc augeat et gaudiũ. q2 magis aperit ẽt dei vbũ ad illuminãdũ τ p pñs ad delectãdũ. b Aias abditis receptaculis ꝛc. Querit p quanto dicunt abdita receptacula. τ dõm q receptacula illa dicunt abdita receptacula non q sint alia receptacula aiaru nũc τ post iudiciũ. s q2 eadẽ nũc sũt nobis incognita. s p9 iudiciũ τ resurrectiõz erũt nob nota. Si autẽ q̃rat rõ. dõ. q ratõ hui9 est vt fides hẽat locũ q̃ ẽ d nõ visis. vñ merent et in credẽdo padisũ. τ credẽdo infernũ cũ iã nõ videamus. Beati enĩ qui nõ viderunt τ crediderũt. Non tñ est aũt ad fidei meritũ. s etiã ad pbãdũ humanũ affectum. vñ noluit dñs q mors nostra filis eẽt morti bestiarũ. vt pbaret corda filioz hoim. c Orõnib9 g scẽ ecclesie ꝛc. Innuit mgr q sacrificio salutari nõ ẽ dubiũ mortuos adiuuari. Vr falsũ dicẽ. q2 sacrificiũ altaris ẽ sacrm ecclesie. s sacra ecce nõ psunt nisi in statu viatoris. g ꝛc. Itẽ q2 iuxta h cũ alia sacra nõ psint p9 mortẽ. vñ est q h sacrm altaris pdest. Rñ. dõ q alit pdest sacrm altaris viuis alit mortuis. Viuis ei pdest sb rõe sacri τ cibi. mortuis autẽ prodest sub ratione sacrificij. Inq̃tum enĩ sacrm est cibat et dat gratiam τ perfectionem

1

2

3

manducanti. Inquantum autem sacrificium deum placat. hostie enim placant. Et quoniã deus iratus est ab affectione inflictionis. ideo deum placando non sedat ipsius affectionem. sed remitti facit pene acerbitatem.

4 Quod queritur quare alia sacramẽta nõ ꝓsunt. dõm ꝙ alioꝝ sacramẽtoꝝ dispensatio respicit actũ in ꝑsonã vel circa ꝑsonã. sic pꝫ in baptismo. ꝛ iõ nõ pͤt baptizari nisi q̃ ꝑsto ẽ in aquã mergi. ꝯ sacrificiũ est actꝰ ꝓ ꝑsona. et qm̃ actus in ꝑsonã requirit ꝑsonam actu existẽ. sed ꝓ ꝑsona ñ. sic xp̃s obtulit se pri ꝓ illis q̃ fuerunt ꝛ q̃ futuri sunt. sic sacrificiũ ꝓdest his qui finierunt vitã.

5 b Per pauperes q̃ rũ est regnũ celoꝝ ꝛc̃. Cõtra hoc obijcit. qꝛ qui diligit aliũ ꝛ orat pro pecunia dat spirituale pro temporali. et omnis talis est symoniacꝰ. ergo ꝛc̃. Rꝫ. dõm ꝙ mammõa hic appellat possessio terrena. de hac facit homo sibi paupes amicos dum eoꝝ subuenit necessitatibꝰ. pauperes aũt christi orãt vt grati suis beneficiis. et ita patet ꝙ beneficiuꝫ tpale nõ est sic finis motiuus. sed sicut aliquid inducẽs. et qm̃ hoc non principaliter intendunt. iõ ꝓpter hoc non orãt finaliter. ꝛ orõ non vendit sed impetrat per accidens. s. ꝓ acquisitionem amoris.

6 c Iniuria ẽ ꝓ martyre orare in ecclesia. Videt male dicere. qꝛ orõnes ꝓ valde bonis sunt gratiarũ actiones. ꝯ qui agit grãm ꝓ sanctis nõ facit eis iniuriam. ergo ꝛc̃. Item quod licet nobis desiderare licet ꝛ petere. sed desiderare possumus honorem sctõꝝ. ergo orare debemꝰ ꝓ ipsorum honore. Rꝫ. dõm ꝙ Aug. ꝯ orare pro aliquo dicit orare ꝓ alicuꝰ salute quaꝫ iã hꝫ. si ꝯ ꝯstare debet nobis ꝙ martyres statim btificẽt sicut nullus debet de eoꝝ glĩa dubitare. ita nullus debet pro eis orare. Si em̃ orat videt psumere ꝙ nõ sint in glĩa. ꝛ ita ꝙ nõ sint martyres vere. et nõ tm̃ ꝑsumere sed etiaꝫ exteriꝰ innuere. ac ꝑ ꝯ iniuriã

pro eorum spiritibus offerunt non est dubium mortuos adiuuari. vt cum eis misericordius agat a domino q̃ʒ eorum peccata meruerunt. hoc enim a patribus traditũ tota obseruat ecclesia. vt pro eis qui in communione corporis et sanguinis domini defuncti sunt. cuꝫ ad ipsum sacrificium loco suo cõmemorentur orat. ac ꝓ illis q̃ʒ id offerri commemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis. sed talibus qui ita vixerunt ante mortem. vt possint eis hec vtilia esse pꝰ mortem. Nam qui sine fide operante ꝑ dilectionẽ eius q̃ʒ sacramentis de corpore exierunt. frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impendunt. cuius dum hic essent pignore caruerunt. nõ misericordiaꝫ sibi thesaurizantes sed iram. Non ergo mortuis noua merita cõparant cum ꝓ eis aliquid boni operant sui. sed eoruꝫ precedentibus cõsequentia ista reddunt. nam istaꝫ q̃s q̃ʒ finiens vitam. nisi quod in ea meruerit non poterit habere post eam. Ecce quibus et qualiter prosint illa que pro defunctis frequentat ecclesia. Mediocrit malis suffragantur ad pene mitigationeꝫ. mediocriter bonis ad plenam absolutionem. Qui non habent tante ꝑfectionis merita vt nõ indigeant iuuari ᵈper paupes quorum est regnum celorum quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis. Quoꝝ tanta est perfectio vt his adiutoriis non indigeant. quales sunt apostoli ꝛ martyres. Ut enim ait Augustinus. ᵉiniuria est ꝓ martyre orare in ecclesia cuius nos debemus orationibus commendare. pro aliis autem defunctis orat.

d Math. v.

e Augꝰ. de vbis apli.

De officiis sepulture.

Ostendit que sunt ista suffragia que non prosunt defunctis vtpote exequiaꝝ pompe. c

De pompis vero exequiarum ideꝫ Augustinus ita dicit. Pompa funeris. agmina exequiarum. sumptuosa diligentia sepulture. viuorum sunt qualiacunq̃ʒ solacia. non adiutoria mortuorum. quia si aliquid prodest impio sepultura p̃ciosa. oberit pio vilis vl' nulla. Preclaras exequias in conspectu hominuꝫ purpurato illo diuiti exhibuit turba famulorum. sed multo clariores in conspectu domini vlceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum. qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum. sed in abrahe gremiuꝫ. Sit tamen cura mortuos sepeliendi et sepulcra construendi. quia hec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus patriarcharum

Aug. i smõe de vbis apli.

Luce. xvi.

Aug. i eodẽ.

aliorumq3 sanctoꝝ. sed etiam in ipsius domini corpo-
re qui ista fecerunt laudati sunt. Impleant igitur ho/
mines erga suos officia postremi muneris. ꝛ sui huma
ni leniamenta merorꝰ. verū illa que adiuuant spiritꝰ
defunctorum. scilicet oblationes. orationes. multo ob
seruantius ꝓcurent.

Determinat vtrum suffragia psint omni-
bus equaliter. d

De duobus bonis q̄ꝝ alt' plꝰ pꝰ mortē hz auxilij.

Solet moueri questio de duobꝰ vno diuite altero pau
pere pariter sed mediocriter bonis. qui predictis suffra/
gijs indigent ꝛ meruerunt pariter post mortē iuuari. ꝓ
altero vero id est pro diuite speciales ꝛ cōmūes fiūt ora-
tiones. multeq3 elemosynaꝝ largitiones. ꝓ paupe vero
nō fiunt nisi cōes largitiones ꝛ oratiōes. Querit̄ ergo
an tantū iuuet̄ paup paucioribus subsidijs quantum
diues amplioribus? Si non pariter iuuat̄. non ei red-
ditur fm merita. Meruit eīn pariter iuuari. qꝛ pariter
boni extiterunt. Si vero tantum suffragij consequit̄ q̄n
tum diues. quid contulerunt diuiti illa specialiter pro
eo facta? Sane dici potest non ei magis valuisse gene-
ralia ꝛ specialia q̄3 pauperi sola generalia suffragia. et
tamen ꝓfuerunt diuiti specialia. nō quidem ad aliud
vel magis aliquid. sed ad idē ad quod generalia. vt
ex pluribus ꝛ diuersis causis vnum perciperetur emo
lumentum. Potest tamen dici aliter illa plura subsidia
contulisse diuiti celeriorem absolutionem nō pleniorē.

Rꝰ

Inquirit de infirmo mediocriter bono. cui dece-
denti in fine mundi non possunt subuenire suffra
gia ecclesie. qualiter habeat liberari. e

Sed iterum queritur de aliquo mediocriter bono qui
talibus indigens suffragijs in ipso cōsummationis mū-
di articulo cum reliquis migrabit. si saluꝰ fuerit? Pro
eo non offertur vlterius sacrificium vel oratio vel ele-
mosyna. f nec habebat tante pfectionis merita. que his
suffragijs non egerent. Nunquid ergo saluabit̄? Estimo
eum quasi per ignem transeuntem saluari meritis ꝛ in
tercessionibus celestis ecclesie. que pro fidelibus sem/
per intercedit voto ꝛ merito donec impleat̄ christus.

f

Determinat de suffragijs que mortui impertiun-
tur viuis. f

Sed forte queris. nunquid preces supplicantium san
cti audiunt. ꝛ vota postulantium in eorum noticiā p/
ueniunt? Nō est incredibile animas sanctorum que
in abscondito faciei dei veri luminis illustratiōe letan-
tur. in ipsius contemplatione ea que foris agunt̄ intel
ligere. quantum vel illis ad gaudium vel nobis ad au
xilium ptinet. Sicut enim angelis ita ꝛ sanctis qui deo
assistunt petitiones nostre innotescūt in verbo dei qd
contemplant̄. vnde et dicuntur angeli orationes ꝛ vo
ta nostra offerre deo. non quia eum doceant. sed quia
eius voluntatem super eis consulūt. Unde Aug. An-
gelis qui sunt apud deū innotescūt petitiones nostre.

Aug. in li. de orādo ad deum.

martyri facere. Or er
go obijcitur q̄ sūt gra
tiarū actiones. dicen-
dum q̄ istud est verū
quando ecclesia de sa
lute alicuius pōt pro
babiliter dubitare.
Or obijcit̄ q̄ deside-
randus est honor sā-
ctoꝝ. Dicendū q̄ ve-
rum est. sed cum h̄ pe
timus. non ipsis san-
ctis petimus. sed peti
mus nobis. vt nobis
innotescat eorū vir-
tus pfecta. et detur af
fectio bona ad laudē
diuinam siue ipsorū.
Si quis tamen cōtē-
dat hoc esse orare pro
martyre. Dōz q̄ isto
mō nō intelligit aug.
sed eo q̄ orare ꝓ ali-
quo est petere salutē
eius vel acceleratiōē
salutis.
f Nec habebat tan- 7
te pfectionis merita.
que his suffragijs nō
egerent. Videt̄ q̄ om-
nes sint tales. qꝛ sup
illud. ij. Coꝝ. viij. vt
illorum abundantia.
glo. Qui viuunt in h̄
seculo nō habent me-
rita ad vitam suffici-
entia nisi iuuent̄ me-
rito christi ꝛ angeloꝝ.
Sz cōtrariū videt̄. qꝛ
aut habet verā chari-
tatē aut nō. Si non.
ergo nullū habz me-
ritum. Si habet. ergo cū
habeat spūm sanctū.
et ita pignꝰ hereditat̄
eterne hz sufficientiā.
Rꝰ. dōm q̄ tria sunt
genera hoīm habētiū
charitatem pfectā et
absolutionē ab oī cul
pa ꝛ pena. ꝛ tales sibi
sufficiūt. ꝗ hi potiꝰ sūt
in celis q̄ in terris. ta
liū eīn puersatō in ce
lis ē. Quidā hūt pfe-
ctū amorē. tn̄ ꝓpt ma
la opa pcedētia sūt ob
ligati ad penā. ꝛ tales
indigent suffragijs n̄
ad salut̄ obtentionē.
ꝗ accelerationē. Qui
dā hūt charitatē imp-
fectā ita q̄ ꝓni sunt ad casū ꝛ obligati sunt multis reatibꝰ pctōꝝ. ꝛ tales viuūt in hoc seculo lz nō oio se cō-
formēt seculo. ꝛ indigēt suffragijs vt in charitate ꝑmaneāt. ꝛ vt exeūtes de terra tormēta nō eos detineāt.

g ᵍVt quodammodo eas offerant deo. Querit̃ per quem modũ angeli offerũt deo petitiões nostras. vtrũ scz ꝑpter se. an propter nos. Rñ̃. dñ̃. ꝙ sicut videm⁹ in causis terrenis. ꝙ qui nescit loqui coram pretore adducit aduocatum vt loquatur ⁊ alleget ꝓ ip̃o. sic in sp̃ualibus intelligẽdum est. ꝙ cũ nos nec porare. imo nec balbutire sciamus corã deo. ꝙ angelus tanq̃ aduocatus ⁊ allegator magnus in illa superna curia assumat verbũ vt orationẽ nostraz ꝓponat. Si aũt querit̃ per quẽ modũ habeat esse. Dico ꝙ loqui nostrũ ⁊ oratio nostra est desideriũ alicu⁹ rei vl' petitio formata fm̃ desideriũ. ⁊ qñ desideriuz nostrũ ex mera ⁊ vera ⁊ ardenti dilectione ẽ. tũc fortiter clamam⁹ i auribus dei ⁊ tũc optime ꝑoram⁹. ⁊ quoniã affectiones nostre sũt tepide. ⁊ affectiões angelorum feruentissime ⁊ magis eleuate ad ipz desiderando ꝓ nobis qđ nos desideramus. cum accedant ad deũ familiari⁹ ⁊ primius dicunt̃ sibi offerre. et quod deus vidit, nos primo petere ⁊ approbare ꝑ os nostrum. secundo magis approbat ꝑ os ⁊ desiderium angelorum. Et qm̃ istud dicit̃ noscẽ qđ approbat. hinc est ꝙ petitiones nostre dicũt̃ apđ deũ innotescere. nõ solum ꝑ nos verũ etiaz ꝑ angelos. Angeli eñ̃ dicunt̃ loq̃ ꝑ affectiões voluntatis ⁊ ꝑ adminiculũ rationis. sicut exponit greg. sup ꝑncipiuz iob. b Sz bonũ eorum est de opibus suis ei⁹ ꝯsulere veritatẽ. Videt̃ male dicere. qꝛ istud ꝯsiliũ dicit inquisitionem ⁊ ita rõcinationẽ. sed angeli vt dicit dyonisius habent intellectũ deiformẽ. ergo in eis nõ cadit ꝯsilium. Rñ̃o. dicendum ꝙ consulere aliquem hoc est dupliciter. Aut vt ꝑ indagationem ⁊ inquisitionis discursionem ꝑueniat ad cognitionem rei dubie. Aut vt ꝑ illustrationem eius subito cognoscat quomodo debeat facere. Primum est humanũ. secundum õo nõ solũ humanũ sed etiam angelicum esse ꝓhibet̃. i Si aũt angeli a deo ⁊c̃. Videt̃ male dicere. Quia beatus Grego. dicit. quid est qđ nõ videant q̃ videntẽ omnia vident. Rñ̃. dõm. ꝙ multa addiscunt angeli siue per ipsum verbum ⁊ ꝑ alios angelos siue ꝑ experientiam. Qđ aũt dicit grego. nõ intelligit̃ quia omnia videant. sed qꝛ vident istud vnum quod est melius videre q̃ omnia. Vñ sicut ille q̃ hz deum dicit̃ oĩa habere. nõ qꝛ oĩm sit possessor. ſ qꝛ habet illud vnũ cui nõ possunt equipari oĩa. ideo ꝑ equipollentiam vel superualentiã dicit̃ habere oĩa. Sic qui nouit deum deum dicit̃ omnia nosse.

ᵍvt quodammodo eas offerãt deo. ⁊ de his consulãt. et quod deo iubente implenduz esse cognouerint. hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Unde ⁊ angelus hoĩbus ait. Cum oraretis orationem vestram obtuli deo. Ad omnia quidem scienda sufficit deo sua ꝑfectio. habz tñ̃ nuncios. i. angelos nõ qui ei que nescit annuncient (non eñ̃ sunt vlla que nesciat) ʰsed bonuz eorum est de operib⁹ suis eius cõsulere veritatem. ⁊ hoc est ꝙ ei dicunt̃ nõ nulla nunciare. non vt ipse ab eis discat. ſ vt ab eo ipsi ꝑ verbũ eius sine corꝑali sono. Nũciãt etiã qđ voluerit ab eo missi ad quos voluerit. totũ ab illo ꝑ illud verbũ eius audientes. id est in ei⁹ veritate inuenientes. quid sibi faciendũ. quid. quibus. ⁊ quando nunciandũ sit. Nam ⁊ nos orantes eũ. nõ eũ docemus. qꝛ nouit (vt ait verbũ eius) pater vester qđ vobis necẽariũ sit priusq̃ petatis ab eo. Nec ista ex ꝑte cognouit. sed futura oĩa tꝑalia atq̃ in eis etiã quid ⁊ quãdo ab illo petituri fueramus. ⁊ quos ⁊ de quib⁹ reb⁹ vel exauditurus vel nõ exauditurus eẽt sine initio ante prescivit. nõ ergo dicit̃ angelus orationes nostras offerre deo. quasi deus tunc nouerit qđ velimus ⁊ quo indigeamus. que oĩa anteq̃ fiant sicut et postq̃ facta sunt nouit. sed qꝛ necesse habet rõnalis creatura. temꝑales causas ad eternã veritatẽ referre. siue petendo quid erga se fiat. siue cõsulendo quid faciat.

Qđ dictũ est de angel' attribuit scĩs aĩab⁹ g

ⁱSi aũt angeli a deo ꝑ verbũ eius discũt petitiões nostras. ⁊ qđ de his implẽdũ sit ⁊ quid nõ. cur nõ credamus ⁊ aĩas sanctorum dei faciẽ ꝯtẽplantiũ. i ei⁹ veritate intelligere ꝓces hoim. ⁊ que implende sint vel nõ. Inde est ꝙ deus dicit̃ exaudire ꝓces quorũdã nõ solũ qñ effectui mãcipat. sed etiã quãdo innotescit curie angelorum ⁊ sctãrum aĩarum qđ inde futurũ sit vel nõ. ⁊ qđ cognoscũt in dei volũtate eẽ. volũt et ipsi. Adeo eñ̃ superne voluntati addicti sunt. vt nihil ꝓter ei⁹ voluntatẽ queãt velle. Intercedũt ergo ad deũ ꝓ nobis sãcti. ⁊ merito. dũ illorum merita suffragant̃ nobis. ⁊ affectu dũz vota nr̃a cupiũt implere. Qđ tñ̃ nõ faciũt nisi in volũtate dei implenda didicerint. Oram⁹ ergo vt intercedant ꝓ nobis. id est vt merita eorum nobis suffragẽt̃. ⁊ vt ipsi velint bonũ nostrũ. qꝛ eis volentib⁹ deus vult ⁊ ita fiet. Ex premissis ꝯstat ꝙ cũ quibusdã misericordius agit deus q̃ eorum peccata meruerunt. s. cũ mediocriter malis. q̃ suffragijs ecclesie iuuantur.

g
Tho. xij.
Aug. li. xv. de trinitate.
h
Aug. in li. de gratia noui test.
i

9
10

Ad intelligentiã huius ptis ƀm tria q̃ determinat mḡr in lr̃a pncipalit̃ tria q̃runt̃. Primo querit̃ de receptaculis aīaꝝ exutaꝝ. Secūdo de suffragijs q̃ recipiūt a viuis. Tercio d' suffragijs q̃ impendūt viuis. Circa primū q̃runt̃ tria. Primo querit̃ de receptaculis aīaꝝ ante aduentū xp̄i. Secūdo querit̃ vtrum post aduentū xp̄i habuerūt loca determinata. Tercio vtrū egrediant̃ ad exteriora.

Questio .j. a

Circa quã pcedit̃ sic. ꝛ q' ante xp̄i aduentū descēderant ad infernū ostēdit̃ pmo p vetus testamentū. Ita dixit patriarcha Jacob Gen̄. xlij. deducetis canos meos cū dolore ad inferos. Et Gen̄. xxxvij. descēdam ad filiū meū lugēs in infernū. ergo ⁊c. Item Job. xvij. In tenebris straui lectulū meū. infern⁹ domus mea ē. ꝛ cōstat q' iust⁹ erat. ergo ⁊c. Itē hoc ipm̄ ostēdit etiã p nouū testa. q: dicit̃ in symbolo. descēdit ad inferna. cōstat q' nō nisi ad ereptionē iustoꝝ. iusti ergo descēdebãt. Itē Actuū .ij. quē deus suscitauit solutis dolorib⁹ inferni. ergo oēs alij detinebant̃ i inferno. Itē debitū originalis peccati nō dīmserat solutū. ḡ nec hō de potestate dyaboli ereptus. ergo quātūcūq; effet iustus. poterat ip̄m dyabol⁹ trahere deorsū.

Sed 3. Infern⁹ est locus debit⁹ malis ꝛ iniustis. ḡ ante aduentū xp̄i multi mortui sunt boni ꝛ iusti. ḡ illi nō descēdebãt in infernū. Itē vnaqueq; aīa habet locū ƀm exigentiã meritoꝝ. ergo cū viri sancti ante aduētū xp̄i multū distarēt ab impijs q̃tū ad meritū. ḡ etiã q̃tū ad locū. Itē in inferno nulla ē redēptio. ergo si iusti descēderūt ad infernū. videt̃ q' nunq̃ fuerūt inde liberati. qđ manifeste falsū ē. Itē sicut patet Luce. xvj. chaos magnū firmatū erat int̃ Lazarū ꝛ diuitē. vt nō possent mutuo ad se trãsire. ergo videt̃ q' in locis distantib⁹ erãt. Itē Aug⁹. xij. sup Gen̄. ad litterã. vidim⁹ inferioꝝ mentionē nō esse factaꝫ in requie paupis. sed in supplicio diuitis. Et iterū ideꝫ. Nōdū inueni ꝛ adhuc requiro. nec mihi occurrit inferos alicubi in bono posuisse scripturã. nō aūt nisi in bono accipiendū sinū Abrahe. ḡ si sancti patres in sinu Abrahe portant̃ sic dn̄s ip̄e de Lazaro testat̃. ptꝫ ⁊c.

11 12 Rn̄° dicendū q' infern⁹ dicit̃ locus penaꝝ. ꝛ locus ē inferior. tum rōne status q̃ vilis est. tū rōne situs. Potest ḡ infern⁹ denominari a suo summo. ꝛ tūc dicit̃ infern⁹ locus in q̃ est maxima pena. ꝛ locus infimus. ꝛ iste nō cōpetit nisi dānatis q̃ puniūtur pena sensus ꝛ sine spe inter⁹ pijciunt̃. Potest iterū appellari locus inferior in quo dis punit̃ pena damni. ꝛ iste dicit̃ lymb⁹. ꝛ in hūc descēdebãt ante xp̄i aduētū sancti patres. ꝛ descendūt nūc paruuli nō baptisati. Sed attendēdū q' patres fuerūt in pte supiori. ꝛ paruuli in pte inferiori. Et ratio hui⁹ ē. q: isti habēt carentiã visionis sine expectatiōe. illi habebãt cū expectatiōe. et ideo q: in pte supiori erãt ꝛ visionē dei expectabant. nō tm̄ i lymbo sed in sinu Abrahe dicebant̃ esse. ille ḡ locꝰ dicebat̃ inferior. ꝛ q: inferior. ꝛ q: aliquo mō locus erat miserie. Lymb⁹. q: erat pena carētie. Sed sinus

13 Abrahe. q: erat expectatio glie. ꝛ ita infern⁹ non sonat nisi in malū qualitercūq; accipiat̃. Sinus aūt Abrahe in bonū. q: ē ibi requies aut p puatiōne mali. aut p collatiōne ois boni. ꝛ sic est locus glorie. ꝛ per hanc diffinitiōne patet rn̄sio ad vtrãq; ptē. Ratiōes enī ad pmã partē pcedūt de inferno large dicto ꝛ ƀm ratiōes vo ad oppositū de inferno dicto pprie et ƀm penã. sicut patet discurrēti p singulas.

Questio .ij. b

De receptaculis aīaꝝ post aduentū xp̄i. et querit̃ vtrū habeãt receptacula vl' loca determiata. Et q' nō videt̃ de bonis. glo. sup illō ps̄. xxxvj. adhuc pusillū ꝛ nō ē. ⁊c. Adhuc pusillū est vsq; ad finē vite cuiusq; q̃n liberant̃ sc̄ti. Post hãc tñ vitã nō ita erit vbi erūt sancti quib⁹ dicet̃. Venite bn̄dicti. Itē q' mali nō habeant receptacula videt̃. Aug⁹ de sp̄ū ꝛ aīa. Quedaꝫ aīe puniunt̃ in loco vbi deliq̃rūt. quedã in abditis receptaculis. Itē q' neuter videt̃. Aug⁹ in ench. Tēpus qđ inter hominis mortem ꝛ vltimã resurrectionē interpositū est aīas abditis receptaculis cōtinet sicut vnaqueq; digna est requie vel erūna. Itē ratiōe videt̃. q: aīe a corpib⁹ exute sunt sp̄ūales ꝛ oīno a corpore nō dependēt. ḡ ꝛ loc⁹ remuneratiōis. Cōtra. q' mali habeãt videt̃. q: Luce. xvj. dixit dn̄s. mortu⁹ est diues ꝛ sepultus in inferno. Et post subdit̃. ne veniant in locū tormētoꝝ. ⁊c. Itē q' boni videt̃. ij. ad Coꝛ. v. Si terrena vestra habitatio dissoluat̃. domū habem⁹ in celis. Et Greg. qui christū in celo esse nō dubitat in corpe. nec Pauli aīaꝫ esse negat. Itē ratiōe videt̃. q: loci cōgruitas cōfert ad opationem. ergo cū anime beate sint excellētissime virtutis cōtemplando deū ꝛ oīno imutabiles. ergo locus sup̄m⁹ eis debet̃. ergo ab oppositis damnatis infim⁹. Item excellētia retributiōis cōsistit in societate multa. quia nulla sine socio iocūda est possessio. ergo aīe post hãc vitã sunt simul.

14 Rn̄° dicendū q' triplicē locū cōtingit intelligere. s. remuneratiōis. quiete expectationis. et purgatiōis. Et rō hui⁹ ē. q: aīa exuta ex duplici cã pōt impediri a remuneratiōe beata. aut pter hoc q' ianua est clausa. aut pter hoc q' ip̄a nō est plene purgata. Statui retributiōis rn̄det locus pprius ꝛ receptaculū determiatū i se ꝛ quo ad nos. s. celū empireū quo ad bonos. ꝛ quo ad malos locus infim⁹. Statui quietis ꝛ expectatiōis rn̄det locus determiat⁹ in se. sed nō quo ad nos. q: nescit̃ p scripturas vbi sit lymbus. Statui vo purgatiōis rn̄det locus indeterminatus ꝛ quo ad nos ꝛ quo ad se. q: nō omnes in eodem loco purgant̃ licꝫ forte in aliquo multi sint. ꝛ q̃tū ad hunc locuꝫ loquitur Aug⁹. Qđ vo obijcit̃ de glo. dicendū q' nō loquit̃ de loco sed de statu q̃tuꝫ ad secūdam stolã.

15 Potest tñ aliter dici ꝛ melius. q' anime receptacula aut sunt ƀm merita bona. ꝛ sic est padisus ꝛ loc⁹ celestis. Aut pter peccata. ꝛ sic distinguit̃ triplex locus ƀm triplex peccati gen⁹. s. purgatoriūs. et hic debet̃ veniali. Lymbus. ꝛ hic originali. Et infernus. ꝛ hic mortali. Et bene potest esse ꝛ satis pbabile est q' gradatim se habeãt ista tria loca. si tamē circa eandē partē sint. sicut colligi potest ex sanctoꝝ dictis.

16 ꝛ ex hijs que in pcedētibus dicta sunt. Vnō possunt loca animaꝝ distingui sic. vt reducãt ad bimēbrē diuisionē. Locus retributionis aut est glorie aut pene. Si glorie. sic celum. Si pene. sic infernus. Gloria vo distinguit̃. quia charitas que vni⁹ speciei est meretur gloriã. Sed penalis locus est duplex. aut ƀm penam damni. ꝛ sic lymbus. Aut ƀm penam sensus. ꝛ sic infernus. Et vtrūq; membrū diuidit̃. q: qui pena damni puniunt̃. aut simpliciter ꝛ eternaliter. ꝛ hij in inferiori illius ptis q̃ dicit̃ lymbus. Aut ad temp⁹. et hij in supiori que dicit̃ sinus Abrahe. Simuliter illi qui puniunt̃ pena sensus. aut simpliciter. et sic infernus

ꝓprie dictus. aut ad tp̄us ꝛ sic locus purgatorius. Et
sic patet quot anime habent receptacula ꝛ que. et si
alique autoritates contrarie videantur. intelligende
sunt vel q̄tum ad statum. vel q̄tum ad aliquas ani-
mas que purgant̄. de quibus supra dictū est. q̄ dispē
satiue in diuersis locis anime purgant̄. licȝ s̄m legeȝ
cōmunē sit aliquis locus cōmunis.

Questio. iij. c

Utrū anime a suis receptaculis aliq̄n exeāt. Qꝫ non
videt̄. ps. vt inhabitē in domo dn̄i. Itē de malis
specialiter. Job. vij. qui descendit ad inferos nō ascē
det. Itē aut locus aliquid facit aut nihil. Si nihil.
ḡ non videtur rō quare magis sint in loco determīa
to. Si aliquid. ḡ si bonoꝝ gloria si dȝ minui nec ma-
loꝝ pena. ḡ nunq̄ p̄nt nec dn̄t egredi. Itē nos nō
possumus locū nostꝝ mutare quin mutem⁹ ꝛ statū.
Uñ q̄n meremur non sum⁹ in statu merendi. ḡ nec
ille. Sȝ eaꝝ status est immutabilis. ḡ et locus. Cō
tra. sancti multos visitant et multis appēt. sicut pꝫ
in vitis scōꝝ. ḡ si aliqua est apparitio. videt̄ q̄ sint
vbi appēt. sed nō simul in celo ꝛ in terra. ḡ recedunt
a suis habitaculis. Itē demones sunt circa nos et
nos exercēt q̄ tn̄ sūt digni maiori pena q̄ aie. ḡ si illi.
multo fortius et aie p̄nt circa nos esse. Itē ꝯstat q̄
resurrectio erit et iudiciū oīm simul. ḡ necesse ē q̄ tā
beata q̄ dānate veniāt ad corpa ꝛ ad locū cōmunē.

Item deus vbiqȝ est equaliter. ergo anima vbiqȝ
potest equaliter frui deo. ergo si beatitudo est fruitio.
potest beata anima ire quo vult. ergo pari ratione et
damnata. Item Greg. in dyalogo narrat de susci-
tatione aliquoꝝ quorū anime erant in p̄adiso ꝛ in-
17 ferno. ergo ꝛc. R° dicenduȝ q̄ huiusmodi recepta-
cula aliquib⁹ dant̄ s̄m dei consiliū ꝛ causas supiores.
aliquibus s̄m sententiā ꝛ causas inferiores. Hij secū-
di possunt mutatiōe diuine sentētie ad p̄ces sanctorū
de huiusmodi locis reuocari. ꝛ sicut mutant statū. ita
ꝛ locū. Primi v̄o qui s̄m causas imutabiles hmōi lo-
cis deputati sunt non exibūt finaliter. possibile est tn̄
eos exire ad tempus. Sed exitus ad tempus aut est
ad recipiendū completā remunerationē. ꝛ sic boni et
mali exibūt in die iudicij. Aut ad p̄ficiendā aliquam
operationē. ꝛ sic exeunt beati. nunq̄ tamē damnati. Et
ratio hui⁹ est. quia beati possunt iuuare nos reuocan
do. docendo. cōfortando. liberando. sed damnati sunt
ligati ad omne opus. Rursus. pena dependet a loco
ꝛ gloria. nō quia est a deo qui vbiqȝ est. Cōcedende ḡ
sunt rationes p̄bantes q̄ boni aliquādo loca recepti
18 onis sue mutant. Ad illud quod obijcit̄ de malis
p simile de demonibus. dicendū q̄ nō est simile. qꝛ isti
habent operationem aliquā ad nos exercendos. ꝛ ideo
nō sunt ligati nec penitus damnati. quia adhuc sunt
in statu demerendi q̄tum ad vim administratiuam.
19 Ad illud quod obijcit̄ q̄ non exeunt. verū est fina-
liter illi qui per sententiā diffinitiuam sunt damnati.
20 Ad illud quod obijcit̄ quid facit. dico q̄ in bonis
tm̄ ad congruentiam. in malis amplius. quia auget
21 penam. ꝛ ideo isti non exeūt vt illi. Ad aliud patet.
R°. quia nō est nobis possibile in celum ire. sed in ce-
lo existentibus possibile est ad terram venire. qꝛ ani-
ma liberior quia exuta. et potentior quia beata. mali
v̄o nō possunt quia nō sinunt̄.

Consequēter q̄tum ad secundū articulū que-
ritur de suffragijs que recipiūt anime defun-
ctorū a viuis. Et circa hoc querunt̄ tria. Pri-
mo querit̄ vtrum suffragia p̄sint defunctis qui sunt
mediocriter boni. Secūdo vtrum defunctis prosint
suffragia facta p malos. Tercio quātum p̄sint suffra
gia. ꝛ cū non equaliter omnib⁹. querit̄ cui magis. aut
ei qui magis meruit. aut ei p quo specialiter fiunt.

Questio. j. d

Circa quā sic p̄cedit̄ ꝛ ostendit̄ q̄ non p̄sint me-
diocriter bonis. quia magis dignis debent eccl'ie suf-
fragia p̄ficere. sed non p̄sunt bonis qui sunt in p̄adi
so. ergo ꝛc. Si tu dicas q̄ non indigent. ideo non est
simile. Cōtra. in vita ista peccatores indigent. ꝛ tamē
necesse ē q̄ ipi faciāt penitentiā nō alij p ipis. Itē
illi qui nō est in statu merēdi nec esse pōt. nihil p̄dest
alienū suffragiū. sicut patet si aliquis sit stultus irre-
uocabiliter. sed tales sunt mortui. ergo ꝛc. Si dicas
q̄ prius meruerūt vt eis p̄dessent in statu illo. Con-
tra. quodcūqȝ meruerūt necesse est eos meruisse. ꝛ qd̄
necesse est eos meruisse necesse est remunerari. ergo si
nunq̄ fiant suffragia remunerabunt̄. ergo nihil eis
p̄sunt. Item pena purgatoria mensurat̄ s̄m quā-
titatem cremabilis. ergo cū suffragia nō minuant de
culpa. ergo nec de pena. Qꝫ nō minuant de culpa pa-
tet. quia solus deus habet effectū in animā. Si tu di-
cas q̄ habent effectū in animā p modū meriti. ꝛ de
merito suffragiorū minuit. Contra. ꝛ si deus delet
culpe maculā p se. tamē reatū per penam. sed constat
q̄ in eis q̄tum ad reatum oportet deleri culpaȝ. ergo
per penā purgatoriā. sed hoc nihilomin⁹ faceret sine
suffragijs. ergo ꝛc. Item hoc ostendit̄ p deductio-
nem ad impossibile. quoniā si delet partē. ergo possi-
bile est q̄ totuȝ. ꝛ ita ille remanebit impunit⁹. Sed
cōtra. autoritate sacre scripture. ij. Mach. xij. sancta
ꝛ salubris ē cogitatio p defunctis exorare vt a pecca-
tis soluant̄. Itē Aug⁹. de cura p mortuis agenda.
beneficia et sacrificia que offerunt̄ p non valde ma-
lis sunt p̄piciationes. ergo ꝛc. Item hoc ostendit̄
autoritate ecclesie ꝛ vsu q̄ orat p defunctis. Si ergo
ecclesia nō decipit̄. patet q̄ suffragia valent. Item
ratiōne videt̄. qꝛ pena purgatoria est determinabilis.
ergo ꝛ diminuibilis. sed si p eo qui potest crescere in
gratia fiat oratio. valet ad gratiā augmētandā. ergo
pari ratione si fiat p eo cuius pena potest diminui.
valet ad penam diminuendā. Item sicut se habēt
orationes sanctoꝝ mortuorū ad viuos. sic viuorū ad
mortuos. sed sancti mortui impetrant nobis bona et
nos adiuuāt. ergo ꝛ viui mortuos. R° dicendū q̄ 22
quia i omni opere domini est misericordia ꝛ veritas.
duo sunt que faciunt suffragia ecclesie valere. s. digni
tas ꝛ necessitas. Iusticia eñ considerat dignitatem.
ꝛ digni sunt qui in charitate decesserūt. ꝛ ab alijs mē
bris eccl'ie adiuuari meruerūt. marie si ipi alios adiu
uarūt. Misericordia v̄o ꝯsiderat necessitatē. ꝛ h̄ qui-
dē magna est in his que sunt i purgatorio. qꝛ graui-
ter puniunt̄ ꝛ se iuuare non possunt. Ex hoc patet re 23
sponsio ad primū. quia suffragia nō ita valent cōpre-
hensoribus. s. quia non indigent. ꝛ nō ita viatoribus
quia adhuc possunt se iuuare. Ad illud quod obij- 24
citur q̄ nō sunt in statu merēdi. dicendū q̄ q̄uis nō
sint in statu merendi. sunt tamē in statu soluendi. sol-
uūt eñ que debent. ꝛ ideo ꝛ si non adiuuari i merito

possunt. tamē adiuuari in solutiōe possunt. status aūt soluendi nō est semp cum statu meriti sed illū̄ p̄supponit. s. quia prius meruit q̄ in tali statu posset solue-

25 re z iuuari. Nō obijcit̄ q̄ si meruit necesse est meruisse. dicendū q̄ verū est de merito absoluto. sed illō

26 fuit meritū cōditionale. Ad illud quod obijcit̄ fm quātitatem cremabilis zc. dicendū q̄ quātitas pene non respicit maculam sed reatum. z obligatio ad penam minuit̄ solutione pene facta ab ipso vel ab alio.

27 Ad illud q̄ solueret̄ tota zc. dicendū q̄ verū est. si tot essent suffragia. sed suffragia non auferunt a pena nec liberant nisi dum fiūt. z in illo tēpore homo punitur et alij p̄ ipō. ideo nō remanet impunit⁹. verūtamē si supabundarēt tūc possibile esset totum remitti. nec tamē peccatū remanet impunitū. quia q̄uis non puniat̄ in se. punit̄ tamen alio modo in alijs sicut supra dictū fuit de baptismo. tamē vix aut nunq̄ fit.

Questio. ij. e

Utrum p̄sint suffragia facta p malos. Et q̄ nō videtur. quia Job. ix. Scimus q̄ peccatores deus nō exaudit. ergo si nō p̄dest oratio quā deus non exaudit. patet zc. Nō si dicas q̄ verbū illud nō est verum. quia a ceco non ab euāgelista dictū est. Contra hoc nō soluit. quia Ysaie. j. cum multiplicaueritis orationes non exaudiā. manus enī vestre plene sunt sanguine. Glo. sanguine. i. peccato. ergo si omnis peccator z malus est talis. videt̄ q̄ suffragia facta p malos non p̄sint. Item Greg. Cum is qui displicet ad intercedendū mittitur. irati anim⁹ ad deteriora p̄uocat̄. q̄ potius obsunt q̄ p̄sunt. Item ratione videt̄. quia nullū opus est satisfactoriū nisi qō fit ex radice charitatis. sed illud nō fit sic qō fit a malo. ergo nō satisfacit. Item iste peccator nō est membrū ecclesie. ergo nullā habet cōnexionem cū illo qui mortuus est. ergo opus eius oīno est alienum ab ipo defuncto. ergo nihil ei facit. Item si malus faceret p se. nihil sibi p̄desset. ergo pari ratiōe non p̄dest alij si faceret p illo. quia vnusquisq̄ efficaci⁹ meret̄ sibi q̄ alij. Cōtra. sacramēta ecclesie eque bona sunt cum dispensant̄ p bonos z malos. ergo missa mali sacerdotis ita p̄dest vt boni. Item quādo seruus existens extra charitatē dat elemosynā ad imperiū domini. meret̄ dn̄s ac si seruus bene daret. ita similiter in p̄posito cum ille p quo fit sit in charitate valet ei. Itē ratiōe videt̄. quia domin⁹ sua largitate putat opus factū ab alio ac si fiat ab eo p quo fit. sed ille ē in charitate. ergo zc. Itē quādo aliquis facit alicui elemosynā. z si dās sit ex charitatē. tamē recipiens potest mereri in recipiendo si recipit ex charitate. sed iste mortuus suffragia

28 viuorū recipit ex charitate. ergo zc. R° dicendū q̄ quidam dicunt generaliter q̄ suffragia ecclesie p̄sint siue a bonis fiant siue a malis. Et ratio hui⁹ est. quia tam boni q̄ mali faciunt fm doctrinam ecclesie. z faciunt p eo qui est in charitate. et vbi deficit charitas facientis. supplet charitas ecclesie dictantis. z mortui

29 suscipiētis. Sed nō credo breuiter q̄ oratio peccatorū aliq̄d mereat̄ apud deū nisi solū dispositiue. q̄z dispo nit ad meritū. opus enī formā recipit a p̄rimo agente. sicut aqua a vase cōtinente non a fonte. Similiter corona valorē z pulchritudinē habet a gēmis z ab au

30 ro. z non a quatuor elementis. Et ideo distinguendū q̄ suffragia facta aut sunt opera sacramētalia. vt celebratio misse. z tūc quia opera dei sunt. ratiōe contēti p̄sunt siue fiant a bonis siue a malis. Aut sunt alia opera. z hoc dupliciter. aut enī fiunt pure a malis. sic si aliquis malus orat vt se affligat p aliquo. z tūc nō credo q̄ valeant defunctis. Aut fiūt a malis ad imperiū alicui⁹ boni. vt ipius defuncti vel amici eius. de re que illius est in elemosyna vel ad consortiū alterius. vt quādo duo legūt psalteriū. vnus existens in charitate. alter nō. z in alijs operib⁹. vt quādo dat̄ elemosyna iusto vt oret p mortuo. z tunc valent ratiōe charitatis dom̄i bomi cōiuncte. z sic soluūtur rationes ad vtrāq̄ partem. Concedendū enī q̄ nō possunt fm q̄ fiunt a malis tm̄. Cōcedendū nihilomin⁹ q̄ p̄sunt si cōcomitat̄ charitas viri iusti. Sed tamē vltima ratio nō valet. q̄z defunctoꝝ nō est suffragia recipere. sed dei est acceptare z ex hoc eis parcere. sed nō acceptat nisi preces bonoꝝ. z sic manifesta sunt obiecta ad vtrāq̄ partē.

Questio. iij. f

Quātum p̄sint suffragia. z cum nō prosint equaliter omnib⁹. querit̄ cui magis prosint. an ei qui magis meruit. an ei p quo specialiter fiunt. Et q̄ ei qui magis meruit videtur. quia ideo p̄sunt. quia meruit vt p̄dessent. ergo si magis meruit magis p̄sunt. q̄z in se p̄dicatis talis cōsequētia tenet. Item p̄fectus suffragiorū est fm dei distributionē. ergo si ipe nō est acceptor psonarum. videt̄ q̄ magis debet distribuere ei qui magis est dignus. Item hoc ostendit̄ per impossibile. quia qui meruit vt p̄dessent citius meruit liberari. sed si non magis p̄sunt. non citius liberatur. ergo qui meruit citius liberari tardius liberat̄. sed hoc est contra dei iusticiam. ergo zc. Item oblatio precij in crucē equaliter profuit ac si esset oblata pro quolibet p se. z tantū prodest cuilibet quātū meruit. ergo oblatio sacrificij in altari pari ratione. cū sit illius oblationis memoriale. ergo magis ei qui magis meruit. Contra. cū deus exaudit nos. quodāmodo cōformat volūtatem suam nobis. quia obedit deus voci hominis. ergo si aliquis habens charitatē oret specialiter pro aliquo. videt̄ q̄ deus specialiter accipit pro illo. ergo videtur q̄ magis prosint illis p quibus specialius z crebrius fiunt. Item si i vita ista aliquis diues daret elemosynā. magis sibi prodesset q̄ alij. ergo si ad eius imperiū detur post mortē. cum pro tali habeat deus ac si impenderet. magis ergo p̄dest sibi q̄ alij. Item deus acceptat opus fm intētionem. sed intentio facientis est q̄ specialius et magis prosit illi pro quo facit. ergo zc. Item per impossibile ostendit̄. qui si non prodest magis. ergo nō oportet specialiter rogare pro aliquo. ergo mouetur stulte tota ecclesia que specialiter orat. R° dicen-

31 dum q̄ aliquorū opinio fuit et p̄positum q̄ suffragia ecclesie siue specialiter siue generaliter facta magis p̄sint ei qui magis meruit. Et ponunt exemplū. sicut si candela accendit̄ coram diuite. non tm̄ prebet sibi lumen sed etiam alijs. z eis qui in diuis vident maius lumen prebet. Exemplū etiam patet in lectione que tantū valet si legatur omnibus in cōmuni quātum si cuilibet in speciali. et plus valet assistenti qui melius intelligit. etiam si pro alio legatur qui minus intelligit. et si pro ipso legatur specialiter. Si ergo ita est in-

lumine creato. magis in sacramēto. si ita est in lectio- ne. quomō non in oratione. absq; dubio ita videt̃. Et si obijciat̃ cōmunis mos ecclēsie. Respondent ꝙ hoc qđ specialiter ecclesia magis facit ꝓ aliquo. non facit propter hoc ꝙ magis illi prosit. sed quia libentius fa cit homo pro eo quem diligit specialius ⁊ magis ani- mat̃ ad faciendū. vnde si istud esset notū simplicib⁹ non ita libenter facerēt suffragia. Sed istud non cre- do. quia sic dicit Augustin⁹ de cura ꝓ mortuis agen- da. ꝙ sepultura valet in loco sancto ꝓpter orationes sanctorū qui orant ꝓ eo ad cui⁹ tumulū memorant̃. Amplius. suffragia sunt ad soluendū penam siue rea tum. sed plus est satisfacere pro debito multorum ꝙ̃ vnius. ⁊ facilius satisfit pro debito vni⁹. ergo plurib⁹ indigent suffragijs duo ꝙ̃ vnus solus. ergo si diuidū- tur inter eos. vterq; habet minus. ergo non videt̃ ꝙ equaliter se extendat ad omnes. Et ideo dicendū ꝙ illud nō est simile. quia illuminatio totā speciē rei vise defert ad oculū. ⁊ similiter lectio totam similitudinē vocis. sed non sic est in solutione sicut est in aspectu ⁊ cōsideratione. Duis enim duo creditores equaliter possunt ⁊ simul videre vnū aurū. non tñ potest equa- liter solui duobus. Sic intelligendū est in ꝓposito ꝙ ꝑ suffragia fiat. Unde refert vtrum fiant ꝓ pluribus an pro vno. ⁊ ideo distinguēdum est hoc. quia suffra- gia ecclesie aut fiunt in cōmuni aut in speciali. Si in cōmuni. ꝓsunt ei magis ꝙ̃ magis meruit vt ꝓdessent alijs ꝯditionibus paribus. quia non tm̃ dignitas sed etiā necessitas considerat̃. ⁊ sic probant pͥme ratiōes Si autē fiant in speciali. ei magis ꝓsunt ꝓ quo fiūt. ⁊ sic probant ratiōes sequentes. Ad illud tamē qđ

32 pͥmo obijcit̃ ꝙ magis ꝓsunt ei qui magis meruit. di- cendū ꝙ verum est quātum est de se nisi aliud refor- met pactum. ⁊ hoc est intentio facientis. Et similit̃ ad

33 sequēs respōdendū ꝙ deus distribuit ſm intentionē illius qui offert suffragiū. Ad illud quod obijcit̃ ꝙ

34 citius meruit. dicendū ꝙ verū est ꝙ citius meruit. qꝛ maiores ⁊ plures habuit adiutores. hinc est ꝙ citius liberat̃ ratione consilij alieni. Et iterū. iste meruit ci- tius liberari non ꝙ̃tum ad ea que sunt ꝓpria. sed ad ea que sunt cōmunia. de quibus magis ꝑcipit ceteris

35 paribus. Ad illud quod obijcit̃ de sacrificio crucis ⁊ altaris. dicendū ꝙ ꝙuis idem sit. nō tamē vtrobiq; vniformiter operat̃. nam in cruce effusum est preciū in omnimoda plenitudine. sed in altari habet effectū determinatū. cum quotidie assumat̃. Et propter hoc pͥma oblatio non iterat̃ sed secūda iterat̃. ⁊ ideo non valet illa ratio. quia ꝓcedit ac si esset equalis effect⁹. Et iterum. illa pro omnibus est oblata. hec autē spe- cialiter potest fieri. Nec obstat illud Hiero. de conse. dist. v. nō mediocrit̃. cū ꝓ centū defunctorū aiab⁹ pā vel missa dicit̃. nihil min⁹ ꝙ̃ si ꝓ vno q̄libet diceret̃ accipit̃. dicendū enī ꝙ Hieronym⁹ sicut patet ex ad- iunctis loquit̃ ꝙ̃tum ad meritū facientis non ꝙ̃tum ad vtilitatem eius ꝓ quo fit.

Onsequēter ꝙ̃tum ad terciū articulū querit̃ de suffragijs que impendunt̃ viuis a sanctis sine defunctis. Et circa hoc querunt̃ tria. Pri mo querit̃ vtrum sancti orent pro nobis. Secundo vtrum sancti impetrēnt nobis suis orationib⁹. Ter- cio. vtrum sit nobis vtile rogare sanctos.

Questio. j. 6

Circa quā ostendit̃ ꝙ sancti orent ꝓ nobis. quia dicit̃ de christo qui ē sanct⁹ sanctorū Heb. vij. Semꝑ viuens ad interpellandū ꝓ nobis. sed sancti sunt ei⁹ imitatores. ergo sicut christ⁹ orat ⁊ sancti orāt. Itē hoc ipm probat̃ ꝑ illud qđ dicit̃ Joh. xvi. Ego roga- bo patrē ⁊ alium paraclitū dabit vobis. ergo simul san- cti orant. Item ecclesia cōmuniter orat. sancta ma ria ora ꝓ nobis. ⁊ c̃. ergo si nō stulte petit. patet ⁊ c̃.

Item ratiōe videt̃. qꝛ sancti diligūt nos ex chari- tatē. ergo optant ⁊ desiderant salutem nostrā. sed cō- stat ꝙ sciūt illam nō posse esse nisi a deo. ergo optant illam ꝑ deū. ergo cum desideriū alicuius rei a deo sit oratio. patet ⁊ c̃. Cōtra. sancti volunt nobis salutē vel aliud bonū aut non volūt. Si non volūt. ergo nō orant. Si volunt. sed sicut dicit Ans. in ꝓlogo. ꝯtra ti erunt omnipotētes sue volūtatis sicut ⁊ deus sue. ergo cum nullus oret qđ potest ꝑ se sicut dicit Aug⁹. de correctiōe ⁊ gratia. si sancti possunt salutē nostrā non orant. vel si non possunt omnipotētes non sunt.

Itē vt dicit Dam. oratio est ascensus intellectus in deū. sed beati sunt in termino sue cōtemplationis. ergo eorū intellectus in deū nō ascendit. ergo nō orāt.

Itē beatus est cui ad votū cuncta succedūt. Unđ Aug⁹. xiij. de trinitate dicit. ꝙ beatus habet quicqđ vult. ergo nullus habēs quicqđ vult aliquid orat vel petit. ergo sancti in patria nō orant ꝓ nobis. Itē christus nō orat ꝓ nobis. qꝛ non dicit̃ in letania xp̃e ora pro nobis. ergo si non dicit̃. videt̃ ꝙ non oret pro nobis. ac ꝑ hoc nec sancti. Item querit̃ quare non dirigit̃ ad spm̃sanctū oratio sicut ad patrē. R° di-

36 cendū ꝙ sicut dicit magister in lr̃a. Sancti ꝓ nobis orant. Et hui⁹ ratio est duplex. Una est qꝛ vident no- strā necessitatē. quia nos indigem⁹ ab alijs releuari. Alia ꝓpter dei volūtatem. qꝛ vult vt vnum membrū aliud releuet. ⁊ ꝙ ꝓinnicē sollicita sint mēbra. vnde cum ipi sint liberati debent alios adiuuare. Ad illđ

37 ergo qđ obijcit̃ ꝙ possunt quicquid volunt. dicendū ꝙ vol ītas dupliciter compat̃ ad actū. Aut ad actū ꝓpriū. vt volo hoc facere. Aut ad actum alienū. vt vo- lo vt alius faciat hoc. s. deus vel homo. Unde dico ꝙ auctoritas Ans. est respectu actus ꝓprij. sed oratio vl' petitio salutis respectu actus diuini. vt. s. deus saluet.

38 Ad illud quod obijcit̃ ꝙ nō ascendit intellect⁹ in deum. dicendū ꝙ intellectus dicit̃ in deū ascendere tripliciter. Aut per nouum aspectū in deum. s. quādo homo reuocat cogitationē ab alijs ⁊ cōuertit in deū. ⁊ sic est tm̃ in viatoribus. Alio modo ꝑ aspectū alte- rius inferioris rei. vt cum quis cogitat humanā mise riam. ibi dicit̃ aspectus nō quia de nouo aspiciat. sed quia aliud inferius ad illud respiciat. ⁊ sic est in bea- tis quādo ꝓ nobis rogant. qꝛ tunc nostrā indigentiā considerāt. Tercio modo ꝓpter continuationē intui tus pͥmi. Unđ cū quis ꝯsiderat deū qui est sup se. ⁊ cō- tinue cōsiderat. ꝯtinue ascēdit. nō qꝛ ad aliđ ⁊ ad aliđ ſ qꝛ supra se fert̃. ⁊ hoc mō ꝯtinue ē in beatis. ⁊ sic pꝫ istud. qꝛ si pͥmo mō dicat̃ orō. ascēsus ē tm̃ vie. secūdo mō ē vie ⁊ patrie. tercio mō tm̃ patrie. Ad illud qđ

39 obijcit̃ ꝙ beatus hꝫ quicqđ vult. dicendū ꝙ beat⁹ ali- qua vult sibi. aliqua vult alijs. Dico ergo ꝙ ad sub- stantiā beatitudinis est vt habeat omne qđ vult sibi. sed vt habeat omne qđ vult alij nō est de sub͡a beati- tudinis ſ de ꝯsūmatiōe ⁊ bn̄ esse. ⁊ hoc nō erit quousq; oēs electi sunt glorificati. tūc enī quilibꝫ habebit qđ vult sibi et qđ vult cuilibꝫ alij. et tūc plena ē btitudo Item beati orant tm̃ ꝓ alijs. miseri ꝑ se ⁊ ꝓ alijs ſ

consumato numero electoꝝ non rogabūt ꝓ se nec ꝓ aliis. 40 Ad illud qḋ vltimo q̄rit̄ de xp̄o. dicēdū ꝙ ꝓpt̄ erroꝝ arrij vitandū dictū est ne videamur xp̄m credere creaturā. et ne videamur eiꝰ ptātem minuere q̄ 41 p̄t oia. eius petimus miseratōem nō oratōez. Qḋ vo querit̄ de sp̄ū sctō. dōm ꝙ q2 ē donū in quo oia dōa donant̄. nō petendus est ip̄e nō porrigēda ē petitio.

Questio.ij. b

Utrū sancti impetrēt nobis aliqua suis oratōnibus Et ꝙ non videt̄. q2 nullus impetrat aliquid apḋ deum nisi qui est in statu merendi. sed sancti nō sunt in statu merendi. g̃ ⁊c. Si dicas ꝙ non merito qḋ tunc sit sed qḋ precessit. Contra. hoc nō solui̇t. quia scḋm hoc etiā si non rogēt nihilominus obtinebimꝰ. g̃ nihil nob̄ facit oīo eoꝝ. Preterea ip̄i sufficiēter remunerati sunt de toto eo qḋ meruerūt. g̃ nō meruerūt aliquid aliud. g̃ rōne meriti p̄cedētis non impetrāt. Itē sancti ꝑ oia ꝯformāt voluntatē suā volūtati diuine. g̃ non orāt nec petūt nisi qḋ deus vult dare. Sꝫ qḋ deꝰ vult dare dabit etiā si sancti nō petāt. g̃ ⁊c. Itē sancti vidēt vtrū oōes nr̄e sint exaudiende. aut non exaudiende. Si sunt exaudiende petūt. Si non. non petūt. sed si non peterent nihilominus petitōes exaudiende exaudirent̄. g̃ eoꝝ oīo nihil facit. Cōtra. sancti in via impetrāt aliis grām et multa bona. sed plus possunt apud deū in patria ꝙ̄ in via. ergo magis impetrāt. Itē sancti impetrāt ꝓ viuis ꝙ sunt amici dei. sed magis sunt amici dei in patria ꝙ̄ in via. ergo efficacius impetrant. Item ostendit̄ ꝑ impossibile. quia si nō impetrant ⁊ orant sicut supra monstratū est. ergo frustra orant ⁊ sunt miseri. q2 nō implet̄ eorum volūtas. Item sancti ita faciūt miracula post mortē vt añ. ergo ita impetrāt post mortem vt ante. 42 Rᷦ dicendū ꝙ sanctorū oratiōes multa nobis bona impetrāt sicut dicit magister merito ⁊ affectu. Merito quidē p̄cedenti quo deo facillime seruierūt. ⁊ tātū locū suis meritis sunt adepti. vt nō solū sibi beatitudinē ⁊ gloriā meruerūt. sed etiā aliis suffragari. Multa enim superogauerūt affectu. quia amici dei sunt facti. ⁊ amicicia est idem velle ⁊ nolle. ⁊ cum aliquē ament sancti cōpellunt vt sic dicam deuz diligere. vnde beata virgo multos peccatores deo recōciliare dicit̄. 43 Ad illud ergo qḋ obijcit̄ ꝙ nō sunt in statu merendi. dicendū ꝙ verū est sibi. Et p̄terea nō redditur exauditio merito ꝙ tūc fit. sed merito qḋ precessit. 44 Qḋ obijcit̄ ꝙ tanc sine oīone fieret. dicendū ꝙ meruerūt nō simpliciter ꝙ iste obtinerēt sed sub cōditiōe. videlicꝫ si ip̄i intercederēt. vel alij eoꝝ subsidia importarēt. sicut aliqui sancti in morte petierūt ꝙ dominꝰ exaudiret inuocantes eorum patrociniū. Et ꝙ dicit ꝙ meritū eorum est plene remuneratū. verū est de merito absoluto. sed de merito cōditionato adhuc 45 stat cōditio ⁊ merendi ratio. Ad illḋ quod obijcit̄ ꝙ cōformant voluntatē suā diuine per omnia. dicendum ꝙ sicut dicit Augꝰ de p̄destinatione sanctoꝝ ꝙ orare debemus ꝓ p̄destinatis. q2 fortassis p̄destinati sunt vt nostris orationibus cōfirment̄. ⁊ si constaret nobis doctotū ꝙ essent p̄mū saluati ad nostras p̄ces. deberemꝰ vtiqꝫ ꝓ eis rogare vt fructuose rogaremus. q2 ad preces nostras saluant̄. sic intelligendū ē in sanctis qui vident ꝙ deus decreuit nos saluare ad p̄oꝝ p̄cēs. ideo instantissime rogāt ⁊ impetrāt.

Questio.iij. i

Utrum vtile sit nobis rogare sanctos. Et ꝙ nō videtur. q2 iste qui cōuertit̄ ad rogandū sanctos aut est dignus exaudiri aut non. Si est dignus. etiā sine sanctis exaudiet̄. Si nō est dignus. etiā cum sanctis nō exaudiet̄. nec sancti rogabūt ꝓ ip̄o. ergo ⁊c. Item oratio est species latrie. sed latria est cultus soli deo debitus. ergo oratio debet fieri soli deo. Item si dicas ꝙ est species non tm̄ latrie etiā dulie. ergo si magis est honorare maiores. videt̄ ꝙ male facit qui instantius rogat minores. ⁊ hoc videt̄ stulticia. q2 maiores sancti vt beata virgo potētiores sunt in cōspectu dei. Item deus est nobis misericordior ⁊ p̄sentior ꝙ̄ aliquis sanctus. Sed stultus esset q̄ posset adire regem ⁊ inuenire benigniorē ꝙ̄ principē. qui relicto rege adiret principē. ergo ⁊c. Item sancti sunt nobis absentes. sed stultus est qui absenti loquit̄. ergo stultus est qui a sanctis aliquid petit. Forte dices ꝙ ip̄i vident in deo. Contra. angeli portant petitiones. Sꝫ si relucerēt in vbo frustra portarēt. ergo ⁊c. Cōtra. nos debemus sanctos dei honorare. sed qui orat aliquē ip̄m honorat. ergo ⁊c. Item plus possunt sancti in curia dei ꝙ̄ aliqui p̄ncipes in curia regis. sed sapientis est volentē impetrare in curia regis deprecari p̄ncipes. ergo ⁊c. Item hoc facit cōmuniter eccl̄ia ⁊ cōstat ꝙ non errat. ergo ⁊c. 46 Rᷦ dicendū ꝙ deus decreuit ⁊ voluit ꝙ sanctos rogaremꝰ triplici ex causa. s. ꝓpter nostrā inopiā. sanctoꝝ gloriā. ⁊ dei reuerētiam. Propter inopiā in merendo. vt vbi nostra non supperent merita. patrocinent̄ aliena. Propt̄ inopiā in cōtemplando. vt qui non possumꝰ summā lucem aspicere in se. aspiciamus i sanctis. Propter inopiā i amādo. q2 miser homo se magis sentit affici circa vnū sanctū ꝙ̄ etiā circa deū. ideo cōpassus nostre inopie voluit nos rogare sanctos. ac per hoc patet p̄mum. Quia ille qui ante erat indignꝰ. rogando sanctos eorum patrocinio efficit̄ dignus. Secūda causa est sanctorū gloria. quia deus vult sanctos suos glorificare. vult ꝑ eos miracula facere in corporibꝰ. ⁊ salutem in animabꝰ. vt ip̄os laudemꝰ. et hoc non tm̄ ꝑ sup̄mos sanctos sed etiā infimos. vnde sicut aliquis sanatur corporaliter inuocando linū ⁊ nō inuocando petrū. alius econuerso. sic ⁊ sp̄ūaliter. ⁊ sic patet secundū. q2 deus vult honorē dulie omnibꝰ sanctis dari. Tercia causa est dei reuerentia. vt peccator qui deū offendit quasi nō audeat deū in ꝓpria ꝑsona adire. sed amicorum patrociniū implorare. ⁊ sic patet terciū obiectū. quia bonum est aliquādo a deo resilire ꝓpter reuerētiā. 47 Ad illud autē quod obijcit̄ ꝙ sunt absentes. dicendū s̄m magistrū ꝙ reuelant̄ a verbo catenꝰ quatenus expedit saluti nostre. Et ꝙ dicit̄ de angelis ꝙ offerunt deo petitiones nostras. hoc dicit̄ quia ip̄m cōsulunt sup petitionibus nostris vt sciant qualiter erga nos debeant ministrare. 48 Si autē querat̄ qualiter quis inuocet beatū petrū cum sit mortuus. dicendum ꝙ inuocat̄ spiritus petri. ⁊ quoniā spiritus habet esse gloriosum ⁊ p̄fectum. ideo ne videamur eius gloriam diminuere synodochica locutione qḋ est totius attribuimꝰ p̄ti. ⁊ sic patet illud.

Distinctio.xlvj. De statu et coditione malaꝝ animaꝝ post morte.

Ed querit hic de valde malis ꝛc. Supra egit magister de statu ꝛ coditione aiaꝝ bonaꝝ. In hac parte agit de statu ꝛ coditione aiaꝝ damnataꝝ. Unde i hac pte mgr querit vtrū aie damnate recipiāt vnq̄ mitigationē in pena ꝑ benignitatē misericordie. an solūmō puniant ꝑ seueritatē iusticie. Et hec pars diuidit in duas. In pma qrit ꝛ determiat. In secūda ostēdit qliter misericordia dei in ope currit cum iusticia. ibi. Sed quō iusticiā dei ꝛ pietatē ꝛc. Pma ps habet duas. In pma inuestigat ꝛ opponit. In secūda determiat ꝛ soluit. ibi. Un nō incōgrue dici pōt ꝛc. Silr secūda ps hꝫ duas. In pma cōpat miscdiā ꝛ iusticiā ad inuicē. In secūda vo cōpat ad opatiōꝫ. ibi. Qz aūt quedā opa ꝛc. Et illa secūda ps hꝫ duas. In pma ondit q̄ quedā opa adaptant misericordie. quedā iusticie. quedā pietati. In secūda vo determiat quō illud intelligit. vniuerse vie dñi misericordia ꝛ veritas. ibi. Post hec cōsiderari oportet. Et sic duo determiat hic pncipaliter. scꝫ vtrū pene maloꝝ recipiāt mitigationē. Secūdo quō misericordia ꝛ veritas eandē respiciāt opationē.

1 a Sine intermissiōe ꝑpetuos ꝛc. Uidetur male dicere. qꝛ Job xxiiij. dicit. transierūt ab aqs niuiū ad calorē nimiū. & sic ibi fit intermissio. Item sup illud Ysaie. xiiij. tu q̄ ꝓiectus es. glo. et si oēs aie aliqn̄ habebūt requiē. tu nunq̄. ꝛ ita videt q̄ aie aliqn̄ ibi requiescāt. R⁹ dicendū q̄ punitio gehennalis erit sine omi intermissiōe. ꝛ hoc patꝫ ꝑ illud qd̄ dr̄ Apoca. xiiij. Ascēdit fum⁹ tormētoꝝ in secula seculoꝝ. ꝛ nō habebūt requiē die ac nocte. Cū eni nō sit iterpolatio in culpa. debet esse cōtinuatio in pena. Qd̄ obijcit de trāsitu. dicendū q̄ loquit non simplicit sed sub conditiōe. ad exaggerandū magnitudinē peccati illius.

2 b Que si sola esset ꝛc. Uidet male dicē. qꝛ vt dicit Aug⁹. hec est mitissima penarū oim. ergo ꝯdicit sibi ipsi. R⁹ dicendū q̄ Aug⁹ loquit de illis q̄ damnū habēt ꝛ nō aiaduertūt. vel aiaduertunt. nō tamē habent ꝯscientie remorsum. Uel dicendū q̄ quia hic compat carentiam visionis dei eternā ad penā temporalem. ideo dicit q̄ illa excedit omnē tēporalē. quia ibi est priuatio boni eterni. sed hic tēpalis. Cū aūt dic ipā esse mitissimā. loquit de penis etnis.

Querit ꝛ opponit vtrū animab⁹ damnatis detur mitigatio pene. a

Ed querit hic de valde malis. vtrū ꝛ ipi in aliqua penaꝝ mitigatiōe dei miscdiā sentiant vt min⁹ q̄ meruerint puniant. Quidā autumāt eos nullā releuationē pene habituros. qd̄ ꝯfirmāt Jacobi autoritate dicētis. Judiciū sine miscdia fiet illi q̄ nō fecit misericordiā. Aug⁹ etiā ait. Misericordia hic. iudiciū in futuro. Idē distinguēs quō oēs vie dñi sint misericordia ꝛ veritas ait. Erga sanctos oēs vie dei miscdia. erga iniquos oēs veritas. qꝛ et in iudicando subuenit. ꝛ ita nō deest miscdia. ꝛ in miserādo id exhibet qd̄ ꝓmisit. ne desit veritas. Erga oēs aūt quos liberat ꝛ damnat oēs vie sunt miscdia ꝛ veritas. qꝛ vbi nō miseret. vindicte veritas dat. Dicēs vbi nō miseret. dat intelligi aliquid a deo fieri vbi ipe nō miseret. Sed hijs occurrit qd̄ ait Cassiodor⁹ sup psal. l. loquēs de miscdia ꝛ pietate dei. He due inquit res iudicio dei semp adiūcte sunt. Ergo ꝛ i punitiōe maloꝝ nō ē iusticia sine miscdia. Idē de iudicio ꝛ miscdia ait. Hec duo mutua societate sibi iūgunt: In hijs breuiter oia opa dei includit. Aug⁹ quoq̄ rn̄dens illis qui reproboꝝ supplicia finē habitura cōtendūt. ita illoꝝ repellit opinionē. asserēs reprobos ꝑpetuo puniendos. vt eorum supplicia mitigari aliquaten⁹ nō neget. Frustra inqt nōnulli eternā damnādoꝝ penā ꝛ cruciat⁹ a sine intermissiōe ꝑpetuos hūano miserent affectu. atq̄ ita futurū esse nō credūt. nō quidē scripturis aduersando diuinis. ꝫ ꝓ suo motu dura queq̄ molliēdo ꝛ in leniorē flectendo sententiā. q̄ putāt in eis terribilius esse dicta q̄ ver⁹. Nō eni inquiūt obliuiscet misereri de⁹. aut cōtinebit i ira sua miscdias suas. Hoc quidē in psalterio legit. ꝫ de hijs intelligit q̄ sūt vasa miscdie. qꝛ ꝛ ipi nō ꝓ meritis suis ꝫ deo miserāte de miseria liberāt. Aut si h̄ ad oēs estimāt ꝑtinere. nō iō necesse ē vt dānatoꝝ opinent finiri posse eoꝝ de qb⁹ dictū ē. Ibūt hij i suppliciū etnū. ne h̄ mō putet habitura finē felicitas eoꝝ de qb⁹ ecōtrario dictū ē. iusti aūt in vitā etnā. Sꝫ penas dānatoꝝ certis tpib⁹ estimēt (si h̄ hijs placet) aliqten⁹ mitigari. Et si q̄ppe intelligi pōt manē ira dei i illis. i. ipsa dānatio. Hec eni vocat ira dei nō diuini ai ꝑturbatio. vt in ira sua. i. manēte ira sua nō cōtineat miseratiōes suas. nō etno supplicio finē dādo. ꝫ leuamē adhibēdo vl' interponēdo cruciatib⁹. qꝛ nec psal. ait ad finiēdā irā suā. vel post irā suā. ꝫ in ira sua. b Que si sola eēt. alie

Iac.ij.

Aug⁹ super octonariū.

Aug⁹ i ench. a ꝯtra illos q̄ asserūt maloꝝ cruciat⁹ terminandos.

Psal.lxxvj.

Math.xxv.

b

nari a regno dei ⁊ carere magna multitudine dulcedi nis dei. tā grādis tñ est pena. vt ei possint nulla tormē ta q̄ nouim⁹ cōparari. si illa sit eterna. ista aūt sit quālibȝ multis seculis lōga. Manebit ḡ sine fine mors ꝑpetua damnatoꝝ. ⁊ ipa oib⁹ erit cōis sicut manebit cōiter oim vita eterna sctōꝝ. Ecce ita asserit hic penas reproboꝝ nō esse finiēdas. qȯ nō īprobat si dicat eoꝝ supplicio aliqȯ leuamē adhiberi.

Determinat ⁊ soluit. b

Unde nō incōgrue dici pōt deū ⁊ si iuste id possit. nō oīno tantū punire malos ī futuro quātū meruerūt. sed eis aliqd quātūcūq̧ mali sint de pena relaxare. Qȯ ḡ dictū est. iudiciū sine misericordia fieri illi q̄ nō fecit misericordiā ita intelligi pōt. Qꝛ iudiciū damnatiōis fiet illi q̄ nō fecit miscōiā. ꝓ eo q꞉ fuit sine miscōia. vel fiet iudiciū ei sine miscōia liberāte ⁊ saluāte. q̄ tñ in aliqua pene alleuatiōe miscōiā dei sentiet. Itē cū dicit misericordia hic. iudiciū in futuro. nō negat qn ī futuro sit miscōie effect⁹. ⁊ in electis q̄ ꝑ miscōiā ab omi miseria liberabunt. ⁊ ī reprobis q̄ min⁹ q̄ȝ meruerūt cruciabūt Sed ħ nō sine cā dicit fieri dei miscōia. ⁊ iudiciū in futuro. qꝛ ⁊ hic multis modis miseret de⁹. quib⁹ nō miserebit tūc. Uocat em̄ deus nūc pctōres ⁊ iustificat. qȯ tūc nō faciet. ⁊ tūc reddet singulis s̄m merita sua. ⁊ manifeste iudicabit q̄ nūc occulte iudicat. Cui⁹ occultū iudiciū vt ait Aug⁹. intelligit pena q̄ quisq̧ vel exercet ad purgationē. vel mouet ad ↄuersionē. vel si cōtemnit excecat ad dānatōez. Occultū ḡ iudiciū dei pena dicit. q̄ iudicat purgādo. cōuertēdo. vel excecādo. Judicia quoq̧ dei interdū appellant dispensationes eius de omnib⁹ rebus. Unde. Qꝛ incomprehēsibilia sunt iudicia eius. ⁊ iudicia eius abyssus multa. Judiciū aūt quo in futuro iudicabit. intelligit sentētia iudicis qua ventilabit area. i. diuidenf localit boni a malis misterio angeloꝝ. ⁊ isti in vitā ducētur. illi in suppliciū mittētur qui nūc simul mixti sunt.

De occulto iudicō. Aug. sup psal. viij.

Ro. xj. d Psal. xxxv. De sententia iudicis.

Compat dei misericordiā ⁊ iusticiā adinuicē. c

Sed quō iusticiā dei ⁊ pietatē. id est misericordiā sup Cassiodorus duas esse res dixit, que semꝑ adiūcte sūt iudicio dei. Justicia em̄ dei ⁊ miscōia nō due res sūt ȝ vna res. id est vna diuina essentia est. sicut supra pluribus autoritatib⁹ ostēsuȝ est. Quia nō est deo aliud eē misericordē q̄ȝ misericordiā. nec iustum q̄ȝ iusticiam. sed idem prorsus. Nec aliud est ei esse misericordē q̄ȝ iustum. vel misericordiā q̄ȝ iusticiaȝ. sed oīno idem. quia nō denomiatiue sed essentialiter hec de deo dicunt. Cur ergo dicit scriptura de operib⁹ dei quedā esse misericordie. quedā iusticie? Si enim iusticia dei misericordia est. quecūq̧ sunt opera misericordie. esse videntur iusticie. ⁊ ecōuerso. Hys respōderi potest sic. illis locutionib⁹ quibus huiusmodi operū fiūt distinctiōes. vt alia misericordie. alia iusticie. alia bonitati attribuant. nō diuersitas subiacētis. id est rei hys vocabulis significate exꝑmitur. sed varietas sensuum ⁊ effectuū in creaturis monstrat. Cum enim dr deus iust⁹ vel iusticia, essentia diuina ꝑdicatur, ⁊ etiā q꞉ ipse sit distributor.

De opibus iusticie. misericordie dei ⁊ bonitatis.

Responsio.

e Eis aliqd quātū. 5 cunq̧ mali sint de pena relaxare. Uidetur male dicere. qꝛ Eccli. xl. A psidēte ⁊c. dicit glo. In inferno nulla erit mitigatio. R⁹ dicendū q꞉ hic loquit de relaxatiōe. ȝ ibi de mitigatōne post penam taxatā. Aliq̄ tñ exponūt q꞉ erit mitigatio ad liberationē. sicut exponit mgr quasdā alias auctes in lra. ȝ ista expositio extorta esse videt. Aliud em̄ est peccati mitigari. aliud a pena oīno liberari.

d. Qꝛ incōprehēsibilia sunt iudicia ei⁹. 4 Contra. videt dicere ↄ illud qȯ dr in psal. In labijs meis ꝓnūciaui o. iu. o. t. Si em̄ potuit ꝓnūciare. ḡ ⁊ cōprehēdere. R⁹ dicēdū q꞉ iudicia dei dicūtur dupliciter. Uno° iudicatiua ꝑcepta q̄ erāt in lege. q̄ frequēter in ps̄ vocant iudicia. Alio mō dicūt diuina dispositio. et diuini ↄsilij diffinitō. ⁊ ista sᵗ icōphēsibilia q̄tuȝ ad cognitionē. qꝛ ante fiūt q̄ ad nostrā cognitionē deducant. Uel si ad nrām cognitōez deducant. nō tñ cognoscim⁹ q̄re facta sūt nisi spūs dei reuelet q̄ scrutat ꝓfunda dei. ⁊ sic patet q꞉ alio mō accipiut hic ⁊ ibi iudicia.

τ iudex meritoꝝ intelligi daꝛ. Ita τ cuz dicitꝛ misericors. essentia diuina predicaꝛ τ insup ꝙ ipe sit miseroꝝ liberator intelligi daꝛ. Sicut cū dicitꝛ bon⁹. essentia diuina p̄dicaꝛ. Et cū dicitꝛ de⁹. τ insup autor oīm bonoꝝ oñdiꝛ. Ita et cū dicitꝛ de⁹. essentia diuina p̄dicaꝛ. τ ipe timēd⁹ oñdiꝛ. Inde ḡ quedā opa misericordie quedā iusticie dicunꝛ. nō qn diuina eēntia hec τ illa opeꝛ. τ qn hec τ illa sint opa diuine eēntie q̄ dicitꝛ miscōia τ iusticia. ꝫ qꝛ quedā sūt qb⁹ iudex τ equus distributor. quedā quib⁹ oñdiꝛ miserator. Misericors em̄ dicitꝛ in nā. miserator ī exhibitiōe. τ ī quibusdā opib⁹ dicitꝛ effect⁹ esse miscōie. ī quibusdā effect⁹ iusticie. nō ꝙ aliud efficiat iusticia aliud misericordia dei si ad essentiā referas. ꝫ qꝛ ex q̄busdā effectibus intelligiꝛ iudex. ex quibusdā miserator. vel vt quibusdā placet iust⁹ et misericors. Sed ſm h̄ occurrit q̄stio quō ex alijs oñdaꝛ iust⁹. τ ex alijs misericors. cū sit idē ei esse iustū τ esse misericordē? Si em̄ ſm eandē rōnem dicitꝛ iust⁹ τ misericors. ex eo ope q̄ intelligiꝛ iust⁹ intelligiꝛ misericors. τ ecōuerso. Sed dixi supra qꝛ cū dicitꝛ deus iust⁹ τ misericors. ita eadē diuina essentia significaꝛ. τ ſm eā idē p̄dicaꝛ. vt etiā quedā diuersa intelliganꝛ. Intelligim⁹ em̄ p h̄ eū esse miseratorē τ iustū iudicē. Qđ euidēter Origenes oñdit dicēs. oīa q̄ dei sunt xp̄s est. ipe sapiētia ei⁹. ipe fortitudo. iusticia. sanctitas. ipe prudētia. Sed cū vnū sit ī subiacēti. p varietate sensuū diuersis nūcupaꝛ vocabulis. Aliud em̄ significat sapiētia. aliud iusticia. Qñ em̄ sapia dicitꝛ. disciplina te diuinaꝝ hūanarū qꝫ rerū instruere intelligiꝛ. Qñ iusticia. distributor vel iudex meritorū insinuaꝛ. Ita τ prudētia cū dicitꝛ. doctor τ demōstrator bonaꝝ vel malaꝝ rerū vel neutraꝝ intelligiꝛ.

Ostendit ꝙ quedā opa adaptanꝛ misericordie. quedam iusticie. quedā bonitati. d

Qđ aūt quedā opa misericordie. quedā iusticie. quedā bonitati attribuanꝛ. in scripturis facile est repire. Et d̄ miscōia quidē τ iusticia manifestū est. De bonitate vero τ miscōia amplı⁹ latet. Sed Aug⁹ docet illa opa p̄prie ad miscōiā ptinere quibus aliq̄ a miseria liberanꝛ. Ad bonitatē vero nō solū illa. ꝫ facturā τ gubernatōez naturaliū ita dicēs. Ad misericordiā ptinet ꝙ a peccatis mūdat τ de miseria liberat. Ad bonitatē vero ꝙ celū τ terrā τ omnia valde bona creauit vt essent. Idē. celi nō indigent miscōia. vbi nlla ē miseria. in terra homis abūdat miseria. τ superabundat dei misericordia. Miseria ergo homīs τ misericordia dei plena ē terra nō celi. qui nō indigēt miscōia. indigēt tñ regente dño. Oīa em̄ indigēt dño. τ misera τ felicia. qꝛ sine illo miser nō subleuaꝛ. felix nō regiꝛ. Itē alibi. Misericordia ē erga miseros. bonitas erga quoslibet. Interdū tamē misericordia large accipiꝛ vt bonitas.

Determiat quō illud intelligaꝛ. vniuerse vie domini misericordia τ veritas. e.

Post hec cōsiderari oportet. ex quo sensu vniuerse vie domini dicanꝛ misericordia τ veritas. Hoc multiplicē

5 c. Quedā sunt quibus iudex τ equ⁹ distributor ꝛc. Videtur male dicē. qꝛ opa dei nō ostendūt miscōiā τ iusticiā nisi sicut effectus cām. Si ḡ misericordia τ iusticia est eadē cā oīno vt dicit in lr̄a. ḡ eisdē effectibus q̄b⁹ oñdiꝛ iust⁹ oñdiꝛ et misericors. R̄ꝫ dicendū ꝙ causa in deo q̄uis nō dicat verā habitudinē τ dependentiā ex pte dei dicit tñ habitudinez ex pte creature. et sic ex pte creature est habitudinis seueritas. ita τ multiplicitas. et ſm aliorū habituū multiplicatōez est diuinā essentiā multiplicitet intelligere τ assignare. qm̄ igr̄ aliū mō ad hz effect⁹ qui respicit meritū. aliū q̄ respicit miscōie affectū. τ iusticia τ miscōia istas habitudines p̄notat. q̄uis p̄ncipale significent. inde ē ꝙ ille effectus q̄ attribuiꝛ iusticie nō potest attribui misericordie.

6 f Aliud em̄ significat sapiētia aliud iusticia ꝛc. Cōtra. qꝛ supra cū dictū sit ꝙ nō dicaꝛ diuersitas signi. videtur ꝙ ꝯ se dicat. R̄ꝫ dicēdū ꝙ illō intelligiꝛ rōne cōnotati. ꝫ illud qđ supi⁹ dictū ē intelligiꝛ ratiōe principalis signi. Vel dicēdū ꝙ alietas non vocaꝛ i re signa absolute. ꝫ sub rōne intelligēdi q̄ ē alia τ alia. qꝛ voces sūt signa intelligentiū. τ sic pꝫ illō.

Origenes.

Aug⁹ sup p̄s. cxxxv.

Idē sup psal. xxxij.

P̄s. xxxij.

recipit expositionē. Uniuerse enī vie dn̄i misericordia ⁊ veritas quibus ad nos venit (vt ait Aug⁹ sup psal.) intelligunt̄ duo aduct̄us. pmus i quo manifestā ⁊ multiplicē misericordiā nobis exhibuit. ⁊ secūdus in quo requirēdo merita iusticiā exhibebit. Uniuerse etiā vie dn̄i. i. quib⁹ ad dn̄m ascendimus sūt iusticia qua a malo declinamus. ⁊ misericordia qua bonū facimus. In hijs enī duob⁹ omne bonū meritū includit̄. Sed cū supius Cassiodor⁹ dixerit in hijs duob⁹ oīa opa dei includi. merito queri pōt an in omni opere dn̄i hec duo inutuo sibi iūgant̄? Quibusdā placuit nō in omni ope domini hec duo cōcurrere. fm effectū dico. nā fm essentiā nō diuidit̄ misericordia a iusticia. sed vnū est. Uerū fm effectū nō in omni ope dn̄i dicūt esse misericordiā ⁊ iusticiā. Sed in quibusdā fatent̄ tm̄ misericordiā. in alijs iusticiā. atq; i alijs misericordiā ⁊ iusticiā. Fatent̄ tn̄ dn̄m oīa q̄ fecit misericordit̄ agere ⁊ iuste. referētes ratonē dicti ad dei volūtatē que iusticia est ⁊ miscdia. nō ad effectus miscdie ⁊ iusticie q̄ sunt in reb⁹. Alijs aūt videt̄ ꝙ sic dicit̄ deus oīa opa sua iuste facere ⁊ misericordit̄. ita cōcedendū sit in omni ope dei iusticiā esse ⁊ misericordiā. i. clemeutiā fm effectū vel signū. qꝛ nullū opus dei est in quo nō sit effectus vel signū eq̄tatis ⁊ clemētie siue occulte siue apte. Aliqñ enī manifesta est clemētia siue benignitas ⁊ occulta eq̄tas. aliqñ ecōuerso.

D intelligentiā p̄sentis distinctōis fm duo que determinat magister in lr̄s duo p̄ncipaliter querunt̄. Primo querit̄ vtrū pena malorū recipiat mitigationē. Secūdo querit̄ quō misericordia ⁊ veritas eandē respiciāt opationē. Circa primū querunt̄ quatuor. pmo querit̄ vtrū aliqua mitigatio pene fiat damnatis ꝓpter suffragia ecclesie. Secundo vtrū fiat mitigatio ꝓpter pietatē misericordie. Tercio vtrū deus agat misericordi⁹ cū vno q̄ cū altero. Quarto vtrū agat iustius cū vno q̄ cū altero.

Questio. j. a

Q2 per suffragia ecclesie aliqua mitigatio fiat damnatis ostendit̄ pmo p Augustinū in enchi. qui dicit. ꝙ quib⁹ ꝓsunt. vel ad hoc ꝓsunt vt plena fiat remissio. vel vt tolerabilior sit eis damnatio. ergo si punitio ē in damnatis. videtur ꝙ illa possit mitigari. Item Augustin⁹ dicit ꝙ pena arrij nō est determinata s augetur fm ꝙ peccantes suo errore multiplicant̄. s de⁹ pmoz est ad miserendū q̄ȝ ad cōdemnandū. ergo si in statu in quo sunt potest eorū pena augeri. potest ⁊ minui. Item impossibile est multorū preces non exaudiri. sed ecclesia orat ꝓ omnibus damnatis ⁊ fidelibus qui moriūtur de quib⁹ non constat ꝙ vadant i infernū. sed multi talium damnātur. ergo si ecclesia n̄ frustra orat. patet ⁊c. Itē ratione videtur. quia plus placet deo improportionabiliter pena quā quis sustinet volūtarius. q̄ illa quā quis sustinet inuitus. sed damnatus sustinet penaȝ inuitus. aliq̄s vir iust⁹ q̄ suffragat̄ ꝓ eo sustinet volūtarius. ergo iste plus soluit deo pro illo patiendo q̄ ille pro se. ergo si domi nus dimittit qđ minus placet pro eo qđ magis. patet ⁊c. Item iste punit se ex charitate. ⁊ pro eo qui est in inferno. ergo deus acceptat hanc penam pro illo. sed non punit bis in idipsum. ergo ⁊c. Cōtra. Augustin⁹ de cura pro mortuis agenda dicit ꝙ ecclesie suffragia pro valde bonis sunt gratiarū actiones. pro valde malis sunt qualescūq; viuorum cōsolationes. ergo non ꝓsunt valde malis. sed valde mali sunt q̄ sunt in inferno. ergo ⁊c. Item autoritas dicit ꝙ in inferno nulla est redemptio. et ecclesia istud cantat. ergo si nulla redemptio est ibi. videtur ꝙ ⁊ nulla mitigatio. Item ecclesia non facit suffragia pro damnatis. qđ patet. quia in corpore christi in quo est specialiter suffragiū defunctorū vt dicit magister supra dist. xij. non fit memoria nisi pro viuis ⁊ illis qui sunt in purgatorio. ⁊ q̄ sunt in paradiso. sed faceret si damnatis prodesset. ergo ⁊c. Item ratione videtur. qꝛ damnati non sunt ex charitate diligendi. quod patȝ. quia non sunt ordinati ad vitam. ergo cum charitas faciat suffragiū acceptabile. nullum suffragiū pro eis factum deo est acceptum. ergo nec debet pro eis fieri. Item suffragia facta pro beatis quia sunt in termino non augent gloriā. ergo cum damnati similiter sint in termino non minuūt eis penam. Item qđ nō minuit de culpa nec de pena. qꝛ tante culpe debet̄ tanta pena. sed damnatorū culpa non potest minui. ergo ⁊c. Item si minuit. aut extensiue. aut intensiue. Si intensiue. ergo cum non sit intensione infinita poterit auferri per suffragia. Si ergo extensiue. sed infinita est extensiōe. ⁊ ab infinito nihil adimitur. Si dicas ꝙ est finita ex pte ante. et ex illa est diminutio. quia est pene dilatio. ergo tunc dedecus peccati est sine decore iusticie. R⁹ dicendū ꝙ aliquorū fuit positio vt magistri ꝓpositiu ꝙ suffragia damnatis prosunt. non tamē omnibus. quia non valde malis sed mediocriter. vtpute illis qui habuerūt opera bona ꝑ que merētur ab alijs adiuuari. Sed in modo positionis diuersificati sunt. Nam quidam dicunt ꝙ profunt ad dimissionē pene q̄tum ad interpolationē. et ideo non totaliter anfert̄ sed solum ad modicū tempus. Sed ista positio no videtur cōueniens. Cū enī deordinatio culpe non recipiat intermissionē. quomodo deordinatio pene recipiet? Item dicūt alij ꝙ fit remissio simpliciter non ad tempus. sed tamen nunq̄ tota pena aufertur. quia fit ablatio fm ꝓportionem arismetricā. nō fm ꝓportionem geometricā. i. ꝙ h remittit̄ pmo aliquotta pars pene. in secūda vice adimit̄ tm̄ nō fm quātitatē. sed fm ꝓportionē. vt si pmo auferret̄ cētesima ps. similit̄ ⁊ secūdo ⁊ tercio.

centesima pars eius remanet. et ideo semp remanet. Sed certe istud non soluit. quia suffragia sequentia nō minus valent ꝙ p̄cedentia. ergo tantūdem de pena faciunt remitti ſm quātitatem pene remisse. Jdo dicunt tercij ꝙ ꝓsunt in absolutionem totalis pene. nec ad absolutionē de parte pene diminuēdo puniēs. sed fortificando subiectū vt melius ꝛ tolerabilius pōrtet. Sed ista opinio nō videt̄ posse stare. quia si fortificatur. aut fortitudine gratie. aut nature. Non gratie. hoc constat. Non nature. quia hec fortitudo non est a natura. ergo nullo modo. Jdeo est aliquorū opinio ꝛ verior ꝙ suffragia damnatis non prosunt. nec ecclesia intendit orare pro eis. 8 Ad illud ergo quod p̄mo obijcit̄ in contrariū ꝙ ꝓsunt ad tolerabiliorem damnationē. dicendū ꝙ non intelligit de damnatiōe facta in inferno vbi nulla est redemptio. sed in purgatorio. Et vult dicere ꝙ illis dupliciter ꝓsunt. Vel liberando. vt illos qui parū habent de cremabili. Vel mitigando. quantum ad illos qui multū. 9 Ad aliud dicendū ꝙ nō est simile. quia remissio debet fundari super fundamentū charitatis. ꝛ quoniam arrius habet malā volūtatem. ideo potest augeri pena ꝛ nō remitti. 10 Ad illud quod obijcit̄ ꝙ multorū preces exaudiunt̄. dicendū ꝙ vbi cōstaret ecclesie ꝙ esset damnatus non oraret. sed nō constat. ergo orat. quia valet si nō est damnatus. aut si est damnatus reuertit̄ in sinū suum. 11 Ad illud quod obijcit̄ ꝙ plus placet deo pena voluntaria ꝙ inuolūtaria. dicendū ꝙ verum est. vnde deus remunerat virum iustum ꝓ illa pena. sed ista pena volūtaria nō potest assumi nec acceptari ꝓ eo qui non habet charitatē. ꝛ ideo patet sequēs.

Questio. ij. b

Utrum fiat mitigatio ꝓpter misericordie pietatem de penis damnatorū. Et ꝙ non videt̄. q2 dicit̄ Apoc. xviij. quātū se glorificauit ꝛ in delicijs fuit. tantū date illi tormentū. Item Isaie. xl. Suscepit de manu domini duplicia. dicit̄ de anima peccatrice. Item sup illud psal. ex vsuris ꝛ iniquitate. glo. vsure dicuntur peccata. quia plus mali inuenit̄ in supplicijs ꝙ cōmissum est in culpis. igit̄ ibi nō est aliqua mitigatio.

Item ratione videt̄. quia delectatio est momentanea ꝛ modica. sed punit̄ pena eterna et acerbissima. sed hoc in infinitū excedit istud. ergo punit̄ supra cōdignū. ꝙ nō est ibi mitigatio. Contra in ps. Nunquid obliuiscet̄ misereri deus. aut cōtinebit in ira misericordias suas. quasi diceret. non. ergo tunc aliquid relaxat. Item peccator cū peccat mortaliter offendit deum a quo est omne bonū. ergo meret̄ amittere omē bonū. ergo ꝛ esse. ergo cum deus neminē reducit ad nō esse. omnes punit citra condignū. Itē offendit deum a quo est omnis ordo. ergo se deordinat. ꝙ si peccantes merent̄ in supplicijs ordinari. statim ergo merent̄ puniri. ergo cum nō puniant̄ statim. patet ꝙ citra condignū. Item peccator offendit deum qui est bonū infinitū omni infinitate. ergo infinita pene acerbitate debet puniri. sed nō punit̄. ergo citra condignū punit̄. 12 R° dicendū ꝙ mitigatio pene damnatorū dupliciter pōt intelligi. Aut quantum ad taxationem ꝛ inflictionē pene. ꝛ sic absq3 dubio est ibi mitigatio. q2 diuina iusticia non tm̄ exigit ꝓ eo quin eius pietate interueniēte aliquā partē pene infligendo remittat. Alio mō potest intelligi mitigatio post pene taxationē ꝛ inflictionē. ꝛ hoc modo nulla cadit mitigatio a diuina misericordia. quia extūc claudit eis dominꝰ viscera pietatis. Rationes igitur ostendētes ꝙ est ibi mitigatio omnes ꝓcedūt ſm istā viam. s. quantum ad inflictionē. Unde ostendit ibi mitigationē quantū ad ea in quibus homo punit̄ quantum ad tempus. ꝛ quantum ad mensurā. quia nō tantū infert quātum homo meruit. Tren. iij. misericordie domini est ꝙ nō sumꝰ cōsumpti. ꝛ iterū penam differt. ꝛ postremo acerbitatē minuit. ꝛ ideo ille ratiōes cōcedende sunt. Ad oppositū responderi potest ꝑ vnicā distinctionē. 13 Ad illud ergo quod obijcit̄ de scriptura que dicit ꝙ tantū ꝛ ꝙ duplū. ꝛ ꝙ amplius. ad illa omnia rūdendū ꝙ est comparare delectationē ad penam ſm duplicē comparationē. Aut ſm intensionē in genere delectatiōis. et ita multo maior est pena ꝙ delectatio. nec est ibi ꝓportio sed excessus. Est iterū comparare hoc ad illud ſm rationē meriti vel demeriti. ꝛ sic dico ꝙ meritum delectationis inordinate excedit penam. q2 dignus esset amplius puniri. Seruat̄ igit̄ in punitiōe ꝓporcionalitas. quia magne culpe magna infligit̄ pena. sed nō ꝓporcio. quia quantum ad intensionē ꝛ durationē pena excedit culpam. sed quantum ad meritū culpa penam. et ꝑ hoc patet p̄ma rūsio. q2 ꝛ si delectatio sit momentanea. tamē q2 cum ea offendit̄ bonum infinitū meret̄ penam eternā.

Questio. iij. c

Utrum deus misericordius agat cum vno ꝙ cum altero. Et ꝙ sic videtur. Roma. ix. cui vult miseret̄ et quem vult indurat. si ergo misericordius agit cō vno quē reuocat ꝙ cum eo quē indurat. patet ꝛc. Item ordo ꝛ gradus est in effectibus diuinis ꝓpter sapientiam cuiꝰ est ordinare. sed diuina misericordia nō miseret̄ nisi sapienter ꝛ ordinate. ergo magis vni ꝙ alij.

Item misericordia intuet̄ miseriā. sed vnus magis est miser ꝙ alter. ergo deus debet magis misereri vnius ꝙ alterius. Item magis miseret̄ qui miseriam totam aufert ꝙ qui miseriā mitigat. sed deus ab aliquibus aufert totam miseriā. aliquibus mitigat. ergo ꝛc. Cōtra. Augustinꝰ. actus ꝛ effectus respondent habitui siue origini in quolibet. sed diuina misericordia est summa. ergo cuiuslibet miseret̄. Itē misericordia intuet̄ miseriam. ergo magis miseret̄ alicui. ergo mag misero. sed in futuro mag miser ē q̄ magis peccauit. ſ hoc ē incōueniēs. ꝙ ꝛc. Itē q2 deꝰ ē sapientissimꝰ iō facit sapiētissime quicquid facit. ꝙ cū sit misericordissimꝰ. misericordissime se hʒ ad quelibet. ꝙ ꝛc.

14 R° dicendū ꝙ mag misereri hic pōt intelligi tripliciter. Aut maiori habitu. aut actu. aut effectu. Primo mō ꝛ secūdo impossibile ē. ſ tercio mō. s. quantū ad effectū q̄ est releuatio a miseria verū est tam in p̄nti ꝙ in futuro. ſ alit̄ nūc. aliter tūc. Quia nūc miscdie effectꝰ sunt p̄ncipales. ꝛ effectꝰ iusticie sunt annexi. tūc autē effectꝰ iusticie erūt p̄ncipales. ꝛ miscdie erūt annexi. Tūc enim reddet deꝰ ſm opa sua vnicuiq3. nūc autē ſm benignitatē suā. ꝛ iō simplicit̄ mag miseret̄ in p̄senti eius cui magis vult. in futuro magis eius que magis indiget. vnde magis misero plus cōdonabit ſm quātitatem absolutā. non tamē ſm qualitatē relatam. vt patebit postea. 15 Ad illud quod obijcitur ꝙ effectus rūdet habitui. dicēdū ꝙ verū est i agēte inferiori. qui facit omē qd̄ pōt. nō sic ē in deo. 16 Ad illō qd̄ obijcit̄ ꝙ peccator reportat comodū. dicēdū ꝙ falsum est. q2 semp sibi remanet pena maior. 17 Ad illud qd̄ obijcit̄ de sapiētia. dicendū ꝙ nō est simile. q2 sapiētia cōnotat ordinē nō effectū absolutū vt misericordia.

Questio.iiij. d

Utrum deus agat iustius cum vno q̃ cum altero. Et q̃ sic videt. qz sicut iusticie est punire. sic misericordie est parcere. ergo cum magis puniat vnum q̃ alterum. ergo iustius agit cum vno q̃ cum altero. Itē quātum intendit misericordia tantū minuit rigor iusticie. et econuerso. ergo cum agat misericordius cum vno q̃ cum altero. ergo et iustius. Item quātū iste meruit p̄miari tantū iustū est istum p̄miari. sed vnus magis meruit q̃ alter. ergo iustius est magis vnū premiari q̃ alterum. Si ergo deus magis p̄miat vnum q̃ alterum. ergo iustius agit cum vno q̃ cum altero. Item de nostratis duobus quorū vn⁹ peccat duplo magis q̃ alter. qui min⁹ peccauit meruit sex. qui magis peccauit meruit. xij. tunc esto q̃ domin⁹ remittat duo illi qui minus peccauit. quero quātū illi remittit qui magis peccauit. Si amplius q̃ duo. ḡ misericordius agit cum eo qui magis peccauit. et ita reportat comodū de malicia q̃d est inconueniens. Si aūt remittit duo. arguit sic. ille punit plus duplo. q̃ non meruit nisi duplo. ergo est magis dignus quatuor q̃ ille sit dignus. x. qz ita dignus est sex sicut ille. xij. ergo ita quatuor sicut ille octo. ergo si deus isti infligit quatuor illi. x. iustius agit cum illo qui recipit. x. Contra. q̃ nō iustius videt. qz sicut deus est optimus ita et iustissimus. sed qz optimus est. optime agit. ergo qz iustissimus iustissime. Itē quāto aliquis est iustior tanto magis accedit ad mediū in iudicādo. ergo si est iustissim⁹ summe accedit ad mediū. cū ergo summe. non est ibi magis et min⁹. Item sicut Petrus ē dignus gloria sua. ita et clemēs sua. ergo similiter ex pte penarū. Si ergo considerat dignitatē meritorū. ergo

18 non magis iuste agit cum vno q̃ cum alio. R° dicendū q̃ iusticia in opere vno modo dicit seueritatē. alio modo ordinē. sicut et bn̄facere vno mō qualitatē absolutā. alio mō ordinē. Si iusticia in ope dicat seueritatē siue qualitatē absolutaz. dico q̃ sic iustius agit cū vno q̃ cum alio. qz seuerius. et sic melius facit vnū q̃ aliud. Alio mō iustū dicit ordinē p̄mij ad meritū. et sic dico q̃ iustissime retribuit. Sicut enī que p̄ducit optime ordinat. sic in remunerādo optime et equissime ordinat p̄mia ad merita. Cōcedende igitur sunt due p̄me ratiōes ostēdentes q̃ iustius agit q̃ seueri⁹.

19 Ad p̄o obijcit quātō qui 3 meruit tantū iustū est premiari. dicendū q̃ verū est alterū compando ad illud premiū. vnde si deus tantū premiū daret Petro quātum lino. dico q̃ iustius agit cum Petro. sed maius premiū dat petro et minus lino. ita q̃ petrus non est magis dignus suo p̄mio q̃ linus suo. quoniā ḡ iusticia dicit ordinationē s̄m diuersitatē premiorū correspondentē diuersitati meritorū. ideo nō iustius agit

20 cum vno q̃ cum altero. Ad illud quod obijcit de remissiōe dico q̃ si remittit duo ei qui meruit sex. remittit quatuor ei qui meruit. xij. nec magis remittit cōpando ad meritū siue ad quātitates diuersas. licz

21 absolute magis. Ad q̃d ergo dicit q̃ reportat comodū. dicendū q̃ falsum est. qz semp duplo punit. Misericordia enī quādo currit cum iusticia. magis remittit quātitate absoluta. et ibi est maior miseria. sed tamen equaliter loquēdo p̄portionabiliter. qz sicut vni ita et alteri. Ratiōes vō ad partē oppositā p̄cedunt de iusticia s̄m q̃ dicit ordinē. et sic quēadmoduz sapientia optime p̄duat s̄m ordinē conditionū. ita iusticia iustissime remunerat s̄m ordinē retributionū.

Consequēter q̃ritur ad secundū articulū querit quomō misericordia et veritas eandem respiciant compatione. et circa hoc querunt quatuor. Primo querit vtrum in aliquo ope domini sit misericordia. Secūdo vtrū in eodē ope domini sit misericordia et veritas. Et dato q̃ in eodem s̄m q̃ misericordia et veritas dicūt largissime. Tercio querit vtrū s̄m q̃ p̄prie accipiant cōcurrāt in eodē. Quarto vtrum misericordia et veritas possint abinuicē in aliquo opere separi.

Questio.j. e

Qz in aliquo ope domini sit misericordia ostendit Luce. vj. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. ergo etc. Item in ps̄. Reddes vnicuiqz iuxta opa sua. sed hoc est iusticie. ergo etc. Itez ista duo decorant rectorē. Unde Prouerb. xx. Misericordia et veritas custodiūt regem. et clemētia etc. sed deus est rector omniū rerum. ergo etc. Itē ratōne videt quia iste sunt due virtutes in nobis. ergo sunt exemplaria in deo. et si hoc. ergo cū nos opemur iuste et misericorditer. ergo et deus similiter. Contra. Dam. misericordia est cōpassio de alienis malis. sed de⁹ nihil opatur ex cōpassione qz nō compatit. ergo in nullo ope eius cōcurrit misericordia. Item iusticia est cū fit q̃d debet fieri. sed deus nihil opat ex debito. qz nulli est obnoxius. ergo nihil cō fuse. et sic etc. Item qz misericordia et veritas et cōditio dei opantis relucet in opere. vt patet. qz enī bonus est ideo bona sunt facta. ergo pari ratiōe qz iustus est omnia facta sunt iusta. ergo et lapis est iust⁹. et lapis est misericors. Q̃d si nō cōcedit. ergo nec deus opatur s̄m misericordiā aut veritatē. Item nihil ponendū est in deo q̃d nō debeat poni in summo. sed iusticia non debet poni in aliquo summo. Unde Ecclesiastes. vij. noli esse multū

22 iustus. R° dicendū q̃ misericordia et veritas est in ope creature rōnalis. et hoc quidem nobilitatis est. ḡ

23 multo fortius et nobilius in opibus dei. Ad illud ergo q̃d p̄mo obijcit q̃ in deo non cadit cōpassio nec debitū. dicendū q̃ misericordia et veritas siue iusticia (quia veritas p̄ iusticia accipit) duo dicūt in creatura. s. effluxū bonitatis in alterū s̄m merita vel supra. et in eo q̃ effluit cōpassionē vel debitū. Et p̄mū quidē nobilitatis est. alterū vō impfectōnis est. et quia omne q̃d nobilitatis est deo attribuendū est. ideo in eo est misericordia et iusticia q̃tum ad p̄mū. sicut p̄bant

24 ratiōes sequētes. Ad illud quod obijcit q̃ tūc oia opera dei deberent dici iusta. dicendū q̃ est conditio opantis que respicit actum. et est cōditio opantis que respicit naturā. vt dicit Boetius in li. de ebdomadibus. Cōditio ergo illa que respicit naturam opantis comunicat rei p̄ducte. vt dei natura bona. et natura opantis bona. Sed cōditio que respicit actū. comunicat nō in natura rei p̄ducte sed ipi p̄ductioni. vñ cum deus sit iustus. nō oportet q̃ omnis creatura vel factū sit iustū. sed q̃ ipa facta sint iusta. et sic patz illō.

25 Et ex hoc pz q̃d psueuit queri quare miscd͠ia vel veritas magis dicit cōditio opis diuini q̃ bonitas vel potētia. Dico enī q̃ illa respiciūt naturā. s illa respiciūt actū. et ideo nō tm̄ cōditiōes opis sed etiā vie domini

26 appellant i ps̄. vniuerse etc. Ad illud q̃d obijcit vltimo de termino. dicendū q̃ termin⁹ in summitate alicuius pōt attendi p̄pter excessum vel p̄pter accessum ad mediū. Et p̄mū in iusticia reprehendit. Secūdū cōmendat. et rōne huiōi dicit iustissim⁹ nō rōne p̄mi.

Questio.ij. f

Utrū in eodem ope domini sit misericordia ꝛ veritas. Et ꝙ sic videt᷑. q2 in nobis est alius effectus misericordie vt parcere. alius effect⁹ iusticie vt punire. ḡ si a nobis transferē ad deum. videt᷑ ꝙ similiter sit ī deo. cū hoc nō repugnet diuine simplicitati. Item etsi misericordia ꝛ iusticia in deo sicut ꝑncipale signatum sint idē. tamē ratio dicendi est altera ꝛ altera. ꝛ h̄ erit a pte cōnotati. ergo aliū effectū cōnotat misericordia ꝙ̄ iusticia. Q2 si eundē. tūc nec est differētia a pte connotati nec in se. Itē rōne videt᷑. q2 misericordia facit cōtra merita. vt bonū ei qui male meruit. sed iusticia ꝑm merita. Sed idem opus nō potest fieri contra merita ꝛ ꝑm merita. ḡ ꝛc. Contra. sup illud ps. vniuerse vie dn̄i misericordia ꝛ veritas. dicit Cassiodor⁹. Hec duo in omni ope dn̄i simul sunt. ꝛ si nō nobis sil̄ appareāt. Itē Aug⁹ de cōcordia euāgelistaꝝ. deus q̄ res hūanas curat. iuste ꝛ misericordit̄ curat. vt nec secludat misericordia iusticiā. nec iusticia misericordiā excludat. Itē ratiōe videt᷑. q2 deus remunerat aliquē supra cōdignū. cōstat ꝙ istud vnū est. nec est misericordie tm̄ q2 meruit ꝑmiari. nec iusticie tm̄ q2 nō tm̄ meruit ꝑmiari. ḡ simul miſicordie ꝛ iusticie. R° dicendū ꝙ misericordia dicit᷑ tripliciter. Similit̄ ꝛ iusticia. Uno mō misericordia largissime dicit᷑ diuine bonitatis affluentia. Cōmuniter vo dicit᷑ benignitas in superogatiōe bonoꝝ. Stricte vo dicit᷑ pietas in subleuatiōe maloꝝ. Silr̄ ꝛ iusticia dicit᷑ cōmunissime diuine bonitatꝭ cōdecentia. Cōmuniter vo dicit᷑ liberalitas in retributiōe ꝑmioꝝ. Stricte seueritas in punitione maloꝝ. Scd̄m igit᷑ hos tres modos cōcurrunt in eodē ope. Nam ꝑmo mō misericordia diuine bonitatis affluētia. ꝛ iusticia diuine bonitatis cōdecentia sunt in eodē ope. ita ꝙ in omni ope. q2 omnia facit ex affluēti bonitate. ꝛ nihil facit ex affluenti bonitate qđ nō decet bonitatē suā. Silr̄ secūdo misericordia q̄ est benignitas in superogatiōe bonorū. ꝛ iusticia q̄ est liberalitas in retributiōe ꝑmioꝝ simul cōcurrūt. q2 cū retribuit bona nō retribuit nisi merenti. ꝛ supra illud qđ meruit. Similiter tercio mō miſcōia q̄ est pietas ī subleuatiōe malorū. ꝛ iusticia que est seueritas in retributiōe maloꝝ simul currūt. q2 nunq̄ ita seuere punit q̄n aliquod debitū de pena dimittat. Sic igit᷑ patet quomō misericordia ꝛ veritas cōmunissime sunt ī omni ope. q2 in omni ope dei. sed cōiter sunt in omni ope retributiōis bonoꝝ. ꝓprie sunt in retributiōe penarū ꝛ suppliocioꝝ. sunt tn̄ in eodē ope ꝑm aliā ꝛ aliā cōditionem. Nunq̄ eni tribuit quod meruit iusticia ꝑ semp supra vl' infra. Ex hijs patent omnia obiecta. q2 in eodē ope cōcurrit misericordia ꝛ iusticia. ꝛ differunt in cōnotatis. ideo nō in ratōne diuersoꝝ operū. sed ratōne diuersarū cōditionū in eodem ope. Ad illud qđ obijcit᷑ ꝙ misericordia facit cōtra merita. dicendū ꝙ nō facit contra merita. sed facit supra. ꝛ hoc cū iusticia stat.

Questio.iij. g

Dato ꝙ in omni ope dn̄i sit misericordia ꝛ iusticia ꝛ veritas ꝑm ꝙ dicit᷑ largissime. vtrū ꝑm ꝙ ꝓprie accipiunt᷑. aliquādo sepent᷑. Et ꝙ non videt᷑. Quia sup illud ps. misericordiā ꝛ iudiciū dicit glo. In ꝑmo aduentu miſcōia. in secūdo iusticia. sed ꝑmus aduētus est ad iustificandū. ergo nō cōcurrit ibi misericordia.

Itē nos pētimus ꝙ̄ deus nō retribuat nobis peccatorib⁹ ꝑm merita. ita orat ecclesia. sed iusticia retribuit ꝑm merita. ergo in iustificatiōe impij nō est iusticia. alioq̄n si ibi iusticiā petim⁹. ergo nō iusti. Itē quō iustificat᷑ vir peccator q̄ nō est dignus pane. cum nihil apud deū meruit. ꝛ iusticia de q̄ loquimur merita respicit. ergo nō est ibi iusticia. Itē iustificatio ꝑ gratiā fit. sed si gratia est ex meritis. iā nō est gratia. ergo aut ē ibi iusticia. aut nō est ibi gr̄a. sed est gratia. nō ergo iusticia. Cōtra. vniuerse vie dn̄i misc. ꝛ ve. ergo si iustificatio est via dn̄i. ḡ est ibi miſcōia ꝛ iusticia. Itē in ps. Iustus dn̄s in omnibus vijs suis ꝛ sanctus. Et alibi. miseratiōes eius sup oīa opa eius. ergo in omni ope cōcurrit miſcōia ꝛ iusticia. Itē Aug⁹. Qui creauit te sine te. nō iustificabit te sine te. ergo non oīno est iustificatio a deo si aliq̄d cōcernit a pte nr̄a. sed miſcōia nō cōcernit nisi miseriā. ergo qđ ampli⁹ ibi cōcernit hoc est miserie nō iusticie. Itē ratiōe videt᷑. q2 miſcōia cōsistit in remuneratiōe culpe ꝛ pene. sed nulli oīno remittit culpā ꝛ penā. qđ pꝫ. q2 sine penalitatib⁹ nō possum⁹ viuere. ḡ ꝛc. R° dicendū ꝙ op⁹ iustificatiōis ē miſcōia ꝛ veritas. non tn̄ ꝑm idē. ꝛ hoc patet sic. q2 impius ex peccato offendit deū ꝛ dignus est pena eterna. ꝛ ita ibi est offensa ꝛ reatus ad penā. ꝛ miſcōia ē ꝛ in remittēdo offensam et reatū ad penā eternā. sed iusticia est ī obligādo ad tēporalē penā tm̄. ꝛ si baptismus liberet a pena eterna ꝛ satisfactoria. nō tamē ab omni pena. imo penalitates remanēt in corpe ꝛ aīa. Ad illud qđ obijcit᷑ ꝙ in ꝑmo aduentu ē miſcōia. dicendū ꝙ hoc nō est dictū ꝑ se. sed ꝑm quid. q2 ꝛ si vtrobiq̄ sit miſcōia ꝛ iusticia. hic tn̄ magis relucet miſcōia. ibi iusticia. Ad illud quod obijcit᷑ ꝙ petimus ꝙ nō retribuat ꝑm merita. dicendū ꝙ hoc intelligitur ꝑm iusticie rigorem.

Ad illud quod obijcitur ꝙ deus gratis iustificat. dicendū ꝙ primū ad gratie cōmunionē est tm̄ misericordia nō iusticia. nisi dicat᷑ iusticia cum decentia bonitatis. Q̄tum vo ad pene exactionē dico ꝙ est ꝓprie iusticia. Ad illud quod obijcit᷑ ad oppositū. dicendum ꝙ aut intelligit᷑ de iusticia vt est determiatio bonitatis. aut si ꝓprie. intelligit᷑ iusticia rōne punitōnis cōiuncte iustificationi.

Questio.iiij. h

Utrum possit deus aliquid pure remittere ex iusticia. vel pure ex misericordia. ita ꝙ ista duo sepentur. Et ꝙ sic videt᷑. quia Hugo de sancto Victore dicit. ꝙ si deus totam penā relaxaret nō propter hoc esset iniustus. ergo si misericordia velit relaxare penam et iusticia non repugnat. patet ꝛc. Item rōne videt᷑. quia deus est summe iustus ꝛ summe misericors. sed albius est qđ est nigro impmixtius. ergo cum misericordia nō tempet iusticiā. nec iusticia misericordiā. id est summe misericordie que nihil habet de iusticia. et econuerso. ergo si deus summus est in vtroq̄. potest facere opus de iusticia in quo non sit misericordia.

Item tante culpe debet᷑ tanta pena. querit᷑ ergo vtrum deus possit eam infligere. Si non. ergo non est omnipotēs. Si potest hoc. ꝛ hoc erit pure iusticie. ergo potest facere opus pure iusticie. similiter cōducitur ꝙ opus pure misericordie. Item homo pōt hominē punire tantū quātum meruit. potest etiam totum remittere. ergo si deus est iustior ꝛ misericordior homine. multo fortius deus potest hoc facere.

Contra. Thy. ij. Iustus ē et negare seipm nō pōt. si ḡ nō pōt facere cōtra se vt se negare. nō pōt facere q̄n puniat. et sic 2c. Item ꝓpriū ē dei misereri. sed ꝓpriū nō pōt relinquere cui⁹ ē ꝓpriū. ḡ impossibile ē q aliquē remuneret q̄n misericorditer faciat. Item culpa est totā culpā ꝓsequi. 2 culpa est malum relinquere impunitum. ḡ sicut deus non potest mētiri qꝛ maliū ē sine culpa. sic nec oīno iuste punire. sic nec oīno misericorditer parcere. Item sicut deus creat inq̄ntū vnus ver⁹ et bonus. ita regit et remunerat inq̄ntum misericors et verus. Sz impossibile ē deū facere effectū q̄ nō habeat modū. speciē. et ordinē q̄ respondēt bonitati et vnitati. ḡ impossibile ē q cui retribuat. in effectu illo aliquid retribuat iusticie aliquid misericordie. Re. dōm q in omī retributione dn̄i sic sunt coniuncta mia et iusticia q impossibile ē separi eas ab inuicē. Et ratio huius ē. qꝛ sicut in nobis q̄dam sunt virtutes q̄rum pfectio attendit̄ ꝑ accessum ad extremuz. vtputa charitas. q̄dam ꝑ accessum ad mediū vt iusticia et mia. vnde nō dicit̄ sūme iustus ꝑ accessuz seueritatis. nec summe misericors ꝑ oīmodam remissionē culpe. sed qꝛ miseret̄ tantū quantum ē cōueniens. et similiter tātū punit. Et huius rō hec ē. qꝛ iusticia et mia dicunt̄ maxime respectu actuū et meritoꝝ nr̄oꝝ. Ad illud qd̄ dicit Hugo. q pōt totā culpā remittere. dōm q verū est de potētia sim plr̄. sed nō est verū de potentia ordinata ad merita. vel intelligitur de pena subsequente nō de pena ↄcomitāte culpā. qꝛ vt dicit̄ in libro ↄfes. Impossibile ē dedecus pctī ēē sine decore iusticie. 53 Ad illud qd̄ obi. q ē sūme iustus. dōm q dicit̄ sūme iustus ꝑ recessum ab iniusticia. 54 Ad illud qd̄ querit̄ vtrum possit isti tantā penā infligere. dico q non pōt. et hoc qꝛ mia repugnat. et nō ꝑt suam miaz negare. hoc eīn nō posse ē. vn̄ sicut sic nō posse ē minus rigidū esse. nec sonat in defectū sed in nobilitatem. sic in ꝓposito intelligendū. Posset etiam dici q rōne offense q̄ est in deuz infinitum pena possit sufficiēs taxari. nec peccatorū eēt capax. vnde defectus ē ex pte nature suscipientis nō nature infligentis. 55 Ad illud qd̄ obi. q hō pōt parcere totū. dō. 56 q ē homo ad quem spectat misereri. vt est ille qui respicit iniuriam. et iste non pōt oīno punire q̄n excedat. Et hō ad quem spectat punire vt ē iudex. 2 iste n̄ pōt oīno dimittere q̄n excedat. et q̄ñ de⁹ gerit istā duplicē ꝑsonā. scz eius q̄ offendit̄. et ei⁹ qui iudicat. iō cum non possit excedere facit vtrunq̄.

Distinctio. xlvij. de iudicio extremo q̄ntū ad modū sm̄ quem dabitur.

Solet etiam queri qualit̄ dabit̄ iudicij sn̄ia. Supra egit mgr̄ de resurrectione. In hac pte agit de diffinitione dei. Diuidit̄ aūt hec ps in duas. In pma nanq̄ agitur de iudicio. In secunda de statibus ↄntib⁹ ad iudiciū. infra. dis. xlix. post resurrectionē facto vniuerso 2c. Prima ps habz duas. In prima agit d̄ modo sm̄ quē iudiciū illud dabit̄. In scd̄a vero determinat de ꝑtāte et forma ipius iudicis. infra dis. xlviij. Solet eciā queri in qua forma iudicabit xp̄s. Prima ps habet duas. In prima pte determiat modū iudicij q̄ntum ad ea q̄ sunt de ipo iudicio. In secunda vero ordinē q̄ntum ad annexa. ibi. Cuz aūt in euangelio legat̄. Prima ps hz duas. In prima determinat modū publicatiōis. In scd̄a modū dignitatis. ibi. Non autez solus xp̄s iudicabit. Ubi eciā est ordo eoꝝ qui iudicabunt̄. erunt eīn in iudicandis ordies. Similiter scd̄a ps in qua determiat ordinē q̄ntum ad annexa habet duas ptes. et quia antecedunt quedā vt ꝑmissio angeloꝝ et ignis. et quedā sequūtur vt cruciatio damnatoꝝ. iō primo determinat q̄ erunt illa q̄ ꝑcedunt iudicium et quis erit ordo. Ubi ostēdit q aduentū xp̄i ꝑibunt angeli. ꝑibit nihilominus ignis ↄflagratori⁹. Secūdo vtrū ministeriū demonū in torquendo sit futurū post iudiciū. ibi. Et solet queri vtrum in inferno 2c. Et sic hic duo tanguntur. Primū ē de ordine iudicij. Scd̄m vero ē de his q̄ annexa sūt. et maxime de illo igne qui ꝑcedit faciem iudicis.

XLVII

Agit de modo sm̄ quē iudiciū illō dabit̄ respectu publicatōis. a

Solet etiam queri qualiter dabit̄ iudicij sn̄ia. Sz nō ē ꝑspicuū id explicare. Nō eīn scriptura apte diffinit an voce illa ꝓferat̄. venite benedicti. et ite maledicti. an virtute iudicis ita fiat cōscientijs singuloꝝ attestantib⁹. vt mō dicit̄ futurū vt iudicis potētie effectus. ipius dictiōe significetur. Illa etiam. Esuriui et non dedistis mihi manducare. et hmōi magis cōscientijs exprimēda plurimi putant q̄z verbis. qꝛ aplus in momento et in ictu oculi misteriū cōsūmādū tradit. Sed illud ad resurrectiōis statū tm̄ referūt nō ad iudiciū. qui alij iudicij sn̄iam et maloꝝ increpatiōes et bonoꝝ premia verbis exprimēda asserunt.

(Mat. xxv.) (i. Cor. xv.)

Agit de mō sm̄ quē iudiciuz illud dabit̄ respectu dignitatis. quō scz sancti iudicabūt. b

Nō aūt solus xp̄s iudicabit sed et sancti cum eo iudicabūt natiōes. Ipse eīn aplis ait. Sedebitis et vos sup duodecim sedes iudicātes duodecim trib⁹ israel. Nec ē putandū q duodecim aplis tm̄ hoc ꝓmiserit xp̄us. Ubi eīn sedebit paulus qui plus oīb⁹ laborauit si nō ibi sedebūt nisi duodecim? Per duodecim ergo sedes ꝑfectō tribunalis. i. vniuersitas iudicantiū intelligit̄. scz oēs ꝑfecti q̄ relictis oībus secuti sūt xp̄z. ꝑ duodeciz trib⁹ vniuersitas iudicandoꝝ. Iudicabunt vero eos sancti nō mō cooꝑatione sed etiā autori

(Math. xix.)

ſm illaȝ naturam ꝓmulgabit ſm quam hȝ auctem ad hoc faciendum. alioquin eſſet iudiciū vſurpatū. ꝙ ſm hūanitatē habebit auctem et ptātem. Item ipe xp̄s erit iudex ſm hūanitatē. aut pncipal' aut ꝺ legatus. Si ꝺlegatus. ꝙ ab ei⁹ ſnīa poterit appella. qḋ nephariū ē dicere. erit ꝙ iudex pncipalis. ſ iudex pncipalis in iudicādo habet auctem pncipalē. ꝙ ſm hūanitatē habet pcipuā auctem. R̄. dōȝ ad hoc ꝙ iudiciū ſit firmū concurrit auctas ꝛ ptās. Auctoritas in ſentētiando. et ptās in retribuēdo p̄miuȝ ſm meritū. ſi alteꝝ hoꝝ deficiat nō eſt iudiciū. Hec duo pncipaliter ſunt in deo. Nam in ipo eſt auctas ad ſnīanduȝ. qꝛ dn̄s oim eſt. et nos oēs ſerui ei⁹. Eſt eciā ptās ad retribuendū. quia potētiſſim⁹. et nō eſt q̄ cōtra eū ſe valeat erigere vel eius ſnīam irritare. hec duo cōicauit deus trinitas homi xp̄o auctē dando et dn̄ium ſicut dicit̄ Act. ij. Dn̄m fecit de⁹ hūc ihm. Ptātem etiaȝ hȝ ſibi cetera ſubijciēdo. Mat. vltimo. data eſt mihi oīs poteſtas. ꝛ iō ipe ē q̄ conſtitutus ē a deo iudex viuoꝛuȝ et moꝛtuoꝛū ſicut dicit̄ Act. x. Cū ꝙ ptās iudiciaria reſpiciat illa duo iā dicta. et illa ſunt in deo p naturā. in xp̄o hoie p gratiā. iō iudiciaria ptās eſt xp̄i ſm diuinitatē p naturam. ſm humanitatē collata p gratiā. Vn̄ ſm vtrāqȝ naturā hȝ auctem. ſed ſm diuinitatē pncipalē et naturalem. ſm hūanitatē cōmiſſam vn̄ conſtitut⁹ ē. Cuȝ igit̄ ſit ptās pmaria in deo. ſed cōmiſſa in hoie xp̄o. latio ſnīe debȝ fieri a xp̄o homie ſcd̄m hūanitatem. qꝛ ſi fieret ſcdȝ ptātē pmariā. cū ſcd̄a nihil ꝺbeat pme. nō eēt vere iudex ſm humanitatē. ſed qn̄ ſecunda opatur (cum recipiat a pꝛima) iō latio ſnīe fiet a xp̄o ſm humanitatē. Sed quia xp̄s ē de⁹ et homo. ſnīa eius non erit tanq̄ iudicis delegati. ſ tanqȝ pncipalis. et iō ab ea ꝓpter vtranqȝ ptātēȝ nullus poterit appellare. Cōcedende ſūt igit̄ rōes ad vtranqȝ ptem. Pꝛime. quia verum cōcludunt. ꝙ iudiciaria poteſtas ſit xp̄i ſm diuinitatē. Similiter ad oppoſitū. ꝙ verū cōcludunt ꝙ ſit xp̄i ſm hūanitatem. maxime q̄ntū ad ſnīe lationeȝ. robur tn̄ ſnīe vt dictum eſt non pncipalit̄ eſt ex humanitate xp̄i ſed potius ex eius diuinitate.

Queſtio. ij. b

De forma in qua xp̄s apparebit. et q̄rit̄ vtrum in forma diuinitatis appareat malis. Et ꝙ non hēt̄ in litera. in forma qua iudicatus eſt videbunt eum vt doleant. in forma diuinitatis nō videbūt ne gaudeant. Item ratione videt̄. quia lux illa eſt inacceſſibilis oculis intellectus noſtri ſm ſtatum infirmitatis. ꝙ ſi damnati ſurgent cum infirmitatibus ꝛ imperfectionib⁹. ꝙ inacceſſibilis erit ipis. Itē Io. xvij. hec eſt vita eterna vt cognoſcant te verum deum. ꝙ cum videre deum ſit vita eterna. et mali non ſint habituri vitam eternam. ꝙ non videbunt eum in forma diuinitatis. Item reprobi debent puniri et q̄ntum ad rationem et quantū ad voluntatē. ſed quantum ad voluntatē deum non poterāt amare. ergo nec quantum ad rationem videre. Contra. reprobi qui noluerunt xp̄m credere eſſe deum. tūc nō dubitabunt ipm eſſe deuȝ. ergo chriſti diuinitas erit eis manifeſta cognitione certiſſima. ergo ipaȝ videbunt nōn ſolum per ſpeculū ſed p ſeipam. Iteȝ videt̄ ꝙ debeant videre. quia reprobi debēt terreri ad aſpectum xp̄i. ſed qḋ ſumme terret eſt poteſtas diuinitatis et maieſtatis. et ꝙ ita ſit dicit̄ Math. xxiiij. veniet filius hominis cum poteſtate magna. ꝛc.

Item nemo punitur perfecte ex amiſſione alicuius boni niſi illud cognoſcat. ergo ſi reprobi debent puniri carentia viſionis dei. debet eis oſtendi quantum bonum ſit viſio dei. ſed hoc non poteſt ſciri niſi videatur. ergo ſaltē in iudicio debent videre. Iteȝ quero rationeȝ quare non debent videre. Si dicas ne gaudeant ſicut dicit Yſidor⁹ ꝛ Aug. Contra. omne quod recipitur in aliquo eſt ibi per modum recipientis. ergo ſi habent oculos infirmos lux vera potius contriſtabit ꝙ delectet. ſicut patet etiam in luce corpoꝛali. Item poſſibile eſt deo ſeparare in reprobis cognitionem a delectatione. ſicut in igne lucem a caloꝛe. et ſi hoc. tunc videtur ꝙ ꝓpter iſtaȝ rationem non debeat dimittere. Item ſcd̄m humanitatem apparebit blandus iuſtis et terribil' malis. quare non poteſt ſimiliter facere ſm deitatem.

R̄. dōȝ ꝙ ſicut dicit Aug. et Yſidor⁹ ꝛ magiſter in littera et etiam Hugo de ſacramentis. patrem nullus de reprobis videbit in iudicio. ſed omnes filiuȝ. quia filius hominis eſt vt ab hominibus poſſit videri. vn̄ non apparebit malis in forma dei. Propt̄ quod nota ꝙ duplex eſt cognitio diuinitatis. Una per ſigna et effectus. alia in ſua forma et eſſentia. dico ꝙ ꝙ reprobi bene habent cognitionem de chriſti diuinitate p ſigna certiſſima. et per effectus manifeſtos cognoſcent. quia ipſe eſt deus omnipotēs. Cognitionem autem q̄ eſt in pꝛopꝛia forma q̄ eſt per viſionem apertam hanc quidem non habebunt. Et pma ratio huius eſt. quia talis forma omnino eſt improportionalis oculis peccatoris. improportionalis oculis oībus qui nō ſunt ſublimati per gloꝛiam. vel per ſupabundantiam gratie. et quia reprobis nō dabitur gratia nec ſimpliciter nec ad tempus. ideo non videbunt. Ratio autem quare non dabitur eis virtus q̄ facit eoꝛum aſpectuȝ habilem ad videndū illam lucem eſt illa quam tangit Yſidor⁹ et Aug. qꝛ ſi haberent oculum aptum. haberent ſummam delectationem quam impoſſibile eſt eſſe et indecens in peccatoꝛibus. Ex his patent obiecta. Pꝛima eñ tria oſtendunt ꝙ habebunt cognitionem de deo q̄ntum ad maieſtatem et bonitatem. ſed non oſtendūt ꝙ per ſpecieȝ. ſed ſufficit ꝙ per ſigna certa. Ad aliud iam patet reſponſio. qꝛ ſcȝ ſunt improportionales. et impoſſibile eſt intelligere ꝙ fiant ꝓpoꝛtionales et non gaudeant. non ſic eſt in luce creata. quia oculus eſt ꝓpoꝛtionalis per naturam. et per infirmitatem non omnino efficitur improportionalis. ſ tn̄ minuitur ꝓpoꝛtio. et ideo videt cum triſticia. illa autem lux cum triſticia videri non poteſt.

Queſtio. iij. c

De qualitate forme in qua apparebit chriſtus. vtrū ſcȝ in forma glorioſa appeat reprobis. Et ꝙ ſic videtur. quia in pꝛimo aduentu appuit paſſibilis. qꝛ aduēt⁹ ille fuit in infirmitate. ꝙ cū ſcd̄s aduēt⁹ ſit in ꝟtute. ꝙ appebit glorioſ⁹. Itē in iudicio appebit talis q̄lē decȝ appere ad confuſionem inimicoꝝ et leticiam amicoꝛum. ſed inimici maxime confundunt̄ in gloꝛia ꝛ in exaltatōe illi⁹ quē ꝺſpexerūt. ꝛ ecōuerſo.

amici letāt. ergo apparebit in gloria. Item nulla erit ibi fictio. ergo tale ondet formā qualē habebit. sed habebit gloriosam. ergo ostendet reprobis gloriosaz formā.

Contra. Mat. xxiiij. apparebit signū filij hoīs in celo. hoc erit signū crucis. ergo cū crux sit signū infirmitatis. videt̄ q apparet in infirmitate nō in gloria.

Itē Chrys. Veniet in iudicio xp̄s. nō solū vulnerū cicatrices. s etiā ipam mortē exprobratissimaz ostendens. Itē rōne videt̄. qr sicut oculus sp̄ualis se habet ad lucē sp̄ualē. ita corpalis ad corpalem. sed sicē oculus sp̄ualis maloꝝ nō videt lucē sp̄ualē. qr est improportionabilis. ergo similiter cū oculus nō glorificatus sit iproportiōabilis nō videbit claritatē corporis glorificati. Itē si videbit. cū sensus exterior pascat in cōtemplatiōe hūanitatis. sicut interior in cōtemplatiōe diuinitatis. videt̄ q habeāt delectatiōz. sed nō videbūt diuinitatē ne delectent̄. ergo nec hūanitatē. Item quāuis xp̄us sit benignus s̄m veritatē. tū apparebit terribilis reprobis sicut dicit Isidorus. ergo pari rōne quāuis sit gloriosus. tū debz reprobis apparere ingloriosus.

13 R. dōz q xp̄s apparebit in forma gloriosa vt ē ostensum. nō tm̄ bonis sed etiā reprob. et nō erit dr̄ia ex parte apparētis sed ex pte recipiētium. boni em̄ recipiūt gloriosaz formā cū gaudio et gloria. s mali cū cōfusione et pena. cōfundent̄ em̄ in aspectu eius. et nō poterūt eius sustinere intuitū ꝓpter cōsciē remorsum. et ꝓpter expectationē ferende sue contra eos. ecōtra boni delectabunt̄.

14 Ad illud qd̄ obī q apparebit cū cruce et cicatricibus. dō. q cicatrices in martirib⁹ nō sunt signū infirmitatis p̄sentis. s infirmitatis p̄terite. imo quantum ad gloriā et decentiā et pulchritudinē sūt signa victorie et glorie. sic in xp̄o intelligēdū. qr ille cicatrices et crux signa erūt mortis vilissime quā sustinuit. sed tū qr apparebūt in excellentia glorie. signū erūt glorie tūc p̄sentis. Vn̄ Chris. dicit sup Mat. q crux radijs solis erit lucentior similit̄ et cicatrices.

15 Ad illud qd̄ obī q oculi eoꝝ sunt improportiōales. dōm q ꝓportionales erunt p priuationē sufficientis ꝓportiōis. iō retundet̄ visus et ꝯfundentur. sed tū non erūt oino iproportiōabiles p defectū oīs ꝓportiōis. Nec ē silr̄ de luce spirituali. quia illa excedit multo plus oculū peccatoris q̄ lux corporis gloriosi oculum corporis passibilis.

16 Ad illud qd̄ obī q videbit̄ terribilis et blandus. ergo similiter gloriosus et ingloriosus. dōz q non est simile. quia terribilis et blandus dicit̄ ad alterum. vn̄ benignū hominem pōt homo aspicere vt terribilem qr eum timet. sed gloriosum et nō gloriosum dicunt dispositionem a parte visibilis. vn̄ nisi fiat per deceptionem. p miraculū. et diuinam virtutem que teneat oculos sicut dicitur Luce vltio. oculi eorum tenebant̄. res talis videtur qualis ē s̄m veritatem.

Questio .iiij. d

De hora iudicij. Et querit̄ vtrum alicui creature sit nota. et q non videt̄ Mat. xiij. de illo aūt die et hora nemo nouit neqz angeli qui sūt in celo. neqz fili⁹. ergo videt̄ q xp̄s non nouerit. ergo multominus noscunt alij. Item Jo. xv. omnia quecūqz audiui a p̄re nota feci vobis. sed istud nō notificauit aplis. ergo istud nō nouit etiam ipe xp̄s. Itē Jo. xvj. cum venerit spiritussanctus ille docebit vos omnē veritatē. s spūs aduēniens illud nō docuit aplos. ergo istud nō est scibile ab aliqua creatura. qr si eēt scibile sp̄ussanctus docuisset. Item deus reuelauit ꝓphetis multa futura. diem aūt et horam iudicij nō expressit p aliquam ꝓphetiam nisi solum p signa quedā p̄ambula. ergo cū dn̄s illud nō reuelauerit ꝓphetis. videt̄ q sibi soli reseruauerit. Cōtra. xp̄s nō ꝓfecit nec pt̄ ꝓficere in scientia sicut supra dicit̄ libro .iij. dis. xiij. ergo si nunq̄ sciturus est. modo scit. Itē d̄ angelis videt̄. Greg. quid ē q nō videnȝ q̄ videntē oīa videnȝ. ergo videt̄ q illud videāt. Itē videtur q omnib⁹ debeat reuelari. qr magis timendū ē iudiciū speciale q̄ generale. qr qui hoc euadit euadit et illud. sed dies mortis pluribus reuelat⁹ est sicut dicit̄ de beato martino et beato benedicto. ergo zc. Itē locus et tp̄s sūt circumstantie negocij. sed dn̄s reuelauit nobis iudicij locū. ergo pari rōne videt̄ q et tp̄s. aut si non. quero q̄re nō.

17 R. dōm q absqz dubio hora diei iudicij ē nota toti trinitati et homini assumpto. sed ignota ē omnib⁹ in statu viatoꝝ existentib⁹. Sed de hoc ē contentio inter doctores vtrū nota sit angelis et animabus beatis. Quidā dicūt q sic. q̄dā q nō. s certe q̄d sit sup h̄ tenēdū magis docebit experiētia ꝓ loco et tpe. q̄ nunc doceat scia. vtrū enīz ē possibile. Cuz enīz xp̄o cōicata sit omniscientia. non video quare angeli illō ignorare non pūt. et istud nō sit glorie ipoꝝ. Rurs⁹ cū deo sint familiares et nihil in huius rei scia pdere possint. quare istud nō ꝯgruat reuelari. Non tm̄ ē facile hoc diffinire. Vn̄ qr alique auctes sanctoꝝ videnț sonare q āgeli hoc norūt. alique q ignorēt. sane dici pōt q istud notū sit aliquib⁹ āgelis et beatis. aliquib⁹ ignotū. et sicut dicit̄ circa incarnatiōis misterium. sic et in illa ꝓtestandum ē q alicui creature hora iudicij nota sit.

18 Ad illud ergo qd̄ obī q nemo nouit. dōm q in illa auctē sicut pz ex glosa. non excluditur filius naturalis. sed adoptiuus. nec excludunt̄ oēs angeli. sed illi qui sunt inferioris ordinis. nec excludunt̄ omnes homies sed solum puri homines et viatores. Ad dōz q nō nouerunt. quia alijs non notificant. i. non ostendunt se scire. sicut fouea dicitur ceca non qr non videat. sed qr qd̄ habet in se alijs non ostendat.

19 Ad illud qd̄ obī q nota fecit omnia aplis xp̄us et sp̄ussanctus. dōm q istud intelligitur de necessarijs ad salutem.

20 Ad illud quod obī de ꝓphetis. dō. q de⁹ nō reuelauit illud ꝓphetis quia non erat nobis vtile nosse sed ꝑutile erat ignorare. tum ꝓpter nostrā vtilitatem. tum etiam ꝓpter istud qd̄ dicit̄ Jacobi. ij. sic loquimini et sic facite q̄si p legem libertatis incipientes iudicari. et ita patet q dominus manifestauit nobis iudicij locum sed nō tempus.

21 Ad illud qd̄ obijcitur d̄ āgelis q omnia vident. dōm q illud optet intelligi de hijs q̄ sunt de integritate beatitudinis nō sui misterij.

Onsequenter q̄ntum ad scdm articulū querit̄ de renouatione corporum superiorum. Et circa hoc queruntur q̄tuor. Primo q̄rit̄ vtrū corpa supercelestia remunerabunt̄. Secundo vtrum quietabuntur. Tercio vtrū innouabunt̄ elemēta. Quarto vtrum innouabunt̄ plante et aīalia bruta.

Questio .j. e

Vtrum corpora supercelestia remūerabunt̄. Circa quam ꝓceditur sic et ostenditur q corpora supcele-

stia remunerabunt. Isaie. xxx. habet et textu et glossa. erit lux lune sicut lux solis. et lux solis sicut septem dierum. glo. i. sol et luna premiū sui laboris ꝑcipient. Item hoc videt ratione. quia ꝓnior est deus ad premiandū q̄ ad puniendū. sed corpoꝝ supercelestiū homine peccante lux est diminuta sicut dicit ibi glosa. ergo homine glorificato debet augeri. Ite ordo est in vniuerso conuenientissimus. ergo vno meliorato qd̓ est de pfectione vniuersi necesse est omnia meliorari que sunt de eius constitutione. sed corpora supercelestia sunt de constitutione vniuersi. ergo aut ordo corrumpit. aut si homo nobilitatur necesse est illa magis nobilitari. Item habitatio debet congruere habitatori. ergo si homo ꝓpter quē factus est mundus est nobilior factus. ergo et totus mundus. ergo et corpora mundi nobilissima. Contra. nihil qd̓ perit remunerabit. sed celi peribunt. ergo corpora supercelestia nō remunerabūt. Minor patet expresse ad Heb. j. et tu in principio etc. Et post. Ipsi peribunt. Item ratione videtur. quia nihil premiatur nisi qd̓ meretur. et nihil meret nisi qd̓ voluntarie seruit. et nihil voluntarie seruit nisi qd̓ habet liberum arbitrium. et talia nō sunt corpora supcelestia. ergo etc. Item dupliciter ɔtingit mereri ex opere. aut quia factū ex charitate. aut quia laboriosum. sed corpora supcelestia non faciunt quicq̄ ex charitate. nec mo venit cum labore. quia dicit phus q̄ mouentur sine labore et pena. ergo etc. Item cū duplex sit corpoꝝ supioꝝ ꝓprietas scz calor et lux. et seruiant nobis quantū ad vtrāq; remunerari debent q̄tū ad vtrāq;. ergo cum non remuneret sol in calore. nec luna in frigiditate. ergo nec debent remunerari in maiori lumine.

22 Rᵒ. dicendū q̄ tripliciter est aliquid remunerabile. Primo modo qd̓ est aptum natū mereri. et hoc est liberū arbitriū. Alio modo qd̓ est ipsi merenti coniunctū. vt corpus humanū. Tercio mō qd̓ est ad ipm̄ ordinatū sicut ad obsequiū. fm̄ h̄ premiatur hō aliq̄n in seipso. aliq̄n in corpore. aliquādo et eis que sunt sibi vtilia. Sic etiā premiat in seipso in corpe suo. et etiā in ipso mundo q̄ eius est habitaculum. Unde dico q̄ corpora supcelestia premiari nō est aliud q̄ hominē premiari in illis. quia dominus totum mundū hominis amore faciet pulchriorem. et ideo quia ꝓpter hominē premiat. corpora supercelestia fm̄ eam ꝓprietatē premiantur fm̄ quam sunt consona corporibus gloriosis. Hec autē est lux. et ideo in luce et splendore augebunt et crescent vt ꝓbant prime rōnes.

23 Ad illud qd̓ obijcitur q̄ peribunt. dicendū q̄ iste textus consequenter exponitur per illud. Et sicut amictū mutabis eos et mutabunt. ideo non dicuntur perire quia desināt. sed quia pulchriora efficiunt et innouant.

24 Ad illud qd̓ obijcit q̄ nō habent voluntatē. dicendū q̄ ipsa non merentur. sed homo meretur et in eis remuneratur.

25 Ad illud qd̓ obijcitur q̄ nō laborant. dicendum q̄ labor dicit dupliciter. Uno modo ꝓprie. et sic dicit opus penale. et hoc modo nec corpora supcelestia nec angeli boni laborant. Alio mō cōmuniter. et sic dicitur labor qd̓cumq; obsequiū. fm̄ quē modum angeli dicuntur laborare in vinea dn̄i. et circa nos. quia nobis obsequunt. sic et corpora celestia.

26 Ad vltimum quare non remunerant in calore patz rn̄sio. quia in hijs ꝓprietatibus debent remunerari q̄ conueniunt corporibus nostris et faciunt ad gloriā nostrā.

Questio. ij. f

Utrū corpora supcelestia quietabunt. Et q̄ sic videtur. quia motus corpoꝝ supercelestiū est ꝓpter continuam generationem. sed omnis generatio est ordinata ad multiplicationē hominū. et multiplicatio hominū ad pfectionē ciuitatis superne. si ergo necesse est illam ciuitatem perfici. necesse est cōmunē generationem cessare. ergo et motū corpoꝝ supcelestium. et sic etc. Item omnis motus est ꝓpter aliquem finem. sed omnis motus ordinatus nisi frustra sit aliquando consequit finem. sed qd̓ mouetur ꝓpter aliqd assecuto eo quiescit. ergo cū corpoꝝ supcelestiū motus sit huiusmodi. patz etc. Itē nobilior dispositio est quies q̄ motus. q̄ patet in deo. ergo si mundus post resurrectionē erit in optima dispositione. omnia corpora in eo quiescēt. Item hoc dicit ratio nō tm̄ fides q̄ omnia ꝓpter hominē et ad opus obsequij sunt creata. ergo omnia debēt habere vsū et actum conuenientē humano obsequio. sed homo incorruptibilis post resurrectionē non indiget obsequio variabili. ergo etc. Contra. Corpora supercelestia seruiunt homini. luci. et motui. sed quia luci seruiunt maiori luce remunerant. ergo qꝛ seruiunt in motu debent velociori motu remunerari. Item corpus orbiculare naturaliter est aptū ad motū. sed ꝑ gratiam aptitudo naturaliter pficitur et nō efficit imperfecta. sed vnūquodq; pfectius est quando est coniunctū suo actui. ergo corpora orbicularia actualiter mouebunt et continue. Item nihil qd̓ inest alicui fm̄ assimilationē ad deū semꝑ debet ꝑ remunerationē premiari. sed corpora supcelestia vt dicit cōmentator mouent vt assimilent deo. et in ipso motu assimilant. ergo etc. Itē motus orbicularis ꝑ naturā est interminabilis. sed deus per gloriam non destruet naturā. ergo motū corpoꝝ supcelestiū non terminat. et si hoc. ergo semꝑ mouebunt.

27 Rᵒ. dicendum q̄ sicut dicit ysidorus et habetur in litera q̄ sol et luna post iudiciū non tendent ad occasum. sed stabunt in ordine suo in quo creati sunt. Ad intelligentiam autē obiectoꝝ notandū q̄ in motu est duplicem finem considerare. scz finē intra. et iste dicit terminus siue consumptio. et finem extra et iste ē terminus intentionis. vt verbi gratia cum lapis desursum ad terram descendit. locus terre est finis qui est terminus intra. sed quies in loco est finis qui est terminus intentionis. Dico ergo q̄ quidā motus sunt recti. quidam vero motus sunt qui habent alterum per naturam. vtputa finem intentionis. alterū vero habent solum ratione ipsius principij mouentis. vt est motus circularis ipsius rote que voluit ad acuendum cutellum. Qꝛ enim rota quiescat modo vel post non est determinatū. quia semper posset moueri si esset qui posset et vellet mouere. sed quando cutellus factus est acutus. cū motus ille ordinaretur ad hoc. necesse fuit quietari vel frustra fieri. Quādo igit motus corporum supercelestiū ordinat ad complendum numerū electorum. et illum necesse est cōpleri ideo et motum terminari. cuius per naturā nō habeat terminū intra se.

28 Ad illud qd̓ obijcit q̄ remunerant in luce. ergo debent remunerari in mo

tu. dicendũ ꝙ nõ est simile. quia obsequium motus nõ ita competit corporibus beatoꝝ sicut obsequiũ luminis. Ad illud qđ obiicitur ꝙ aptitudo naturalis est perficienda. dõm ꝙ verũ est de aptitudine naturali que est ad actum pfectionis. sed que est ad actum imperfectionis nõ. Ad illud qđ obiicit de assimilatione. dicendũ ꝙ nõ assimilatur simpliciter sed in causando. ⁊ ideo ad tempus assimilat in hoc. Ad illud qđ vltimo obiicitur ꝙ est naturaliter iterabilis. dicendũ ꝙ hoc est falsum. quia ſm intentionem nature que est regulata ſm institutõnem diuinam terminabilis est. licet nõ sit terminabilis rõe termini qui respicit conditões mobilis ⁊ spacij.

Questio. iij. g

Utrum innouabũtur elemẽta. Et ꝙ sic videt. ꝓma ad Coꝝ. vij. preterit figura hui⁹ mundi. aut igitur in nihil. aut in melius. aut in peius. In nihil non. quia deus nihil permittit omnino perire. Non in peius. quia si homo melioratur. ⁊ mundus. ergo in melius Sed qđ senescit ⁊ in melius mutat innouat. ergo mundus iste. sed elemẽta sunt partes mũdi. ergo ⁊c̃. Itẽ Augustin⁹ de ecclesiasticis dogmatibus. elementa nõ dicimus abolenda sed in melius commutanda. Item ratione videt. quia aut innouabuntur omnia. aut nulla. aut quedã. Si omnia. habeo ꝓpositum. Si nulla. ergo cõsistẽt in cõtinua trãsmutatione ⁊ impuritate quã contraxerũt. sed hoc est incõueniẽs. cum sint ꝓpter hominẽ incorporalẽ ⁊ omnino mundũ. Si quedã. ⁊ quedã non. ergo soluitur armonia elementoꝝ. ergo ⁊ pulcritudo ⁊ decor vniuersi. Item ignis est complexissimũ elementoꝝ. vnde ⁊ spẽs elementoꝝ dicit. Quero igit aut ignis innouabit aut nõ. Si nõ innouat sic consumit. ergo perit nobilitas ⁊ decor elemẽtoꝝ. Si innouatur. ergo cum alia elementa magis sint accedentia ad vetustatẽ. videt ꝙ omnia debeant innouari. Sed cõtra Math. xxiiij. celum ⁊ terra transibunt. si ergo terra est stabilissimum inter omnia elementa ⁊ ipsa non innouat sed transit. nec alia innouabunt. Si dicas ꝙ nõ transit quantũ ad substantiã sed quantum ad figurã. sicut dicit ꝓma ad Coꝝ. vij. preterit figura huius mundi. tunc ergo cum figura respiciat quantitatem ⁊ dispositionem partiũ non qualitatẽ. videt ergo ꝙ alterius figure erit vniuersum. cum ergo mõ sit circulare tunc fiet triangulare vel quadrangulare ⁊c̃. sed hoc est inconueniens. ergo ⁊c̃. Itẽ super ij. Petri vltimo dicit glo. elementa quatuor quibus mundus consistit ille maximus ignis absumet. nec cuncta tamẽ consumet vt nõ sint. sed duo ex toto cõsumet. duo vero in meliorẽ restituet faciẽ. Item ratione videtur. quia si elementa innouabunt. aut ergo quantũ ad substantiã. aut quantũ ad quantitatem. Non quantũ ad substantiam. quia substantia erit eadem nõ recipiens magis ⁊ minus. Non quantum ad qualitatẽ. quia accidentia sunt inalterabilia ergo nullo modo. Si dicas ꝙ quantũ ad qualitates erit innouatio. quia qualitates iste transibunt. Contra. Forma substantialis in materia est causa immediata ipsarum qualitatũ elementariũ. ergo si posita causa immediata necessario ponit effectus. si remanebit forma substantialis in materia. ⁊ qualitates. Item calidum in summo est dispositio ad formam ignis. sed remota dispositione ⁊ priuata. per consequens priuatur forma. ergo ⁊c̃. R°. dicendum ꝙ vbi est innouatio substantia remanet eadẽ. sed sub aliis ꝓprietatibus. ideo dicendum ꝙ omnia elementa ſm substantiam remanebunt. sed quantum ad qualitates innouabuntur. Sed circa ipsas qualitates duplex est opinio. Quidam enim dicunt ꝙ tria sunt genera qualitatum in elementis. Quedam ſm quas ordinantur in mundo. vt grauitas ⁊ leuitas. ⁊ iste remanebunt. quia remanebit in mundo ordo ⁊ situs elementorum. Quedam sunt qualitates ſm quas est receptio influentie luminis sine omni corruptione. vt perspicuitas ⁊ transparentia. ⁊ iste similiter remanebunt sicut influentia luminis Quedam autem sunt ſm quas ordinantur ad agendum ⁊ patiendum. ⁊ ita per consequens ad trãsmutationem ⁊ corruptionem. et ſm has non remanebunt. Sed inter has quedam sunt actiue vt caliditas ⁊ frigiditas. quedam passiue vt humiditas ⁊ siccitas. Et que sunt actiue sunt ille que excitãt ⁊ faciunt transmutationem. ⁊ iste tollentur ab elementis ⁊ non redeunt in nihil. sed cadent in regionem damnatorum sicut vult basilius super illud. vox domini intercidentis flammã ignis. Dicitur enim ꝙ calor cedit in partem damnatorum. sed lux in regionem saluandorum. Similiter ⁊ in aqua frigiditas ad affligendum. siccum vero et humidum non tollent. sed terminabuntur. et ideo dicunt ꝙ beda dicit ꝙ duo totaliter absumentur ꝓpter coniunctionez que erat ex duplici qualitate. non quantum ad integritatem substantie sed quantũ ad totalitatem duplicis qualitatis ratione actiue. Sed quia Augustinus dicit xx. de ciuitate dei ꝙ omnium elementorum qualitates ardendo penitus interibunt. ⁊ siccitas ⁊ humiditas sunt qualitates corruptibiles. non videtur maior ratio de caliditate ⁊ frigiditate ꝙ de his duabus Ideo dicunt alij aliter ꝙ omnes res quantũ est de se appetunt esse perpetuum ⁊ diuinum. sed quedam forme sunt que appetunt continuare esse per multiplicationem sui in altero. vtputa sunt forme accidentales ⁊ ſbales. Quedã aũt appetunt continuare esse suum per continuã adherentiam cũ materia. vt sunt forme ⁊ qualitates passiue. quia igitur post iudicium aufertur ab elementis omnis ratio multiplicandi se. ⁊ dabitur virtus continuandi se in se. quia erunt incorporalia. hinc est ꝙ elementa que habent qualitates actiuas dicuntur totaliter absumi. quia omnino auferetur ab eis ratio agendi ⁊ se multiplicandi. Alia vero duo dicuntur in meliorem faciem restitui. quia appetitus continuandi in se esse qui mõ est in eis ſm esse imperfectum complebitur ⁊ perficietur. manebunt ergo qualitates omnium elementorum quantum ad substantiam. sed quantum ad ratõnem corruptionis innouabuntur. similiter ⁊ forme substantiales. Et hec opinio est ꝓbabilior. Et patent obiecta preter primum quod dicit ꝙ figura huius mundi transibit. Dico enim ꝙ figura dicitur tripliciter. Uno modo dispositio ⁊

clausione linearum. ⁊ hec nõ perit quãtũ ad terram. quia omnino est orbicularis. Secundo mõ dicitur figura exterior rei facies siue pulcritudo. ⁊ hec transibit sicut dicitur in glosa. nõ substantia. sed pulcritudo Tercio mõ figura dicitur fictio vel fragilitas a fingo fingis vt vasa figuli. ⁊ sic etiam pertransibit nõ substantia sed dispositio partium quo ad terram ⁊ pulcritudo et fragilitas.

Questio.iiij. b

Utrum innouabuntur plante ⁊ animalia bruta. Et q̄ nõ videtur. Quia que sunt ꝓpter hominis necessitatem. homine de necessitate trãseunte debent ⁊ ipsa transire. sed plante ⁊ animalia sunt huiusmodi. quia ꝓpter hominis cibum. ergo ⁊c. Itẽ omnia que innouabuntur habent formã perfectam ordinatã ad incorruptionẽ. sed plante ⁊ animalia nõ habent animas incorruptibiles. ergo ⁊c. Item si innouantur. aut ergo omnia. aut quedã. Si omnia. tunc omnes plante que fuerũt ab initio ⁊ omnia animalia occuparent centũ tales mundos. ergo oporteret mundũ dilatari. Si quedã innouantur quedã non. quero que sunt illa que innouantur. ⁊ nõ videtur esse maior ratio de vno q̃ de alio. Item innouatio est eiusdem ſm substantiã. sed forma substantialis bruti nõ corrumpitur. ergo si iterum generetur erit noui rei forma ⁊ nõ innouatio. Contra. celi ornatus innouabitur vt patet in corporibus supercelestibus. ergo pari rõne ornatus terre. sed ornatus terre sunt plante et animalia. ergo ⁊c. alioquin si nõ innouabuntur. ergo remunerabitur terra sine ornatu. ⁊ ita impfecte. g ⁊c. Item sicut corpora supcelestia ⁊ elementa seruiunt homini ⁊ ideo remunerantur. sic plante ⁊ animalia seruiunt. ⁊ magis seruiunt. quia pstant cibum. et magis laborant in seruiendo quia dant suã substantiam ⁊ moriuntur. ergo magis sunt renouãda. Itẽ plante ⁊ animalia sunt ad laudẽ dei. quia vt patet in ps. inuitantur ad laudandũ deũ. ergo si laus dei post iudicium nõ debet minui nec decrescere sed augeri. ergo nõ debent cessare plante ⁊ animalia. Itẽ que sunt de pfectione vniuersi nõ debent cessare. ſ plante ⁊ animalia sũt huiusmodi. ergo ⁊c. Prima patet. quia tunc vniuersum erit perfectius. Secũda patet. quia nũc supfluerẽt si nõ eẽnt de pfectione. ⁊ pterea sunt creata inter opera sex dierũ in quib9 mundus ẽ cõstitutus ante hominis lapsum. Item que sunt nobiliora magis sunt de pfectione. sed vegetabilia ⁊ alia nobiliora sunt corporibus elemẽtaribus. q̃a habent vitã. ergo ⁊c. Item differentie diuidẽtes generis sunt de pfectione vniuersi. ſ differẽtie accipiuntur penes hec duo. ergo hec ad vniuersi pfectionem debent innouari. R'. dicendũ q̄ plante ⁊ animalia nõ innouabuntur. ꝓpterea q̄ vltima eoꝝ pfectio est corporalis p naturã et ortum. ⁊ radicẽ habet a materia. vnde nõ sunt ydonea ad viuendũ sine durandum eternaliter. forme autẽ corporum supcelestium sunt incorporales omnino. similiter forme elementorũ incorporales sunt ſm totũ et ſm partem quantũ est in se. quia sunt corpora simplicia. vnde q̄ corrũpantur hoc est per actionem venientẽ ab extrinseco. et ideo remota illa actione remanent incorporales. ex hoc patet q̄ plante et animalia non sunt ad ornatum terre sed ad hominis obsequiũ. nec ad dei laudem. nec ad vniuersi perfectionẽ nisi ſm statum eius qui est corporalis et variabilis. ⁊ ideo nõ oportet innouari. vnde terra habebit illum ornatũ. nec oportet q̄ multiformis sit. immo ipsa vniformitas erit ei in ornatum. ⁊ ex hoc patet primũ. quia celi ornatus naturaliter est dispositus ad incorruptionẽ. Similiter huiusmodi nõ cõuenit eorum obsequiũ post resurrectionem sicut obsequiũ solis et lune. ⁊ ideo nõ remunerantur. Similiter sunt ad laudandũ deum ſm statum infirmitatis. quoniã ipse in se nõ est eis manifestus. sed cum in se cognoscetur sufficienter in se laudabitur. nec oportet ad hoc esse multitudinẽ creaturarum. Similiter sunt de pfectione vniuersi que est habitaculum hominis viuentis corporaliter. ſ post spiritualis effecti nõ. ⁊ ideo concreata sunt homini. quia homo alimonijs indiget. ⁊ pterea deus eũ peccaturũ esse psciebat. Ad illud vero qd obijcitur q̄ nobilius est, magis est de pfectione vniuersi. dicendum q̄ habere esse nobilius hic est dupliciter. Uel quia pmanentius. ⁊ quod sic est magis est de integritate vniuersi. Uel nobilius quia cõpletius. ⁊ hoc nõ magis est de integritate nisi cum pfectione cõpletionis habeat incorruptionẽ durationis. hoc enĩ ipso q̄ est corruptibile nõ est de pfectione. Ad illud qd obijcitur vltimo de differentijs. dicendũ q̄ illud nõ oportet q̄ diuisio generis in differẽtias has sit ſm statũ. potest nihilominus dici q̄ homine innouato omes differentie que spectant ad cõpletionẽ eius saluantur. vt corporeũ. animatũ. sensibile. rationale. Alie differentie. inanimatũ. insensibile. irrationale dicũt perfectionẽ cõiunctam impfectioni. Distinguendũ est igitur q̄ differentie quedã sunt pfectiue simplr. quedam perfectiue cum diminutione. et sic soluendum est illud. quia prime sunt de perfectõne vniuersi simpliciter. secunde vero solum ſm vnum statum.

34 35 36

Distinctio. xlix. De statu et conditione bonorum post iudicium.

p Ost resurrectionem vero facto vniuerso impletoq; iudicio ⁊c. Supra egit magister de iudicio. In hac parte agit de statu post iudiciuz. Et quoniã duplex est status ſm duplicem ciuitatem. vnam scz hierusalem. ⁊ alteram babilonis. ideo pars ista duas habet. In prima determinat statum ⁊ conditionem bonorum. In secunda statum et cõditionẽ damnatoꝝ. infra dist. l. Hic oritur questio ex pmissis ⁊c. Prima pars habet duas. In prima parte determinat beatitudinez ⁊ gloriam a parte spiritus. In secunda vero ex parte corporis. ibi. Post hec queri solet si beatitudo ⁊c. Prima pars habet tres partes. In prima determinat quid sit beatitudo ⁊ quid sit esse beatum. In secunda vero determinat de beatitudinis appetitu. ibi. Solet etiam queri de beatitudine. In tercia vero determinat modum participandi. vtrũ equaliter participetur a diuersis. ibi. Solet etiam queri vtrum aliquid de deo cognoscat.

Determinat beatitudinē ⁊ gloriā ex parte anime ostendens quid sit beatitudo. ⁊ quid esse beatum. a

Dis. XLIX.

Post resurrectionē vero facto vniuerso impletoq̧ iudicio. suos fines hēbunt ciuitates due. Una xp̄i. alia dyaboli. Una bonoꝝ. altera malorum. vtraq̧ tñ angeloꝝ ⁊ hominū. Istis volūtas. illis facultas nō poterit esse peccandi. vel vlla conditio moriendi. Istis in eterna vita feliciter viuentib⁹. illis infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate durantib⁹. qm̄ vtriq̧ sine fine. Sed in beatitudine isti. alius alio p̄stabilius. in miseria vero illi. alius alio tolerabilius ꝑmanebūt. Ex hys apparet ꝙ sicut boni differenter glorificabunt̄. alij magis. alij minus. ita ⁊ mali differenter in inferno punient̄. Sicut em̄ in domo patris. i. in regno celoꝝ mansiones multe sunt. id est p̄mioꝝ differentie. ita ⁊ in gehenna diuerse sunt mā̄siones. i. supplicioꝝ differentie. Omnes tñ eternā penā patient̄. sicut oēs electi eundē habebunt denariū quē paterfamilias dedit omnibus qui opati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnib⁹ electis cōmune intelligit̄ scʒ vita eterna deus ipse q̄ omnes fruentur sed impiter. Nam sicut erit differens clarificatio corpoꝝ. ita differens gloria erit animarū. Stella em̄ a stella. i. electus ab electo differt in claritate mētis ⁊ corporis. Alij em̄ alijs vicinius clariusq̧ dei spēm contēplabuntur. ⁊ ipsa contēplandi differētia diuersitas mansionū vocat̄. Dom⁹ ergo est vna denarius est vnus. ꝟ diuersitas ē ibi mansionū. i. differentia claritatis. quia vnū est ⁊ summū bonū beatitudo ⁊ vita oīm. i. deus ipse. Hoc bono oēs electi ꝑfruunt̄. ꝟ alij alijs plenius. ꝑfruent̄ vero videndo ꝑ spēm non ꝑ speculū in enigmate. Habere ergo vitā est videre vitā. i. cognoscere deū in specie. Unde veritas ait in euangelio. hec est vita eterna vt cognoscāt te et quē misisti iesum xp̄m esse vnū et solum verū deum. hoc est habere vitam. id est cognoscere te. nō est ipsa cognitio que tu es. sed per cognitionē habere bonum qđ tu es. i. vita.

Aug. i ench.

Joh. xiiij.

Cassiodorus

Math. xx.

j. Coꝛ. xv.

j. Coꝛ. xiij.

Joh. xvij.

Determinat de btitudinis appetitu. an scʒ oēs hoīes velint eē beati. b

Solet etiā queri de beatitudine vtrum eam oēs velint ⁊ sciant que sit vera beatitudo? De quo Aug. in. xiij. li. de trinitate ita disserit. Mirū est cū capescende retinendeq̧ beatitudinis voluntas vna sit oīm. vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatū. nō ꝙ eam aliquis nolit. sed ꝙ nō oēs eā norint. Si em̄ eā oēs noscerēt. nō ab alijs putaret̄ esse in ꝟtute animi. ab alijs in voluptate corporis. ab alijs atq̧ alijs alibi atq̧ alibi. Quō ḡ oēs amant qđ nō omnes sciunt? Quis pōt amare qđ nescit sicut supra disputaui? Cur beatitudo amatur ab omnib⁹ nec tñ scitur ab omnib⁹? An forte sciunt oēs que ipa sit. ꝟ nō oēs sciunt vbi sit. ⁊ inde cōtentio est? An forte falsuꝫ est qđ ꝓ vero posuim⁹ beate viuere oēs homines velle. Si em̄ beate viuere est (verbi gr̄a) ꝟm animi ꝟtutē viuere. quō beate viuere vult q̄ hoc nō vult? Nonne verius diximus hō ille nō vult beate viuere. quia nō vult ꝟm virtuteꝫ viuere. qđ solū est beate viuere. Non ḡ oīs beate viuere volunt. imo pauci hoc volunt. si nō est. beate viuere nisi ꝟm ꝟtutē animi viuē. qđ multi nolūt. Ita ne falsum erit. vnde nec ipse cicero dubitauit. ait em̄. Beati certe omnes esse volumus. absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? an dicendū est etiā si nihil aliud sit beate viuere q̄ ꝟm virtutē animi viuere. tñ ⁊ qui hoc nō vult beate viuere vult. nimis quidē hoc videt̄ absurdū. Tale em̄ est. ac si dicamus. qui non vult viuere beate. beate vult viuere. Istam repugnantiam quis audiat? quis ferat? ⁊ tamen ad hanc cōtrudit necessitas. si ⁊ omnes beate viuere velle verū est. ⁊ non oēs volūt sic viuē. quō solū viuitur beate. An illud ab hijs angustijs poterit nos eruere. si dicamus nihil esse beate viuere nisi viuere ꝟm delectationem suam. et ideo falsum non esse ꝙ omnes beate viuere velint. quia omnes ita volunt vt quemq̧ delectat. Sed illud quidem falsum est. Uelle enim quod non deceat. est esse miserrimum.

nec tam miserum est non adipisci qḋ velis ꝙ adipisci velle quod nō oporteat. Quis ita cecus sit vt dicat aliquem ideo beatum. quia viuit vt vult. cum perfecto ⁊ si miser esset. minus tamen esset. ⁊ si nihil eorum que perperā voluisset habere potuisset. Mala enim voluntate vel sola miser quisq; efficitur. sed miserior cum desiderium male voluntatis impletur. Qua propter quoniam verum est ꝙ omnes homines esse beati velint. idq; ardentissimo amore appetant. ⁊ propter hoc cetera quecunq; appetunt. nec quisq; potest amare qḋ omnino quid vel quale sit nescit. nec potest nescire quid sit quod se velle scit. sequitur vt omnes beatam vitam sciant. omnes autem beati habent quod volunt. Quis non oēs qui hn̄t qḋ volunt continuo sint beati. Continuo aūt miseri sunt qui vel non habent qḋ volunt. vel id habent qḋ non recte volunt.

Quis sit btūs.

Beatus ergo non est nisi qui ⁊ habet omnia que vult. ⁊ nihil vult male. Ille quippe beate viuit qui viuit vt vult. nec male aliquid vult. Cū ergo ex hijs duobus constet beata vita. licet in malis sit aliquis bonus. non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac vita qui in hijs miserijs fidelis ⁊ bonus est venerit ad beatam vitam. tunc erit vere qḋ nunc nullo modo esse potest. vt sic homo viuat quomodo vult. Nō enim ibi volet male viuere. aut volet aliquid qḋ deerit. aut deerit aliquid quod voluerit. quicqd amabitur aderit. nec desiderabitur quod non aderit. Et omne quod ibi erit bonum erit. ⁊ summus deus summū bonum erit. ⁊ quod est omnino beatissimum. ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle omniū hominū est. beatos se esse velle omnes in corde suo vident. nec tamen omniū est fides qua ad beatitudinem peruenitur.

Determinat modum participandi beatitudinem. vtrum equaliter participetur a diuersis. c

Solet etiam queri vtrum aliquid de deo cognoscat aliquis magis meritus vt petrus. qḋ non cognoscat aliquis minus meritus vt linus. Pluribus videtur ꝙ omnia de deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscant. sed differenter. Nihil enim in deo noscibile maius dignius q; videtur ꝙ eum intelligere trinum ⁊ vnum. hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. vnde sequitur vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt quorū cognitio seruit beatitudini. sed in modo videndi differunt. Alius enim alio magis. alius alio minus fulgebit.

De paritate gaudij. Aug. de ciui. dei

Solet etiā q̄ri an in gaudio dispares sint. sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Augustinus ait. Multe mansiones in vna domo erunt scilicet varie premiorum dignitates. Sed vbi deus erit omnia in omnibus. erit etiā in dispari claritate par gaudium. vt qḋ habebunt singuli. commune sit omnibus. quia etiam gloria capitis omniū erit per vinculum charitatis. Ex hijs datur intelligi ꝙ par gaudium omnes habebunt. ⁊ si disparem cognitionis claritatem. quia per charitatē que in singulis erit perfecta. tn̄ quisq; gaudebit de bono alterius. quantum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudiū. videt̃ ꝙ par sit omniū beatitudo: qḋ cōstat omnino nō esse. Ad qḋ dici potest ꝙ beatitudo par esset si ita esset par gaudiū. vt etiam par esset cognitio. S; quia hoc nō erit. nō faciet paritas gaudij paritatē beatitudinis. Potest etiā sic accipi par gaudiū vt non referat̃ paritas ad intentiōnem affectionis gaudentiū. sed ad vniuersitatem rerū de q̄bus gaudebit̃. quia de omne re vnde gaudebit vnus gaudebunt omnes.

D intelligentiā huius partis querit̃ de beatitudine. ⁊ de hoc sex querunt̃. Primo queritur quid sit beatitudo. Secundo qualit̃ sit appetibilis. Tercio in quo sit. Quarto s̄m quid insit. Quinto de eius actu siue operatione. Sexto de differentia participatione.

Questio. j. a

Circa quam sic proceditur ⁊ ostenditur ꝙ beatitudo sit bonū creatū. quia beatitudo est pfectio beati. Sed omnis pfectio creature est creata. quia deus nullius est forma pfectiua. ergo beatitudo est bonū creatū. Itē omne creatū qḋ nō est transcendens vt ens

ꝛ vnū est alicuius generis determinati. ſ beatitudo est bonū creatū vt ꝓbatum est. ꝛ nō est trāſcendens eo ꝙ in paucissimis reperitur. ergo ꝛc. Item qḋ est generis determinati ꝛ est in aliquo ita ꝙ sine eo res pōt esse est in genere accidentis. ſ beatitudo est huiuſmodi. ergo est in genere accidentis. Itē omne bonū generis determinati ſm qḋ homo denominat̄ qualis. ꝛ qḋ est ꝑfectio ipſius anime est in pma specie qualitatis q̄ est habitus ꝛ diſpoſitio. ſ beatitudo est bonū creatū ꝛ generis determinati vt ꝓbatū est ꝛ ꝑficit naturā. hoc constat. ergo ꝛc. Contra. ꝙ nō sit bonū creatū videt̄. quia beatitudo satiat nostrū appetitū. ſ nihil satiat aie humane appetitū niſi sola trinitas. quia cū sit nata capere deū. nihil minus deo ipſam implet. ergo ꝛc. Ite beatitudo est finis vltimus vltra quē nō est finis alius. ſ finis vniuerſalis est solū bonū increatū ſicut principium primū. ergo ꝛc. Itē ꝙ nō sit generis determinati videt̄. quia vt dicit boetius. beatitudo est status oim bonorum aggregatione ꝑfectus. ergo complectit̄ oē bonū. Sed omne bonū in pluribꝰ generibꝰ determinatur nō in vno. ergo ꝛc. Itē ꝙ nō sit in genere accidentis videt̄. quia beatitudo est nobilissima oim ꝑfectionū. ſed accidentalis forma minꝰ habet de nobilitate q̄ ſbalis. ergo impoſſibile est ꝙ beatitudo sit in genē accidentis. Itē ꝙ nō sit i q̄litate videt̄. q̄a phs diffinit felicitatē dicens ꝙ est actus ſm virtutē ꝑfectus. ꝛ ꝙ ita sit patet. quia habitus ꝑficit̄ ꝑ actū Si ergo beatitudo est vltima perfectio est actus. ſed actus est in genere actionis. ergo ꝛc. Rꝰ. dōm ꝙ beatitudo est finis satians nostrū appetitū. Satiās autē nostrū appetitū est dupl'r. Uel ſicut obiectū vel ſicut informās. Satians nostrū appetitū ſicut obiectum solus deus est. ad quē capiendū humana anima ordinat̄. Satians autē ſicut informans est ipſa influentia dei in animā que est ipſa deiformitas ꝛ satietas. Non beatitudinis cōmune est ſm ꝑus ꝛ posterius ad beatitudinē increatā. que est finis satiās vt obiectū. ꝛ ad creatā que est satians vt informans. ꝛ per ꝑus dr̄ de beatitudine increata. ꝑ posterius de creata. quia nō satiat influentia obiecti niſi ꝓpter obiectum. Et ex hoc patet ꝑmū. quia boetius loquitur de obiecto satiante. ſimil'r de fine qui terminat intentionē. ꝛ de fine qui informat. Ad illud qḋ obijcitur ꝙ nō est generis determinati. dico ꝙ immo. Qꝛ obijcit ꝙ est status cōtinens omnia bona. dico ꝙ cōplecti omnia bona. hoc pōt esse dupl'r vel ſm veritatem. vel ſm equiualentiā. Scḋm veritatē nō oportet ꝙ omnis generis bonū cōtineat. continet tamen ſm equiualentiā. quia cōtinet tm̄ bonū qḋ sufficit ꝛ equiualet immo ꝑponderat omni bono. ꝛ tale non potest esse generis determinati. Ad illud qḋ obijcitur ꝙ nobilior est perfectio ſbalis. dōm ꝙ istud est verū quantū ad primū esse. nō tamen quantū ad eē scḋm siue bene eē. imo accidētalis forma est ꝑfectio ipſius cōpoſiti q̄ntum ad bene esse. ſicut patet de colore et odore in rosa. Aliter pōt dici ꝙ accidens est duplex. Quoddā nāqꝫ est qḋ causatur ex principijs subiecti. ꝛ tale ignobilius est ſbali forma ꝓ eo ꝙ ab ipſa hꝫ originē. Quoddā qḋ causat̄ a ſupiori. ꝛ tale pōt esse nobilius ꝓ eo ꝙ dirigit cui iungit̄. Et qꝛ beatitudo iungit animā summo deo vbi est terminatio omnis appetitus. ꝛ ortū habet a deo nō ab aīa. ideo patet illud. Ad illud qḋ querit̄ cuiꝰ generis sit. dicendū ꝙ beatitudo creata nō dicit actum pure. quia constat ꝙ actus glorioſus ab aliquo habitu ꝓcedit. Nec dicat habitū pure. quia dicat ꝑfectionē summā q̄ est in actu cōtinuo. ideo necesse est vt dicat habitū vt actū siue in actu. ſicut ſi diceret scientiā que semꝑ est in cōſiderando. quia vero ꝑncipalius dicat habitum ꝛ deiformitatē. ideo ꝛ ſi dicat rem duplicis generis. tū ꝑncipalius genus qualitatis. Et est exemplū. quia figura dicit diſpoſitionē qualitatis in quantitate. ꝑncipalius tū̄ diſpoſitionē. vnde dicat qualitatē in quantitate. ꝛ est in genere qualitatis. ſimil'r intelligendum est in ꝓpoſito.

Questio .ij. b

Qualiter beatitudo sit appetibilis. Et querit̄ vtrū omnes appetant beatitudinē verā. Et ꝙ ſic videtur. quia dicit Boetius ꝙ inserta est mētibus hoim veri boni cupiditas. ſed verū bonū est qḋ nos beatos efficit. ergo oēs appetunt beatitudinē verā. Item phs dicit ꝙ omnia bonū exoptant. aut ġ exoptant bonū q̄ḋcunqꝫ. aut bonū qḋ sufficit. Si q̄ḋcūqꝫ. tūc processus est in infinitū. Constat ergo ꝙ bonū quod sufficit. ſed nullū bonū est sufficiens implere animā humanā niſi beatitudo vera. ergo oēs homines appetunt beatitudinē verā. Itē ꝙ hō appetat beatitudinem. aut hoc est naturale. aut deliberationis. Si deliberationis. ergo pōt appetere cōtrariū scꝫ miseriam. cuiꝰ contrariū dicit Aug. in .iij. li. de li. ar. ġ appetit appetitu nāli. ſed nālis appetitus est cōmunis omnibꝰ ꝛ ꝑpetuus. ergo ſi talis est appetitus beatitudinis. patet ꝛc. Item vnūquodqꝫ ꝑfectibile naturaliter appetit suā ꝑfectionē. ſ anima humana nata est ꝑfici beatitudine vera. ġ omnis aīa appetit beatitudinem verā. Contra. in vita possumꝰ diligere incognita nequaq̄ vt dicit Augꝰ. ſed multi sunt qui ignorant q̄d sit ꝛ vbi sit beatitudo nostra. qḋ patet. quia ponunt beatitudinē in diuitijs ꝛ honoribus. ġ ꝛ beatitudinē verā nō appetunt. Item peccatū est spreto bono incōmutabili rebꝰ cōmutabilibꝰ adherē. ſ btitudo ē bonū incōmutabile. ġ ois pctōr beatitudinē veraꝫ spernit. ġ nullus appetit. Si dicas ꝙ spernit appetitu deliberatiuo. ſ appetit naturali. hoc nihil est. quia qḋ naturale est nō assuescit in ꝯtrariū. ergo nunq̄ ꝑ assuefactionē spernere poterit. Itē beatitudo aut appetit̄ ꝓpter se aut ꝓpter aliud. Si ꝓpter aliud. ergo nō appetitur vt beatitudo. quia illud facit beatū in quo finis constituit̄. appetit̄ ergo ꝓpter se. ſed multi sunt qui fruunt̄ vtendis ꝛ vtunt̄ fruendis. ergo multi sunt qui verā beatitudinē non appetunt ꝓpter se. ġ nec appetunt. Itē ſi appetit̄ aut in rōne comodi. aut in rōne honesti. Si in rōne comodi. cū appetitus comodi sit in animalibꝰ brutis. ergo ꝛ beatitudinis. Si in rōne honesti. cū amor honesti nō sit in malis. ergo nō appetit̄ ab ipſis malis. Rꝰ. dōm ꝙ cū duo sint que faciant appetitū scꝫ cōuenientia ꝛ indigentia. q̄m igit̄ anima rōnalis creata ē ad dei imaginē ꝛ ſimilitudinē ꝛ facta est capax boni sufficientissimi. ꝛ ipſa sibi non sufficit. cū sit vana ꝛ deficiens. ideo dico ꝙ verā beatitudinē appetit naturaliter. Ad illud ergo qḋ obijcit̄ in cōtrarium ꝙ multi ignorant veram beatitudinē. Rñdent aliqui ꝙ ante appetitum deliberatiuū oportet cognitionem ꝑcedere. ſed nō appetitū naturalē. Sed hoc nihil est. quia ſicut in nobis est duplex amor. naturalis ꝛ deliberatiuus, ſic ſil'r ꝛ duplex cognitio. ġ ſicut

deliberatiua cognitio deliberatiuũ amorẽ p̃cedit. sic nãlis naturalem. Et ꝓpterea dicendũ ꝙ sicut duplex est instinctus ad bonũ scꝫ in generali ⁊ in sp̃ali. sic ⁊ duplex appetitus. ⁊ dictamen boni in generali venit a cognitione nãli. et q̃tum ad hoc nõ est error. ſ dictamen in sp̃ali illꝰ vel illius nõ est oĩno ab habitu naturali. ſ p assumptionẽ factam a rõne deliberante. ⁊ circa hoc est error. Silr̃ et de appetitu intelligendũ. oẽs ergo habẽt appetitũ beatitudinis vere in generali. ⁊ habent cognitionẽ in generali. oẽs eñ credũt ꝙ beatitudo sit bonũ qḋ sufficit. ⁊ oẽs istud appetũt In sp̃ali vero qñ assumit hoc sufficit scꝫ honor vel pecunia. errat cognitio ⁊ declinat affectio. Et est silẽ de eo qui vult emere aurũ. ⁊ credit hoc frustũ auricalci esse. et frustũ auri credit esse auricalcũ. Si queras ab eo in generali quid velit emere. rñdet aurum Si queras qḋ frustũ vult emere. rñdebit ꝙ hoc demõstrato auricalco. Silr̃ si ab auaro queras vtrum appetat beatitudinẽ verã ⁊ velit habere. rñdebit ꝙ sic. Si queras quid velit. vtrũ paradisum vel denarium: Rñdebit denariũ. ⁊ huiꝰ rõ est. quia hic credit sufficientiã. ibi nõ. Si queras quõ cognouit in generali. dico ꝙ innata est illa cognitio. Si queras p q̃d. dico ꝙ sufficientiã cognoscit p indigentiã. Si opponas ꝙ p̃uatio nõ est via cognoscendi habitũ. dicendũ ꝙ est quedã indigentia oĩno p̃uans q̃dã disponẽs ⁊ inclinans. et hec ẽ rõ cognoscẽdi. vñ si materia necesse haberet potentiã cognoscendi. cognosceret vtiqꝫ formam ad quã inclinat̃ et disponit̃. sic anima sufficiẽtiam p suã indigentiã. Posset tñ dici ꝙ cognitio beatitudinis ⁊ multarũ rerũ naturaliũ reputa numerꝰ nãlis nobis innata est. et si anima creata dicat̃ esse vt tabula rasa hoc intelligit̃ solũ quantũ ad sp̃es et similitudines q̃s cognoscit p sensus. Uel dicat̃ tercio mõ sicut in p̃mo libro dictũ est de charitate quõ cognouerit eam qui non habet. ⁊ tñ sine receptione speciei a sensibus. Quilibet istoꝝ modoꝝ multũ est [8] pbabilis. Alia duo patẽt. Ad vltimũ dicendũ ꝙ beatitudo appetit̃ sub rõne comodi. ſ illud comodũ est ꝓpriũ nature rõnalis. quia hec sola est capax dei p cognitionẽ et amorẽ. vnde ⁊ si animalia appetãt comodũ. illud appetunt ad qḋ sunt.

Questio. iij. C

53 Rº. dicendū ꝙ omnes cōcordant in hoc ꝙ corpora illa sunt incorruptibilia et indefectibilia. ſ rationē sumūt ex diuersis causis. Quidā em̄ dicūt ꝙ elemēta sunt in corpore glorioso ſm substantiam nō ſm qualitates. ⁊ ideo quia substantie nihil est cōtrariū. ⁊ vbi nulla cōtrarietas nō est pugna nec dissolutio. ideo ⁊c. Sed hoc improbatū est. quia natura debet remanere. Alij dicūt ꝙ sunt ibi ſm q̄litates sed q̄litates nō agunt nec patiunt̄. ⁊ hoc diuina virtute mirabiliter faciente. ⁊ hoc est iterū improbatū. quia si miscent̄ constat ꝙ frangunt̄. ⁊ mutuo agunt ⁊ patiunt̄. Tercij dicunt ꝙ sunt ſm substantiam et q̄litates ⁊ actus. Sed tamē actus sūt in ipsa mixtione. sed post non. quia in eis dominat̄ natura celestis que omnino reconciliat elementa ⁊ quasi naturam elementarem absorbet. ⁊ transfert̄ totum corpus in naturā celestem. vnde debet̄ eis locus celestis et incorruptibilitas. Sed adhuc est dubiū quomō natura celestis sit de compositōne corporis nostri. quia sic non tm̄ videt̄ componi ex quatuor elemētis. Et ideo aliter dicendū ꝙ elementa manēt in corpore illo ſm 54 substantiam ⁊ qualitates ⁊ operationes. Sed attendendum ꝙ quadruplex est opatio elementoꝝ. Una quantum ad constitutionē. ⁊ hec est mixtionis. Alia quantū ad conseruationē. ⁊ hec est ministeralis delatio caloris vitalis p̄ corpus. Tercia est pugna ordinans ad dissolutionē. Quarta exterioris impssionis per quā alicui⁹ elementi operatio intendit̄ ⁊ pugna oritur. Prime due opationes manebunt. secunde due nō manebūt que ordinant ad dissolutionem ⁊ ideo corpus erit indissolubile. Ratio aūt quare nō manent est triplex. Prima est ppata mixtio confringens contrarietatē. Secunda est elementariū appetituum quietatio. Tercia est anime influentis cōseruatio. Et ratione pmi nō pugnant. rōne secundi nō possunt pugnare. ratione tercij necesse habent quiescere.

55 Ad illud ergo qđ obijcitur ꝙ compositū ex contrarijs est dissolubile. dicendū ꝙ illud debet intelligi quando cōtraria habent cōtrarios appetitus 56 ⁊ interminatos. Ad illud ergo qđ obijcit̄ ꝙ corpus nobilioris complexionis facilius patit̄. dicendū ꝙ hoc nō est verū simpliciter loquendo immo ꝯtrariū. quia est fortioris virtutis. nec habet locū in homine nisi rōne penalitatū inflictarū. 57 Ad illud qđ obijcitur vtrū in puncto. dicendū ꝙ nō oportet. nec tamē mutuo pugnant. quia neutrū p̄ualet licet aliquo mō excedat. Preterea nō appetit se mltiplicare nec ab illo diuidi. ⁊ ideo etiā si excedat nō corrūpit aliud. 58 Ad illud qđ obijcit̄ de calore. dicendū ꝙ ex cōplexione inequali nascit̄ calor elemētaris cōsumens. ex cōplexione vero equali calor celestis cōseruans. et ideo quia tūc elementa erunt pfecta ⁊ contēperata. calor vitalis erit assimilatus nature celesti. ⁊ ideo non consumet nec indiget pabulo.

Questio. ij. o

Utrū corpus gloriosum sit passibile passione veniente ab extrinseco. sicut igne vel cultello. Et ꝙ nō videtur. quia dicit Anshel. ꝙ erūt oīpotentes sue voluntatis sicut deus sue. ergo si volūtas animatū est in conseruatione corporis. ergo nihil poterit corp⁹ aie ledere.

Itē omnis passio magis facta abijcit a substātia. ergo si est passibile ab exteriori. ergo pōt eē abiectio a substantia. ergo ⁊ corruptio. sed supra pbatū est ꝙ ē incorruptibile ⁊ immortale. ergo ⁊c. Itē nihil cōpositū pōt pati exterius quod nō possit pati interi⁹. sed corpus gloriosum nō pōt pati interi⁹. ergo ⁊c. Cōtra. corpus gloriosum cōstat maliter ex terra. ſ terra nō pōt manente forma quā habet tm̄ sublimari ꝙ sit igne superior. ergo manet infra ignē. ergo si inferius patit̄ a superiori. ⁊ tale corpus est inferius igne. videt̄ ⁊c. Itē corpus nobilissimū est inferius infimo spū quantūcūq peccatore. ſ spūs peccatoꝝ positus in igne patit̄. ergo corpus humanū quantūcunq nobilitatū potest ab igne pati. Item omne continuū est diuisibile. omne diuisibile participabile. ⁊ omne participabile est passibile ab exteriori. ergo ⁊c. Item quandocūq corpus durū obuiat molli necesse est illud diuidere si sit impellentia vehemens. esto ergo ꝙ cutellus obuiet glorioso. aut ergo est durius cutello. aut cutellus penetrat. sed nō est durius cum sit carneum. ergo ⁊c.

59 Rº. dicendum ꝙ corpus gloriosum est impassibile ab extrinseco omni genere actionis corrūpentis. Hoc autem est duplex. scʒ per influentiam. sicut ignis comburit corpus. per violentiam sicut cutellus diuidit. prima non est in corpore glorioso. Quia talis influentia aut est ſm ordinem iusticie. ⁊ hec est in demonibus et peccatricibus animab⁹ ſm ordinem iusticie. sed in corpore glorioso non est talis passio. quia non meruit puniri. Alia est ſm ordinem nature. ⁊ ista est solum quando patiens est talis nature ꝙ materia illa appetit esse sub alio actu. priuatio enim est principiū patiendi. Quoniam autem in corpore glorificato iam terminati sunt appetitus. ideo si gloriosum corpus poneret̄ in igne inferni non lederetur. Et per hoc patʒ solutio ad duo prima. quia demon patitur ſm ordinem iusticie licet sit superior per naturam. Patet etiam illud qđ obijcit̄ de terra. quia terra patitur quia materia est rationem habens priuationis. Alia est actio p̄ violentiam. et de hac dicunt aliqui ꝙ non patitur. quia nemo est qui inferat. et si esset aliquis qui vellet inferre corpus posset actionē illam declinare.

sed tunc fm istam viam corpus adam ante lapsum habuisset votem impassibilitatis. Ponat etiã p impossibile q cutellus applicetur ventri. aut venter resistit. aut nõ. Si nõ. ergo patit z cutellus subintrat. z ita est passibile. Si resistit. quero p quã naturam. Et dicunt aliqui q habet naturaz quinte essentie q nõ est secabilis nec diuisibilis. vnde si iuxta solẽ esset z inpingeret cutellum nõ ptransiret z nõ resisteret p naturã duri z mollis. sed quia caret duricia z molli-
60 cie z passibilitate. Sed quia hoc difficile est intelligere. ideo dõm q corpus gloriosum nõ põt pati p violentiam corporis obuiantis. quia omne corpus est peruiũ ei z illud ptransit sicut videbitur. vnde sicut si aliquis haberet cutellũ cristallinũ nõ expelleret radium p eius vsum. immo radius penetraret. vnde nõ pateret ab ipso. sic in pposito intelligendũ corp⁹ gloriosum penetrare cutellũ. Qz ergo dicit omne cõtinuũ diuisibile. intelligendũ est de diuisione mathematica. nõ de diuisione naturali de qua hic opponit. Sic em̃ exponit Anshel. qđ istud intelligit fm intellectum. nõ fm habitum.

Onsequenter querit de dote claritatis. de qua duo querunt. Primo querit de ipsa in se. Secundo in comparatione.

Questio. j. p

Utrũ corpora illa sint peruia. an colorata. an luminosa. Qz autẽ sint peruia videtur. Grego. sup illud Job. xxviij. Non adequabitur ei aurũ zc. Uniuscuiusqz mentẽ ab alteri⁹ ocul. mẽbrorũ corpulẽtia ñ abscondet. Sz h nõ essz nisi eẽnt puia. g zc. Itẽ rõe videt. quia plus subtiliat corpus p gloriaz q̃ possit p naturã aut artem. sed natura z ars de obscuro facit peruiũ subtilando. vtpote de cinere vitrũ. g multofortius illa. Itẽ in visceribus corporis gloriosi est pulcerrima armonia. Sed hec hec nata est delectare visum. ergo si corpora resurgent in eadẽ dispositione in qua pñt pfecte delectare. g intus z extra. z hoc nõ pñt nisi sint peruia. g zc. Sed q sint colorata videtur. quia dicit Aug⁹. xxij. de ciuitate dei. ca. xix. omnis pulcritudo est partiũ conuenientia cum quadã coloris suauitate. Sed corpora gloriosa erũt pulcerrima. ergo habebũt suauitatẽ coloris. Itẽ phus dicit q color est extremitas pspicui in corpore terminato. sed corpora gloriosa sunt corpora terminata cum sint eadẽ que nunc. z habent naturã pspicui. ergo zc. Item ad hoc est ratio. quia ad colorẽ duo cõcurrunt scz lux z quatuor q̃litates. z ista sunt in corpore glorioso. ergo zc. Itẽ rõne videt. quia corpora gloriosa erunt obiecta visus non media videndi. g nõ erunt transparentia. Sed q sint penitus luminosa videt Math. xiij. fulgebunt sicut sol in regno zc. Si ergo sol nec puius est nec coloratus. ergo zc. Item seipsis videbunt. ergo erunt luminosa non colorata. Itẽ nobilior qualitas est peruietas q̃ color z lux. sed corpora illa erunt pfectissima int corpora. ergo erunt potius luminosa. R°. oportet omnes concedere q corpora illa sint lumi-
61 nosa. sed volunt aliqui q simul sint luminosa z peruia fm aliam z aliam rationẽ. Paruia pter subtilitatem. luminosa vero rõne claritatis z fulgoris supadditi. Sed ista positio nõ est cõueniens. quia si peruia esset nõ terminarẽt visum. nõ haberẽt distinctionem in partibus. z ita oculi nõ possent discerni a naso. Et iterũ magnitudo luminis nõ patitur corpus esse transparens. vt patet in sole in quo est luminis aggregatio. z in candela. Alij voluerunt dicẽ q erũt simul luminosa z colorata. Colorata p naturã quatuor elementorũ z earum qualitatũ ex quibus constat corpus humanũ. Sed luminosa ratione luminis supadditi. Nec hoc est inconueniens vt dicunt. sicut patet in nocticula que est corpus coloratum in die sed lucens in nocte. Sed positio est conuenientior. quia constat q homines recognoscentur in patria. vnde habebunt effigies quas habuerũt. z aspectus oculorũ gloriosorum puenient vsqz ad superficiem corporis illius splendentis. sicut ensis p multã tersionẽ non amittit colorem. sed eius color addit splendor. sic in pposito. Sicut etiã carbo per sui naturam alicuius coloris est. adueniente autem igne efficitur luminosus. z tamẽ nihilominus est coloratus. quia ẽ ibi lux materie terrestri incorporata. Sic in pposito intelligendũ q corpus resurgens p naturam suam habebit colorem. z claritas luminis superinducet ipsum sicut ignis carbonem. Concedende igitur sunt rationes q corpora gloriosa sunt colorata z luminosa fm duplicem naturam vt visum est.

62 Ad illud qđ obijcitur q corpulentia nõ obsistat menti. dicendũ q ex hoc nõ sequitur q sint peruia. quia nõ magis videt mens per corpus peruium q̃ per solidum. sed hoc vult dicere q ita cogitationes z affectiones habebunt intus in corpore vt sint patentes.
63 Ad illud qđ obijcitur q armonia visum debet delectare. dicendũ q armonia illa nata ẽ delectare visum nõ corporalem sed spiritualem. z hũc delectat z delectare potest etiã si corpus non sit peruium. ideo patet q illud non valet.

Questio. ij. q

De claritate in comparatione. Et querit vtrum corpora gloriosa possint claritatem suam fm imperiũ anime oculis nostris occultare. Et q sic videt. quia xp̃s post resurrectionẽ apparuit discipulis in eadẽ effigie z colore in quo prius. sed sicut dicit Augustinus de ciuitate dei. xp̃us sua resurrectione ostendit quale sit futurũ corpus nostrũ. ergo alia corpora similiter poterunt. Item corpus illud est in perfecta obedientia respectu aie. ergo apparet z resplendet fm plus z minus vt anime placet. Item claritas illa oculis nõ clarficatis est improportiõnalis. ergo q ab eis videatur est intensionis. g occultatio ipsi⁹a nr̃is oculis ẽ de nã ipsi⁹ gloriose lucis. Contra. Quanto aliquid luminosius est. tanto min⁹ potest visum latere. Sed corpus gloriosum est magis luminosum q̃ nõ gloriosum. sed hoc nõ potest latere. ergo nec illud. Item lux se manifestat illuminando. sed illuminare est actus lucis naturalis z essentialis. ergo cũ nihil possit priuari actu essentiali ipso saluato in esse. impossibile est quin corpus gloriosũ irradiet. ergo impossibile est quin illuminet et sensui manifestet. Item sicut se habet pati ad impassibile. ita occultari ad lucem. sed corpus gloriosum non potest pati quia est impassibile. ergo nec occultari. cum sit luminosum. R°. ad hoc dicunt ali-
64 qui q claritas corporis gloriosi visui in suo glo-

riosō est manifesta. et ei occultari non potest. oculo nō glorificato est occulta. τ ei nō potest manifestari. q2 est ei improportōnabilis. Vñ quia occultare est de manifesto occultū facere. ideo dicūt simpliciter q nō pōt. Nec est trahendum ad ↄsequentiaʒ de xp̄o quia mus erat. Sed istud est mirum dicere q claritas corporalis oino sit improportōnalis τ occulta. τ quia si nō in se. saltem possit videri in irradicatōne. Et preterea videt xp̄s nō mirabilia fecisse. sed argumenta resurrectōnis ostendisse. Et ideo aliter dicendum q corporis qualitas ſm exigentiā eius in q̄ est agit. corp⁹ autē gloriosum est subtile. τ p subtilitatem suam pōt omne non gloriosum penetrare vt infra patebit. Pōt etiā resistere. τ ideo dico q q2 corpus gloriosum per effectum sp̄ualis potentie pōt omē corpus penetrare. pōt τ penetrare oculū. τ tūc nō erit obiectū eius. τ ideo pōt latere. Rursus. q2 pōt corpori se obijcere. potest τ claritatē suam oino ostendere licet oculus obrundat τ nō ↄprehendat. τ q2 potest oino latere penetrādo subtiliter. τ oino patere se obijciēdo visibiliter. pōt τ medio modo plus τ min⁹ se ostendere. vnde si hic esset anima gloriosa cum corpe glorificato. plus τ min⁹ posset de sui corpis claritate oculis nr̄is ostendere. τ hoc p naturā illam. q2 nō tm̄ clarum est sed penetratiuū τ sp̄uale. Et ↄceden de sunt ratōnes
65 ad hanc ptem. Ad illud qd̄ obijcit q quāto luminosi⁹ tāto min⁹ pt visuʒ latere. dō q verū ē p naturā luminis. pōt tamen p naturā sp̄ualitatis τ subtilita-
66 tis. Ad illud qd̄ obijcit q lux se manifestat illuminando. dico q nō tm̄ illuminādo. ſ etiā oculis intuitū se obijciendo. τ q2 pōt esse q corpa gloriosa radios penetrent visibiles corpis nō gloriosi. ideo τc̄.
67 Ad aliud dōm q occultatō est dupl'r. Vna ↄpter obscuritatem a parte obiecti. τ de hac verū est q lux nō pōt occultari. Alia est p potentiam a parte oculi. q2 nō pōt ibi figi ↄpter excellentem subtilitatem. τ h̄ luci nō repugnat sicut passibilitas impassibilitati. et primo modo impossibile est lucem occultari. secūdo modo est verum τ possibile.

Consequenter querit de dote subtilitatis. de qua duo querit. Primo querit de ipsa in se. Secdō de ipsa p compatōnem ad actum nostrum. Questio. j. r

Vtrum corpus gloriosum possit penetrare omē aliud corpus nō gloriosum in suo motu. Et q sic videtur. q2 dicit Joh. xx. cum fores essēt clause q ih̄s stetit in medio. Et Grego. dicit q ↄpter subtilitatē ostia clausa nō obstiterūt. ſ τc̄. Iteʒ ratōne videtur. q2 corp⁹ gloriosuʒ in suo motu nō pōt retardari. ſ nec impediri. τ si n̄ pt ipediri. ſ nihil pt ei resistē. ſ i suo motu pōt omē corpus penetrare. Item si nō pōt penetrare omne corpus. cum possibile sit illud includi. possibile esset incarcerari. ſ esse in carcere est miserie. ſ possibile est beatum fieri miserum. Item de xp̄o dio post resurrectōnem quedā dicunt ſm dispensationem. vt cicatrices. cibatio. potatio. Quedā ſm naturam. vt transire de loco ad locum infatigabiliter τ clausis ianuis intrare. ſ si hoc est de natura corporis gloriosi. patet τc̄. Contra. cum subtile τ rarum obiicet duro. non penetrat sed penetrat. vt patet. q2 lapis diuidit aerem τ transit p ipsum. si ergo corp⁹ gloriosum est subtile. ſ p illam nō ↄuenit sibi penetrare sed potius penetrari. Item corpus gloriosum nō est maioris subtilitatis q̄ radius vel aer. ſ radi⁹ sua subtilitate nō penetrat corpa opata. τ aer non penetrat nisi porosa. ſ corpus gloriosum nō pōt omīa penetrare. Item si penetrat. aut hoc est diuidendo. aut s̄btiliando. aut simul coexistendo. Si diuidendo. sed quedam sunt corpora indiuisibilia τ insecabilia. Item sunt alia que cum diuidunt nunq̄ reiungentur. Sunt τ alia que si diuidunt corrumpunt. ſ cuʒ corpus gloriosum nihil destruet qd̄ nō possit destrui ſm etiam qd̄ possit. nō oino poterit penetrare salteʒ empireū. Si subintrando p poros. sed pori sunt discontinui. ſ necesse esset corpus gloriosum discōtinuari. Si simul coexistendo. ſ impossibile esset p naturam duo corpa esse simul. sed gloria nō aufert naturam. ſ τc̄. Duo autem corpora esse simul in ph̄ia impossibile dicit ratio ostensiua. quia corpori debet locus vt ↄpria mensura. sed multiplicato mēsurato necesse ē m'tiplicari mēsurā ↄpriā. ſ τc̄. Itē sic vnuʒ locatū ad plura loca ita p'a loca ad vnū locatuʒ. sed vnū locatum impossibile est esse in pluribus locis simul. ergo nec plura locata possunt esse in eodem loco simul. Item hoc videt p impossibile. quia tūc accipiat corpus equalis magnitudinis vt corp⁹ gloriosum. tūc ista duo oino exterminant. ſ soliditas in soliditate. τ supficies in supficie. τ linea in linea. τ pūctus in puncto. sed duo indiuisibilia sunt simul vnuʒ. ſ τc̄. Item trahat linea a centro illius distantie ad punctum circūferentie p mediū corpus glorificatum. τ rursus alia ab eodem puncto ad idem p corpus non glorificatum. aut est vna linea. aut due. Si vna. ergo corpus gloriosum τ aliud sunt vnum. Si due linee. tūc vident incōuenientia tria. Primuʒ q ab eodem puncto ad idem punctū possunt esse due linee recte. τ ita due linee recte inter quas non cadit superficies media. τ rursus due linee recte habentes eosdem terminos. cum linee multiplicent per terminos. Item due linee recte faciunt figuram. que sunt tria maxima incōuenientia ſm ph̄m. Item si corpus gloriosum pōt ↄpter sui subtilitatē coexistere et penetrare corp⁹ gloriosum. multo forti⁹ aliud subtile. ſ duo corpa gloriosa p̄nt esse simul. et si duo. pari ratōne tria. τ si hoc. tūc omīa. Rº. omīs ↄcedunt q
68 corpa gloriosa habent dotem penetralitatis. Sʒ quidam dicūt q hanc h̄nt qm̄ omīa corpa eis subiacēt τ obediūt. τ ipsa virtutē habent sup omīa. Vñ dicūt q sicut aer cedit sagitte. sic omne corpus cedit corpi glorioso. Sed illud improbatū est. quia qua virtute reiungeret lapis si p ipsum transiret. τ celū similiter τ corpus hominis nō gloriosi. Alij dicūt q nō cedit. ſ quia omīa corpa q̄dā mō sint porosa. τ corp⁹ glorificatum habet ratōnem τ naturam lucis que tota p essentiam saluat in puncto. τ dilatabit qn̄ nō habet resistentiam. volūt q corpus gloriosum ptranseat. τ non p poros multos. sed potest p vnū. Sed illd̄ adhuc videt inconueniens. Ponamus eñ corpus aliquod nō esse porosum. tūc per illud nō posset transire. Item quō est intelligendū q corpus gloriosū efficiatur ita modicū sicut porus qm̄ depdatur ei⁹ figura. eius quantitas τ mensura. ideo nō est conueniens hec positio. Alij ponunt q q2 corp⁹ est in perfecta obedientia respectu intellectus. τ intellect⁹ potest abstrahere a quātitate naturā ſm intelligentiaʒ Et tunc abstrahet ſm veritatem. τ tunc corpus ab-

stracta quantitate habet corporis substantiã et spũalitatem. Unde sicut spũs est simul cũ corpore et a corpore nõ impeditur. sic glorificatũ corpus cũ nõ glorificato. sed hoc est impossibile et non intelligibile q sit corpus viuẽs et organicũ. et nõ sit corpus quantũ. ideo hoc nõ est ponendũ. Qualiter enim saluetur organizatio et mẽbrorum distinctio in corpore a quãtitate abstracto. ego nõ video. Alij vero dicũt q corpus gloriosum põt esse in eodem loco cum nõ glorioso. vñ penetrat subintrã-
69 do totũ nõ poros. et hoc põt sic intelligi. Qz enim duo corpa naturalia nõ possint esse simul in eodez loco. nõ est eo q sint duo. ante enim per naturã sunt duo q̃ sunt in vno loco vel duobus. qz per suas formas. et hoc patet. qz duo puncta. et due linee. et due superficies simul sunt in cõtactu phico. quia ptigua sunt quorum termini simul et semel sunt. q̃cunq in eodem loco primo sunt. Qz ergo nõ sunt simul hoc est propter corpulentiam ipsorum. et quia vnũ nõ cedit alteri penitũ. Si ergo ita sit q alterũ habeat subtilem corporeitatẽ et penetratiuã virtutẽ respectu alterius. tunc quidem poterunt esse simul. et q̃n in dote penetrabilitatis datur corpori subtilitas et virtus actiua ad penetrandũ nõ glorificatum. ideo penetrat illo nõ cedẽte. Corpa vero mathematica et linee et puncta ideo plura sunt quia distantia. et ideo impossibile est duo corpa mathematica vel duas lineas vel puncta esse simul. vel etiã mathematicum
70 cum naturali. sicut vult phs. Ad illud ergo qd obijcitur q subtile dispositũ est penetrari nõ penetrare. dicendũ q hoc est verum vbi est subtilitas raritatis ad patiẽs. sed hic est subtilitas iuncta virtuti agẽti sicut
71 patet in igne et radio. Ad illud qd obijcit q equalis subtilitatis est radius. dicendũ q et si sit equalis subtilitatis. nõ tamen est tante virtutis in penetrando. et vtrũq
72 requirit vt visum est. Ad illud qd obijcit q duo corpa non possunt esse simul iam patet responsio. qz si intelligatur de corpore sm esse naturale nõ tenet hoc qz cor
73 pus sed qz hz corpulentiam. Qd ergo obijcit de mensura. dicendũ q duplex est mensura. s. intra et extra. Mẽsura intra ẽ propria et multiplicatur sm multiplicatõez qz ẽ omogenea mẽsurati mẽsurato. mẽsura extra nõ oportet q multiplicetur in q̃tum mensura. sed si multiplicatur hoc est propter indigentiã vel possibilitatem men
74 suratorum. Ad illud qd obijcit q vnũ corpus non potest esse in pluribus locis. ergo nec vnus locus ptinz duo corpa. dicendũ q nõ est simile. quia primuz facit finitas qua creatura nõ priuatur per gloriã. secundũ facit corpulẽ
75 tia et grossicies que auferetur per gloriam. Ad illud qd obijcit de punctis et lineis. dicendũ q nõ habent distinctionẽ manifestã que est sm distantiã. sed distinctionem naturalem que est sm diuersam substantiam q̃ simul in suis naturis coexistũt. ipse vero opponit ac si
76 esset distinctio sm esse methaphisicũ. Ad illud qd obijcit de corpore glorificato verũ possit esse simul cuz alio. Aliqui dixerũt q sic. sicut duo radij et lumina simul sunt sm dyafanum. sed tamen hoc nõ credo. qz vnũ nõ est materiale respectu alterius. nec per transibile alio. et ideo q̃uis sit ibi subtilitas. deficit tamẽ penetrabilitas. Nec est simile de luminibus. qz forme sunt habentes multiplicatõnem. nõ a subiecto in quo sunt sed a principio effectiuo sicut dicit Dyonisius. et ideo plura corpa gloriosa nõ possunt esse simul sicut gloriosum cum nõ glorioso etc.

Questio .ij. s

De subtilitate per compatõnem ad tactũ nostrũ. et q̃ritur vtrũ corpus glorificatũ sit palpabile tactu a non glorificato. Et q sic videtur Luce vltimo. palpate et videte quia spũs ossa et carnem nõ habet. Item gregorius in omel. Palpabile fuit per veritatem nature. et subtile per effectum spũalis potentie. Item rõne videtur. qz in corpore glorioso erit veritas carnis et ossis. sed caro est mollis et os durũ. sed durũ et molle sunt obiecta tactus. ergo etc. Item corpus gloriosum põt immutare visum. ergo eadem ratõne potest immutare tactum. Contra. grego. corrumpi necesse est quod palpatur. sed gloriosum corpus est incorruptibile. ergo et impalpabile. Item ioh. Cris. in quadã omel. Dignum est querere qualiter corpus incorruptibile tãgibile fuit mortali manu. sed ne tumultuens. cõdescensionis eniz fuit. Item ratõne videtur. qz omne qd sentitur tactu. sentitur aut per resistentiã. aut qualitatẽ actiuã. sicut sentitur aer frigidus. Sed corpus gloriosum nõ põt sentiri per resistentiã. quia nihil ei resistit. Nõ per qualitatez actiuã. quia nulla talis immutatio ibi remanet. ergo nullo mõ. Itẽ tactus maxime ẽ ma
77 terialis. corpus aũt illud spũale. ergo etc. Rñ. dicendũ q cuz dico tangibile duo dico. s. qd potest immutare sensum et hoc est pfectõnis. et qd nõ potest latere tactum nostrum et hoc est impfectõnis. et quia remanebit qd ẽ pfectõis. et tolletur qd ẽ impfectõis. ideo dico q corpus gloriosũ põt se phẽ tãgibile et põt se nõ phẽ simulatẽ. et hoc habet sm diuersas pditõnes. nam tangi potest. quia põt impellenti resistere cum sit corpus verũ nõ vanũ vel fantasticum. Latere põt. quia põt penetrare organum tactus. Primũ habet per virtutem nature. secundũ per effectum spũalis potẽtie. et hec duo contraria sunt in nobis sed nõ in illo corpore. Concedende
78 ergo sunt ratõnes q tangi põt. Ad illud qd obijcitur q qd palpatur est corruptibile. dicendũ q hoc verum est de eo qd est tactui subiectum. sed istud nõ erat. et
79 ideo pdescensionis erat. Ad illud qd obijcit de resistentia. dico q corpus tangens nõ resistit tangẽdo. sed magis econuerso. et licet nihil possit corpori glorioso resistere. ipsum tamen potest alijs. sicut patz. quia constat q potest sustollere lapidem in manu. Ad vltimũ vero patet responsio. quia corpus non efficitur ita spirituale quin saluetur in eo veritas carnis et ossis.

Consequenter queritur de dote agilitatis. de qua duo queruntur. Primo queritur vtruz sit in omnibus corporibus gloriosis. Secundo queritur de inclinatõne corporis gloriosi per agilitatem.

Questio .j. t

Circa quam sic proceditur et ostenditur q agilitas sit in corporibus gloriosis Sapien. iij. tanq̃ scintille in harundineto discurrẽt. dicitur de beatis. Item ratõne videtur quia illa anima sensitiua habet vim motiuã et sensitiuam. et vt resurgent organa virtutis motiue et sensitiue. sed organa sensitiue. erũt habilia sensui. ergo organa motiua motui. Item corpus propter sui tarditatem anime repugnat. sed tunc nulla erit repugnãtia. ergo nulla tarditas. et sic etc. Item non statim vt resurgent erũt in empireo. et ille est locus debitus. et vnumquodq corpus habet habilitatem tenendi ad locum suum. ergo cum habeat habilitatem tenendi

⁊ hãc non habeat nisi per agilitatem. patet ⁊c.

Contra. frustra est agilitas ad motũ si nõ decet esse motum. sed in corporibus illis impossibile est eẽ motum prout dicit̃ Apoca. x. iurauit q̃ non erit vltra tẽpus. Sed oĩs motus localis est in tempore. ergo si non erit tempus. ergo nec motus. Item August. de trinitate. In habentibus mutationem non nulla mors est ipsa mutatio. Et ratio hui⁹ est. quia in omni motu aliquid deperditur. ⁊ illud mori non incongrue dicit̃. sed corpus illud erit ab omni morte alienum. ergo. Item phus dicit q̃ motus est endelechia entis in potentia. vnde omnis motus aliq̃d imꝑfectõnis attestatur. quia est ꝓpter habendum aliq̃d non habitum. sed omnis imꝑfectio abest a corporibus gloriosis. ergo ⁊ omnis motus. Item h̃ ostenditur per simile in superiori ⁊ inferiori. quia aĩa remuneratur ꝑ affectõnem. ⁊ cognitõnem. ⁊ quietatõez. corpora etiam supercelestia que sunt maxime habilia ad motum ꝑ quietem remunerant̃. ꝗ similit̃ cor-

81 pora gloriosa. R°. dicendũ q̃ q̃cquid sit de motu. tamen de agilitate certum est q̃ ista ꝓprietas est de ꝑfectõne ⁊ nobilitate corporis. ⁊ faciens ad expeditionem anime in corpore. ⁊ ideo dico q̃ erit ibi sicut ꝓ

82 bant ratõnes. Qd̃ vero obijcitur de motu. dicẽdũ q̃ motus oĩs est ꝓpter carentiam alicui⁹ rei. Carentia autem potest esse aut rei que inheret. aut rei q̃ assistit. Si rei que inheret vt ꝓprietas absoluta. hec quidem imꝑfectõnem facit in mobili ⁊ similiter motus. Alia est carentia rei que assistit. ⁊ tũc aut illa est nata assistere ꝑ naturam. ⁊ tunc illa indiget. ⁊ talis ⁊ si sit to ꝑfecte. attestatur tamen alicui imꝑfectõni. vt cuz lapis mouetur ad locum deorsum. aut locus ille non est assistere per naturam magis q̃ alius. quia illo nõ indiget. sed ꝑ voluntatem. quia aliquid vult circa illum locum operari. ⁊ talis motus non ponit imperfectõnez sed libertatẽ. ⁊ talis eẽ poterit in corpꝫ glo-

83 rioso. Ad illud ꝗ. qd̃ obijcit̃ q̃ non erit temp⁹. dicendum q̃ verum est ꝓut est mensura motus primi

84 mobilis. Ad illud quod obijcit̃ de mutatõne q̃ est mors. dicendum q̃ illud non intelligitur de qualibet

85 mutatõne ꝫ de mutatiõe ad formam. Ad illud qd̃ obijcitur q̃ motus attestatur imꝑfectõni. dicendum q̃ verum est de motu ad formã vel ad situm ꝓpter indigentiam. hic autem motus est ꝓpter libertatem.

86 Ad illud qd̃ obijcitur q̃ anima non mutat affectiones. dicendum q̃ mutatio non veniebat ex eius instabilitate mutatio corporum superiorꝫ ꝓpter inferiorum necessitatem. mutatio autem corpis ab anima ex libertate. ideo nõ est simile.

Questio. ij. v

De inclinatõne corporis gloriosi que est per agilitatem. Et querit̃ vtrum agilitas inclinet corpus gloriosum ad omnẽ differentiaz positõnis. an ad aliquẽ locum determinatũ. Et q̃ non ad omnẽ differentiã videtur. q: inclinatio mobilis sequit̃ predominans ꝫm quantitatem. sed ꝑdominans ꝫm quantitatẽ in corporibus illis est terra ⁊ aqua. ꝗ ⁊c. Si dicas q̃ auferetur grauitas. Contra. hec est de natura terre. sed Augustin⁹ dicit q̃ natura seruabit̃. ergo ⁊c. Itez vnũ quodq̃ appetit quod est magis sibi ꝯueniens. sed locus celi empirei est magis sibi conueniens. ergo appetit esse ibi. sed inclinatio est appetitus naturalis. ꝗ ⁊c. Item omne qd̃ quiescit alicubi habet vim ipsum ibi stabilitantem. sed corpus gloriosum quiescit. in celo. ergo ibi stabilit̃ per aliquã virtutem. Sꝫ virtus stabiliens in loco inclinat ad locum determinatum. ergo ⁊c. Contra. corpus illud est ꝑ omnia obediens anime. ergo si voluntas illa potest mouere ad omnẽ differentiã positõnis. ⁊ eque ad vnam sicut ad aliam. ergo corpus gloriosum nõ magis inclinat̃ ad vnam q̃ ad aliam. Item qd̃ habet inclinatõnem ad vnam ꝑtem. si mouet̃ ad oppositam mouet̃ cum fatigatõne ⁊ pena. ergo si illud inclinaretur sursuz et moueretur deorsum esset ibi labor ⁊ pena. Itẽ qd̃ appetit vnum locum. si extra illum ponat̃ efficit̃ indigens ⁊ imꝑfectum. Item si corpus gloriosuz inclinaret̃ ad aliquez locũ ꝫm appetitum. aut impossibile esset q̃ inde moueret̃. aut si inde moueret̃ esset

87 imꝑfectum. R°. dicendũ q̃ habilitas ad motũ sequitur inclinatõnem. ⁊ inclinatio appetitus est respectu ꝑfectõnis. quia ꝓpter illam est. Qm̃ igit̃ corpus gloriosum totuz sue existentie ⁊ mobilitatis ⁊ stabilitatis ratõnem trahit ab anima. ideo inclinatio ei⁹ est ad animã non ad aliquid extra. ⁊ qm̃ agilitas sequit̃ inclinatõnem. ⁊ anima potest mouere in omnẽ differentiaz positõnis. ideo ⁊ corpus habet habile ad omnem situm. vnde agilitas non cogit̃ ad aliquem locum determinatum vt ꝓbatum est. sed est promptitudo vt corpus moueatur in omnẽ locum ad quem

88 vult mouere anima. ⁊ ꝯcedende sunt ratõnes ad h̃.

Ad illud quod obijcit̃ q̃ terra ꝑdominat̃. dicẽdũ q̃ appetitus elementorꝫ totaliter quietat̃ in illo corpore. ita q̃ nullum elementũ in eo appetit suam speram. ⁊ ideo ablatus est terre appetitus ille et grauitas.

89 Quod obijcitur q̃ natura seruatur et vicium detrahitur. dicendum q̃ vicium dicitur omne quod

90 importat imꝑfectõnem. Ad illud quod obijcitur q̃ appetit magis ꝯueniens. dicendum q̃ hoc verum est si illo indiget. sed corpus gloriosum nullo indiget

91 loco. Ad vltimum dicendum q̃ corpus stabilitur per animam. ⁊ anima per deum. ⁊ sic nõ indiget alia inclinatõne.

Distinctio. l. de statu ⁊ conditõne damnatorꝫ ⁊ malorum post iudicium q̃tum ad ratõnem et voluntatem.

Hic oritur questio ex premissis ducens originem ⁊c. Supra egit magister de statu beatorꝫ. in hac parte agit de statu damnatorũ. Primo post iudicium. Secundo ante iudicium ibi. Preterea queri solet si reproborũ anime ⁊c. Prima pars habet duas. In prima determinat subuersionem voluntatis. In secunda excecatõnem ratõnis ibi. Hic queri potest quare ille tenebre ⁊c. ⁊ vtraq̃ pars duas habet. In prima opponit. In secunda vero dissoluit.

Determinat subuersionē voluntatis. an scz mali in inferno peccabūt. a

Di. L

Hic oritur questio ex pmissis ducens originem. Supra enī August. loquens de malis in inferno damnatis. et bonis in celo glorificatis. dixit. q nec bonis voluntas. nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem ɔstat. sed de malis a quibus voluntatez malam non remouet querit. quō sit verum eos nō posse peccare. imo quō veruz sit eos nō peccare cum malā habeant voluntatē. Quidā autumāt illam voluntatē nō esse peccatum sed supplicīū tm̄. Alij vō peccatū esse fatent. sed p illud eos nō mereri aliquā penā. quia nō ē ibi locus merēdi. Illud ḡ peccatū dicūt nō esse meritum supplicij. sed supplicium mali meriti qđ in hac vita precessit. De hoc autem August. ita dicit. Tempus acquirendi vitam eternam in hac tm̄ vita deus hominibus dedit. vbi voluit etiam penitentiā esse fructuosam. ideo hic penitētia fructuosa est quia potest hic homo deposita nequicia bene viuere. et mutata voluntate merita simul operaq̈ʒ mutare et ea gerere que deo placent. Qđ qui in hac vita non fecerit. habebit quidem penitentiam in futuro seculo de malis suis. sed indulgentiam in conspectu domini non inueniet. qȝ et si erit stimulus penitudinis. tamen nulla erit ibi correctio voluntatis. A talibus enim ita culpabit iniquitas sua vt nullaten⁹ ab eis possit vel diligi vel desiderari iusticia. Volūtas eniz eorum talis erit vt habeat semper in se malignitatis sue supplicīū. nunq̄ȝ tamen recipere possit bonitatis affectū. Quia sicut illi qui cum christo regnabunt nullas in se male volūtatis reliquias habebunt. ita illi qui erunt in supplicio eterni ignis cuz dyabolo et angelis eius deputati. sicut nullam habebunt vlterius requiem. sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut coheredib⁹ christi dabit perfectio gratie ad eternam gloriaz. ita consortibus dyaboli cumulabit ipsa malignitas penam. quando exterioribus deputati tenebris. nullo illustrabunt interiori lumine veritatis. Ex hijs apparet reprobos in inferno penitentiā sic gesturos. vt per eam prauam voluntatem non deserant. et illa maligna voluntas erit eis ad cumulū pene. per quam tamen non merebunt. quia nullus meret nisi in hac vita.

Soluit fm̄ diuersos

Aug. in li. de fide ad petr.

Determinat excecatōnem ratōnis qua intelliguntur tenebre exteriores. et quare sic dicantur. b

Hic queri potest quare ille tenebre quibus inuoluētur mali in gehenna dicūtur tenebre exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalez et spiritualem. s. domini erunt. Nunc enī et si patiant tenebras in cecitate mentis. nō tamen penitus extra lucem dei sunt. nec corporali luce priuant. De h augustinus sic ait. Ira dei et in iudicio erit et hic est in cecitate mentis cum dant mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebre erūt. quia tunc peccatores penit⁹ erūt extra deum. Quid est enī penitus esse extra deum nisi esse in summa cecitate. Si quidē habitat deus lucem inaccessibilez. Hee autem tenebre hic iam incipiūt in peccante. cum ab interiori dei luce secluditur. sed nō penitus dū in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicit pati exteriores tenebras et nō hic. quia ibi secludet penitus a luce dei. qđ nō hic. Sz quomodo intelligenda est illa seclusio. an quia nō videbūt deū per speciem? Sed nec aliquis videt hic deum p speciez. An p dissimilitudinem quam facit peccatum inter deuz et hominē? Sed et hic multi p grauia peccata elongant a deo. An quia deum odiūt ita vt velint eum nō esse. Sed et hic multi deum oderūt. de quibus scriptū est. Supbia eoꝝ qui te oderūt ascendit semp. Que est ḡ illa elongatio. Sane exteriores tenebre intelligi possunt quedam malignitas odij et voluntatis que tūc excrescet in mentib⁹ reproboꝝ. et quedam obliuio dei. qȝ tormentoꝝ et interioꝝ et exterioꝝ dolorib⁹ adeo afficient et turbabunt. vt ab

Aug⁹. super psal. vi.

i. thy. vi.

Ps. lxxiij.

illis ad cogitandū aliquid de deo vix vel raro vel nūq̄ mentem reuocent. vt qui nimio premunt pondere. adeo stupescunt et turbantur. vt interim in alia cogitationem non extendant. sed illuc tendit impetus cogitationis. vbi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est vt penitus secludat a cogitatione dei. qui nec pdit appetitū beatitudinis et quendam boni amorem quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores et pfundissimas tenebras reprobos ppessuros post iudicium dicit Augustin' oponens de illo diuite qui in inferno positus eleuans oculos vidit abraham et in sinu eius lazarum. cuius compatione coactus est ↄfiteri mala sua vsq̄adeo vt et fratres roget ab his premoneri. Quod ante iudicium factum legitur. s post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij. vt nullam dei lucem videbunt cui confiteantur.

Luce. xvi.

Ad intelligentiam huius partis sm duo que tangit magister duo principaliter querunt. Primo queritur de subuersione volūtatis damnatorum. Secundo de excecatione rationis. Circa primum querunt tria. Primo queritur vtrū damnati velint se peccasse. Secundo vtrum voluntate deliberatiua damnati malint non esse q̄ esse sic. Tertio vtrum damnati mallent omnes esse damnatos q̄ quosdam beatos.

Questio. j. a

Circa quam sic procedit et ostēditur q damnati velent se peccasse. quia Aug. de fide ad petrum dicit q bonam habere nullatenus poterunt voluntatem. s nolle se peccasse est voluntatis bone. ergo non poterunt hanc habere. ergo si considerabunt peccatū suū. cum non possint nolle. necesse habent velle. Item voluntas hominis post mortem est inuertibilis sicut voluntas angeli mali. sed angelus malus vult se peccasse. ergo etc. Item sicut malicia inclinat voluntatem ad malum. sic gratia ad bonum. Sed malicia remanebit in damnatis sicut et gratia in beatis. ergo sicut boni bona que semel voluerunt semper volūt. ita damnati semper volunt mala. Item q quis dimittat actum peccandi in presenti non potest esse sine gratia gratis data. multo fortius de peccādi volūtate. ergo si nulla gratia datur ipsis reprobis. nec natura melioratur. ergo peccandi voluntatem nunq̄ amittunt. Contra. Sapie. v. dicent intra se penitentiam agentes etc. constat q illa est consideratio rōis deliberantis. ergo videtur q velint se non peccasse.

Item aug. in li. lxxxiij. questionū dicit. Videmus ferissimas bestias dolore penarum a maximis voluptatibus abstinere. sed damnati nō ardentius appetunt q̄ bestie atroces. et maxime cruciantur. ergo eorum appetitus retrahitur. et sic etc. Item peccatū non placebat nisi pter libidinosam delectationem. sed in damnatis exclusa est omnis libidinosa delectatio. ergo nullum peccatum eis placet. Item mala voluntas eo ipso q mala est est contra deum. et eo ipso q est contra deum est meritoria pene. ergo semper merentur penam. et ita debet semper eis pena augeri. et sic in infinitum. sed sic nō videt. ergo etc. Itē voluntas mala eo ipso q mala est inordinata est. ergo quando exijt in actum nouum de nouo inordinat. Sed nihil potest deus relinquere inordinatum. ergo si peccatum nō ordinatur nisi in pena. et est noua inordinatio. ergo noua pena. et ita semper cresceret.

Item esto q damnatis daret libertas peccandi. nunq̄ fornicarent si redirent ad corpora et locum haberēt. ↄstat q nollint pecare cū magis horreāt tātā penā q̄ delectationē peti. ergo vt etc. Rⁿ. dōm q mala voluntas dicit dupliciter. s. actus et habitus. Dico ergo q timor seruilis damnatis nō aufert habitum male voluntatis. sed aufert actum. Iste enim non vult luxuriari. quia timet puniri de ipsa voluntate. tamen habitum non aufert. quod patet. quia si spareat impunitas vellet vtiq; luxuriari. sic intelligendum est in damnatis q dolor penalis aufert ab ipsorum voluntate actum volendi peccare. qr reuera damnati nō appetunt luxuriari nec dominari pter penas quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse. habent tamen habitum voluntatis male per quam appeterēt peccare si nō crederent se puniri. Si q̄ queras vtrū damnati nolunt peccasse. dico q nolunt nō pter hoc q peccatum eis displiceat qr iniustum. sed qr eis displicet pena iusta. et ideo malam habent voluntatē hoc volendo. et ideo adhuc viuit in eis voluntas peccandi. licet dolore penarum impediat ne exeat in actum suum. et sic patet responsio ad primum. Ad illud qd obijcit q voluntas est inuertibilis. dōm q verum ē de voluntate q̄tum ad habitum in qua sit plena versio. sed non est verum de vertibilitate q̄tum ad actū.

1

Ad illud qd obijcit q malicia inclinat sicut gratia. Dōm q non est simile. qr motus gratie pmiat in simili et conuenienti. sed motus libidinis in dissimili vt in dolore. et ideo impedit. sed motus gr̄e consummat. Ad illud quod obijcit q abstinere a voluntate peccandi non est sine gratia. dōm q de volūtate habitu nō est sine gratia. sed de voluntate actu distinguendum est. qr aut abstinet ab actu malo q̄a contra deū. et qr iniquum. et hoc nō est sine gratia gratis data. hec enim preparat ad vlteriorem gratiam. Aut quia hoc est lesiuū. sic si aliquis dimittit fornicari vel inebriari quia amittit visum. et talis est p naturam punitam. Similiter dico q damnati refugiunt pter timorem pene. Ad illud quod obijcit in cōtrariū q habent penitentiam. dōm q verum est. sed illa penitentia est stimulus penitudinis nō correptō voluntatis. vnde si daret libertas peccandi omnino et spareretur oīno impunitas dico q peccarent. sed si deberent ita puniri p alijs que facerent sicut pro his que fecerunt nunq̄ vellent peccare. Ad illud quod queritur vtrum habeant aliquam inordinationem actualem voluntatis. potest dici q sic. sed illa

2

3

4

5

6

inordinatio est eis versa in penam. sicut beatis bona voluntas in gloriam. vnde sicut isti nõ merent amplius bona voluntate. ita nec illi demerentur mala. et hoc dicit aug. et habetur in lra.

Questio.ij. b

Utrum voluntate deliberatiua dãnati malint nõ eẽ q̃ sic esse. Et q sic videt. q2 dicit apocal. ix. In diebus illis desiderabunt homies mori. τ fugiet mors ab eis. Itẽ aug. i li. de miseria huius mũdi loquens de dãnatis dicit. O mors q̃ dulcis esses quibus tam amara fuisti. te solum desiderant qui te vehementer oderunt. Item ratione videt. q2 maior est tristicia ex pena q̃ delectatõ ex culpa. quia modicũ habent gaudium τ magnam tristiciam. ergo si electio tortionis preelegit fugam magis nociui desiderio minus delectabilis. vt patet de illo qui vult lucrari argentum et fugit mortem. videt q damnati malint omnino nõ puniri q̃ esse. Item si cederent in nõ esse. pena esset momentanea. sed pena cruciatus eoꝝ est eterna. ergo si pena momentanea pferenda est eterne. sicut finitum infinito. videt τc. Contra. Aug. iii li. de libero ar. Considera q̃ bonum est esse quod τ beati et miseri volunt. magis tamẽ est esse τ esse miserũ q̃ omnino non esse. cum tamen miser esse nolis. Itẽ ratione augustini. Delectatio supponit electionẽ. q2 nõ eẽ est eligibile. τ q2 omne eligibile habet appentiã boni. s ipm nõ eẽ nõ hʒ boni appentiã. q2 qd apparet bonũ apparet esse. g τc. Item omnis appetitus ordinatus est conformis nature. q2 natura appetit semper quod melius est. sed nature sp competit esse vt ipse phs dicit. τ nullo modo non esse. ergo τc. Itẽ maius malum magis est fugiendum. sed maius maluʒ est quod magis adimit. sed corruptio in non esse adimit totum bonũ. pena ꝟo non totum immo multuʒ relinquit. ergo magis fugiendum est nõ esse q̃ puniri.

7 Rñ. ad hoc dicunt aliqui q damnati mallẽt nõ esse q̃ sic esse. sed appetitus eorum est inordinatus τ indiscretus τ fantasticus. q2 sibi nociuum appetit. sicut τ appetitus febricitantis q̃ nõ venit ex natura s ex fantastica imaginatione. q2 existimat sibi prodesse quod nocet sibi. Sic damnati q2 existimant se habere quietem si omnino nõ essent. appetũt magis non esse q̃ esse in penis. et hoc videtur dicere Aug. Sed tñ sapiens dicit Eccles. iiij. Feliciorem vtroq3 iudicaui τc. Et ipsa sapientia Math. xxvj. Melius erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Et Hieronymus dicit. q melius est non viuere q̃ male viuere. Ideo dicendum aliter q nõ esse nullo modo est appetenduʒ appetitu ordinato et recto. similiter nec esse damnatuʒ vel esse infelicem. τ si bonũ aliquid appetat fantasticus est appetitus nõ ordinatio nature. sed vtrũq3 horum fugiendum. τ cum se habeant sicut excedentia τ excessa. vtrũq3 altero magis fugiendum diuersis cõsiderationibus. Quia enim nõ esse adimit totũ bonũ. pene partem. ideo hoc magis fugiendũ. Simpliciter tamen loquendo. quia corruptio in nõ esse in infinitum excedit penam intensiue. infinitum inq̃ ſm proportionem. pena ꝟo extensiue in infinitum ſm veritatem. ideo credo magis appetendum esse si poneretur in optione oĩno nõ esse q̃ eternaliter torqueri. loquor de appetitu qui refugit incomodum. hoc eñ iudicat mens mea magis portabile. sicut decollationẽ magis q̃ diuturnã ignis adustionem. verumtamen ſm appetitum honesti. q2 cruciatus iniqui spũs τ ad gloriaʒ dei. vtiq3 malle deberet ignibus subiacere ad continuam dei laudem q̃ per omnimodã corruptionem manum dei effugere. Concedo ergo q damnati mallent non esse. τ oĩs homo dʒ illud appetere cõsiderata grauitate vtriusq3 pene. nõ tñ dico q sit magis appetendum simpliciter. tñ ipsi simpliciter magis appetunt. et cõcedende sunt rationes ad h. Ad rationes aũt ad oppositũ soluendũ. dicendũ q aug. procedit ea via qua corruptio in nõ esse excedit. s. intensiue.

8

9 Ad illud quod obijcit q delectatio supponit electionem. dicendũ q verum est de illa que est p modũ desiderij. non de ea que est per modum fuge.

10 Ad illud quod obijcitur q natura desiderat semp esse. dicẽdũ q verum est τ etiam ratio recta. tamen natura magis refugit penam eternam q̃ momentaneam.

11 Ad illud quod obijcitur q maius malum est quod magis adimit. dicendũ q maius malum dupliciter est. s. extensiue τ intensiue. τ similiter magis adimere. τ natura magis refugit semp esse in omnimoda miseria q̃ omni bono priuari. sicut frequenter de re quam multuʒ amam9. maluimus illam non habere q̃ pter illam induere conditionem seruilem.

Questio.iij. c

Utrum damnati mallent omnes esse damnatos q̃ quosdam damnatos. quosdam beatos. Et q mallẽt oẽs esse damnatos. ostenditur primo p illud qd cõmuniter consueuit dici. Solacium est miseris socios habere penarum. Item hoc ostendit p illud quod dicitur Ysa. xiiij. Surrexerunt de solijs. glo. Solaciũ est maloꝝ multos socios habere penaꝝ. Itẽ aug. de cathe. rudibus. Cautus esto ne tibi aliunde hostis surrepat. q2 solacium maliuolentissimũ sue voluntatis cum quibus damnetur inquirit. ergo illud est solacium malorum. si ergo ipsi querunt τ desiderãt qd est ad solacium. patet τc. Item ratione videtur. quia inuidia surgit ex defectu charitatis τ amore proprij boni. sed vtrunq3 in damnatis est. ergo est in eis maxima inuidia. ergo si inuidus nulluʒ vellet videre bonum nec beatum. ergo damnati vellent q omnes vna cum eis essent damnati magis q̃ q quidã essent damnati quidam beati. Item sancti τ dãnati adinuicẽ inimici sunt ppter hoc q dãnati sunt inimici dei. ergo cum damnati nõ diligant inimicos sed potius odiant. τ qui odit alium mallet ipm videre miserum q̃ beatum. ergo τc. Contra. Luce. xvj. dicitur de diuite q rogabat pro fratribus ne venirent in locum tormentoꝝ. ergo cum damnati habeant multos consanguineos in celo. ergo mallent eos esse in celo q̃ in inferno. Item damnati et si habeant malam voluntatem. non tamen perdiderunt affectionem naturalem. quod patet. q2 impijssimi homines diligunt sibi pximos. sed in presenti si pater miser habet filium miserum non letat sed magis tristatur de tali societate. ergo similiter in inferno. Itẽ si damnati desiderarent aliorum damnationem. ergo sicut cresceret aliorum damnatio. ita τ consolatio eorum. quia desiderium si compleatur delectat aiaʒ. ergo post omnium damnationem erũt in maiori cõsolatione. quod est manifeste falsuʒ. immo cresceret desolatio. sicut dicitur sup illud ps. Desiderium pec

electorum pdbit. glo. Nullo succedente solatio. Itē beatus adiectus multitudini electorum multiplicat gaudium. ergo ab oppositis dānatus amplificat merorem. sed sicut beatus desiderat amplificationē sui gaudij. ita damnatus diminutionem sui meroris. ergo cū beati semp velint miseros puenire ad gloriam. damnati refugiunt vt aliqui descendant ad eorū miseriam. & nollent beatos esse damnatos. Rº. dōm

12 q et si in damnatis aliq mō remittant affectiones libidinose, pter penarum magnitudinem. ille tñ af-fectiones que habent annexam delectationem. attamen affectōnes in quibus est penalitas vigorantur. vnde & si cessat actualiter affectus luxuriādi & dominandi. tamen intendit affectus siue furor impatientie & liuor inuidie. vnde tunc dentib⁹ suis frement & tabescent. et quoniam vigebat in eis odium & inuidia. iō vehementer tristabunt & tabescēt in gloria electorum dei. ideo ad satiandum suā impijssimā emulationem & odium. vellent nullos esse beatos. immo omnes esse miseros. Et quia nec ipsi ad beatitudinē possunt pertingere. nec alios possunt a statu beatitudinis amouere. ideo in semetipsis vehementer tabescunt & confundunt. Concedendum est & q generalit loquendo mallent esse miseros. q ipsis existentibus miseris aliquos esse beatos. et concedende sunt rati-

13 ones ad hoc. Ad illud quod obijcit de illo diuite qui nolebat fratres damnari. dōm q quis in generali damnati nolint videre beatos aliquos sed omnes miseros. tñ quia specialius habent aliquorum amorem naturalem & priuatum. nollent ipsos damnari alijs existentibus in statu glorie. q & si illi damnent. tamen emulatio & occasio tabescendi non sic esset de omnib⁹. Et p hoc patet sequens de affectione naturali. attamen nullos ita diligunt naturaliter quin vellent eos eos esse damnatos. hoc pacto q nulli essent beati. Et exemplum patet in illis qui habent odium capitale qui desiderant vitam consanguineorum. attamen vellent q multi ex consanguineis essent mortui. vt possent affectū vidicte de inimic suis implere.

14 Ad illud quod obijcitur q si desiderant damnationem &c. Dōm q non desiderant damnationem q-rumcūq. sed eorū quibus inuident pterea q videt eos alienatos. ex quorū compatione confundunt. et isti sunt beati. & q hoc obtinere non possunt. ideo cōsequenter inde non habent solaciū sed magnū sup-

15 plicium. Ad aliud q refugiunt desolationē. dōm q sicut homo sanus in quo est natura bene disposita appetit cibaria sibi competentia. homo vō infirmus appetit ea que nocent. q existimat ea prodesse. sic beati tanq̄ mente sani appetunt aliorū glorificationem que vere est eis pficua. damnati vō bonorum damnationem quā existimant sibi vtilem & delectabilem sicut inuidus alterius subuersionem. Attamē si eueniret. non pter hoc miseria eorū decresceret immo succresceret. Multa eñ volunt impij & peccatores. que si obtinerent essent miseriores. Ad hec confirmanda multum facit autoritas aug. iii. ij. capitulo vbi dicit q ira. odium. et cecitas in damnatis excrescent.

Consequenter q̄tum ad secundum articulū querit de excecatione siue tenebrositate damnatorū. De qua tria querunt. Primo querit vtrum sint ibi tenebre corporales. Secundo vtrum sint in eis tenebre spūales q̄tum ad actum cognoscē-di. Tercio q̄tum ad actum memorandi.

Questio. j. d

Proceditur & ostenditur q nō erūt ibi tenebre corporales. quia constat q reprobi habent potentiam videndi vel etiam habituri sunt post iudicium. ergo cum visus natus sit exire in actū. videt q videre debeant. sed non est videre sine luce. ergo &c. Itē hoc tu videbunt alios sanctos ad suam gloriam maxime illos quos cuerterunt. ergo similiter si mali debēt inuicem confundi. maxime qui alijs malum exemplū dederunt sicut arrius. ergo similiter debent eos videre. Item lux naturaliter sequitur ignem. ergo vbi est aggregatio ignis. ibi & luminis. sed hec est in inferno. ergo &c. Contra. Math. xxij. Ligatis pedibus & manibus pijcite eum in tenebras exteriores. Super quo Gregorius. Si illi lucem haberent qui repelluntur in tenebras exteriores mitti nequaq̄ dicerentur. Item ratione videtur. quia sicut boni premiant p visum. ita mali similiter debent puniri. sed tenebre plus grauant homines habentes oculos ad vidēdum. ergo &c. Item dulce est lumen & delectabile. ergo si damnatis est omnis delectatio auferenda. ergo & omnis delectatio corporalis. Rº. ad hoc 16 respōdit ysidor⁹ inquiens ignē iehenne habere lucē sd aliquid. ad aliqd non habere verum est. Lucebit eñ ad desolationē vt nō habeāt vnde gaudeāt. Ad 17 quod intelligendum notandum q ignis est in triplici differentia. Est eñ ignis purus vt est in pria materia. & est ignis incorporat⁹ vt est in materia aliena vt in terra vel aere. & est ignis nō tñ incorporatus s etiam permixtus. vt ignis sulphureus & fumosus. Primus est lux. & pure lucet & abundāter. Secund⁹ est ignis carbo & flamma. hic autē lucet & tenebram expellit. Tercius est ignis fumosus. & talis est tene- 18 brosus. & iste erit in inferno. Notandum q lux illuminat oculum ad videndum. potest ergo illuminare ad videndum delectabilia. vel ad vidēdum indifferentia. vel ad videndum tristia & horribilia. Primo & secundo modo non erit illuminatio. sed tercio modo tñ. Scdm hoc igitur patent obiecta. Nam rationes pbantes q nō sit ibi ignis lucens. pcedunt sm lucis puritatem illuminantem ad delectandum. Rationes vō pbantes q sit ibi ignis lucens pcedūt de luce communiter sm q tenebris fumositas est admixta & illuminat ad desolationem & horrorem.

Questio. ij. e

Utrum erunt ibi tenebre spirituales q̄tum ad actū cognoscendi. Et q sic videtur. quia ceco vbicunq ē est tenebra. sed mali & damnati sunt excecati p maliciam Sapientie. ij. Excecauit eos malicia eorū. ergo si ibi crescit malicia. ergo & cecitas. Item augustinus dicit sup ps. vij. vbi tenebre exteriores erūt. quia penitus extra deum erunt. Quid eñ esset extra deū esse. nisi in summa cecitate esse. & erūt in summa cecitate. & si hoc. nulla ergo erit illuminatio spiritualis.

Item sicut intellectiua nata est illuminare ad verum. ita affectiua inflammare ad bonum. sed affectiua omnino priuatur calore siue amore boni. ergo co

gnitiua luminis veri. Item sicut affectiua delectaẗ in bonitate. sic cognitiua i veritate. sed a reprobis auferẗ ois delectatio. ergo ⁊ ois illuminatio ⁊ cognitio veritatis pari ratiõe. Cõtra. reprobi habent in ulto rũ cognitionẽ naturalẽ. sed nec pena nec culpa debet bona nature destruere oino. ergo aliqua in eis cognitio remanebit. Itẽ damnati habent remorsum cõsciẽtie ⁊ vermẽ. sed cõsciẽtia nõ remordet nisi de peccatis que cognouit. ergo ⁊c. Itẽ videẗ q amplius sit in damnatis de luce q̃ in viatoribus. qd patet. q2 multi interficiũt martyres arbitrãtes se bene facere. multi credũt impune peccare. sed tũc certi erũt se fuisse deceptos. ergo lumẽ cognitionis eis accrescet. et si hoc. videtur q deus det nouas illuminatiões damnatis.

Itẽ videẗ q saltẽ a pte speculationis tantũ lumẽ sit in eis quãtum nũc. q2 si puatio lumis est p meritũ peccati. et meritũ ⁊ demeritum est in potẽtia practica

19 vel motiua. nõ in potẽtia speculatiua. ergo ⁊c. Rñ dicendũ q sicut est triplex actus lucis corpalis. s. manifestare. dirigere. ⁊ delectare sic ⁊ i luce spũali. Si loquamur q̃tum ad primũ actũ sic dico q non oino extra lucem erũt. q2 aliqua erũt eis manifesta. sed illa solum que faciunt ad cumulũ pene. alia non. ⁊ ideo ista lux est ad manifestandũ tenebras ⁊ ducẽs in tenebrositatẽ. ⁊ ideo nõ cõsistent in lumie. Si loquamur q̃tũ ad secundũ actũ qui est dirigere. sic dico q oino erũt extra lucẽ. quia nõ poterũt dirigi. erũt eñ extra omnẽ viã ⁊ tempus ⁊ locũ bene agendi. sicut dicẗ Eccs. ix. q2 nec opus nec ratio nec sciẽtia est apud inferos. Si q̃tum ad terciũ qui ẽ delectare. sic dico similiẗ q erũt extra lucẽ oino. q2 nihil cognoscent actu in quo delecteñẗ. erũt eñ oino absorpti a magnitudine penarũ.

20 ita vt nõ liceat eis cogitare alia delectabilia. Qd ergo dicuntẗ oino excecari ⁊ extra deum esse. hoc intelligiẗ

21 q̃tum ad directionem ⁊ delectationẽ. Ad illud vo qd obijciẗ q nullã habẽt cognitionẽ. q2 nec affectus eoꝝ habet boni amorẽ. dicendũ q sicut nõ habebunt amorẽ boni honesti sed comodi. sic nec cogitabũt de bono honesto sed tm̃ comodo. Uel dicendũ q nõ est simile. q2 plus corrumpiẗ p peccatũ affectus q̃ intel-

22 lectus. Ad illud qd obijciẗ in contrariũ q habent cognitionẽ naturalẽ ⁊ cognitionẽ peccatoꝝ. dicendũ q cognitio peccatoꝝ non abolebiẗ. sed tamẽ nulla in eis cognitio exibit in actũ que ad ipsoꝝ nõ faciat cru-

23 ciatũ. vel per se vel p accidens. Ad illud qd obijciẗ q ampliorẽ habebũt illuminationẽ. dicendũ q aliqua peccata cognoscẽt que mõ non cognoscũt. nõ p noui luminis donationem. sed pene afflictionẽ. q2 vt dicit

24 Greg. Pena agit oculos quos culpa claudit. Ad illud qd obijciẗ q ẽm intellectũ speculatiuũ non est demeritũ. dicendũ q volũtas demereẗ sibi ⁊ omnib9 potentijs anime ⁊ membris corporis. ideo nõ tm̃ puniẗ in seipsa sed etiã in omnib9 potentijs ⁊ membris. licz ipsa puniaẗ pncipalius. ⁊ sic patet illud.

Questio. iij. f

Utrũ in damnatis sint tenebre spũales q̃tum ad actũ memorãdi. Et q sic videẗ p illud Eccli. xj. malicia vnius hore obliuionem facit luxurie maxime. ergo maiorẽ obliuionẽ facit eterna pena. ⁊ sic patet.

Item hoc videẗ p illud qd dicẗ in lra. exteriores tenebre intelligi possunt quedã malignitas odij ⁊ q̃dam obliuio dei que tũc exercescent. Itẽ hoc videẗ ratiõe. q2 recte oblitus est qui nõ habet copiã memorandi. sed damnati nõ habent copiã memorandi. vñ dicit Aug9 in litera q q2 nimio dolore pmuntẗ. adeo stupescũt ⁊ terrenẗ vt iteruz mentẽ in aliã cogitationem nõ ferant. ergo ⁊c. Itẽ damnati erũt subiecti tẽpori ẽm illud ps. erit temp9 eoꝝ ⁊c. ⁊ alijs infirmitatibus. ergo videẗ q ex longitudine temporis possint omniũ obliuisci sicut nũc videmus in nobis. Contra. imaginatio nõ tolleẗ a damnatis. sed imaginatio consistit in memoria intellectiua ⁊ volũtate respectu dei. ergo saltẽ dei habebũt memoriã. Item constat q nõ habẽt remorsum nisi de peccatis. sed de nullo habent remorsum nisi de quo cogitant. ergo cogitãt de peccatis pteritis. ergo ⁊ eoꝝ memoranẗ. Itẽ hoc videẗ p illud qd damnati dicent Sap. v. Dicẽt intra se penitentiã agẽtes. hij sunt quos aliqñ habuim9 in derisum. ergo rememorabunẗ pteritoꝝ. Itẽ abraham dixit diuiti. recordare qm̃ recepisti bona in vita tua. ⁊ Lazarus silr mala. sed hoc nõ dixisset si nõ potuisset recordari. ergo ⁊c. Rñ dicendũ q ad hoc fa-

25 cile est rñdere si reuocaẗ ad mentẽ distinctio pcedẽs. qm̃ est recordatio aliquoꝝ ad mesticiã ⁊ dolorẽ ⁊ cõfusionem. aliquoꝝ ad itineris directionẽ. aliquoꝝ ad cõsolationem. secundã ⁊ terciã nõ habebũt damnati nec respectu dei nec respectu alioꝝ. q2 nõ erit eis memoria dei vel vt cõuertanẗ siue reuertanẗ ad ipsum. aut vt delecteñẗ in ipso. vigebit tñ in eis actus memorie q̃tũ ad primũ. s. desolationẽ. q2 semp habebũt memoriã peccatoꝝ q̃ cõmiserũt. ⁊ dei quẽ offenderũt ad suã cõfusionẽ. nec hoc repugnabit penis. q pene exteriores ducẽt ad cogitandũ interius suũ demeritũ. ⁊ ita recordatio illa non est via lucis sed tenebrarũ. nec ponet hoiem in statu bono corã deo. sed potius elongabit a deo ⁊ a vero lumie. ⁊ sic patẽt ratiões ad vtrãq ptẽ. Ueruntamẽ illud argumẽtũ qd facit de tẽpore ⁊ passibilitate damnatoꝝ nõ valet. quia sicut corpora passibilia erũt imortalia. ita ⁊ si anima sit subiecta variationi passionũ. adeo tamẽ erit actus memorãdi cõuersus ad ea que spectant ad penam. ⁊ adeo sine intermissione q nõ poterit anima obliuisci. ⁊ illud magis patebit vltimo cum ageẗ de verme. Hec aũt sufficiãt ad psens. quib9 intellectis satis patet litera.

De statu ⁊ cõditione damnatoꝝ vel maloꝝ ante iudiciũ q̃tum ad cognitionẽ.

Preterea queri solet si de reproboꝝ ⁊c. Supra determinauit magister statũ damnatorũ post iudiciũ q̃tum ad rationẽ ⁊ voluntatẽ. hic incidẽter determiat statũ ante iudiciũ maxime q̃tum ad cognitionẽ. Et diuidiẗ hec ps in tres. In pma determiat qualiter cognitio reprobarũ animaꝝ se habeat ad nos. In scđa vo qualiter se habeat ad beatos. ibi. Queri etiaz solet vtrum vicissim. In tercia qualiter se habeant beati ad reprobos. ibi. Postremo queriẗ an visa pena reproborũ ⁊c. Ultima ps habet duas ptes. In pma ostendit q non minuiẗ gloria bonorũ ex aspectu penarũ. In scđa exprimit penas quas videbũt. s. vermẽ ⁊ ignem. ibi. Nõ est autẽ mirandũ si sancti ⁊c.

Determinat qualiter cognitio reprobarum animarum se habeat ad nos. c

Augº super ps. cviij.

Preterea queri solet si reprobox anime quenunc in inferno crucianť noticiã habent eox que circa suos in hac vita geruntř. ⁊ si aliquo modo doleant sup infortunijs suox carox. Hanc questionez Augº. commemorat ex parte eã explicans. ex pte ꝟo insolutaz relinquens. Ait em. Queret aliquis an vllus dolor tangat mortuos de his que in suis post mortem ꝯtingunt. Uel quomodo ea que circa nos aguntř nouerint sp̄us defunctox? Cui respondeo magnam esse questionẽ nec in presenti differendam. veruntamen breuiter dici potest ꝙ ẽ cura mortuis de suis caris. vt de diuite legiť. qui dũ tormenta apud inferos pateretř. leuauit oculos ad abraam. ⁊ inter alia dixit. habeo enim quinqꝫ fratres. mitte aliquem ex mortuis vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locũ tormẽtox. Habent enim mortui curaz de viuis quos sciunt viuere. quia nec in locis penarũ vident eos vbi diues sine fratribº. erat nec ĩ requie beatorũ vbi lazarũ ⁊ abrahã ꝗ̄uis longe agnoscebat. non tamen ideo consequẽs est eos scire que circa caros suos aguntř hic vel leta vel tristia.

Luce. xvj.

Quõ accipienda sunt que de Lazaro ⁊ diuite legunť.

Si quis autez querat quomõ intelligať qđ de lazaro ⁊ diuite legitur. audiat Augustini responsum dicentis. Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus cõtineri cum sint sine corpore. nõ deerũt qui faueant ⁊ diuitez sitientẽ in loco corporali fuisse cõtendant. ipsam animã corporeã ꝑparasse linguaz. ⁊ stillam de Lazari digito cupijsse. Sed melius est dubitare de occultis ꝗ̄ litigare de incertis. Diuitẽ in supplicio. pauperẽ in refrigerio esse non dubito. Sed quõ intelligať diuitis lingua. digitus Lazari. flama inferni. sinus Abrahe. ⁊ huiusmodi vix a mãsuetis. a cõtentiosis nunꝗ̄ inueniť.

Determinat qualiter cognitio reprobarum animarũ se habeat ad beatos. d

Grego. super Lucã.

De chaos iter bonos ⁊ malos

Queri etiam solet vtrũ vicissim se videant illi qui sunt in inferno ⁊ illi ꝗ sunt in gloria? Sicut sancti tradũt. ⁊ boni malos. ⁊ mali bonos vident. vsqꝫ ad iudiciũ. Post iudicium ꝟo boni videbunt malos. sed non mali bonos. Unde Gregorius. Infideles in ymo positi ante diem iudicij. fideles sup se in requie attendũt. quorum gaudia post cõtemplari non possunt. Sed cum sancti malos in tormẽtis videant. nõne aliqua compassiõe erga eos mouenť? Nõne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole istud euangelicũ qđ Abraham diuiti respondit. Inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ est. vt hij qui volũt hinc transire ad vos non possunt. neqꝫ inde huc transmeare. Quid est illud chaos inter bonos ⁊ malos. nisi hinc iusticia. inde iniqtas. que nullatenº sociari valẽt. Adeo enim sancti dei iusticie addicti sunt vt nulla compassiõe ad reprobos transire valeant. nulla ꝓ eis inter sanctos fiat intercessio. Quomõ ergo inde volunt aliqui transire ad illos sed non possunt. quia si dei iusticia admitteret. non fieret eis molesta liberatio eorum. Uel ita dicunť velle ⁊ nõ posse. nõ quia velint ⁊ non possint. sed quia ⁊ si vellent nõ possent eos iuuare. De hoc ita Gregoriº ait. Sicut reprobi a penis ad gloriã sanctox transire volũt ⁊ non possunt. ita ⁊ iusti ꝑ misericordiã mente ire volunt ad positos in tormentis vt eos liberent. sed non possunt. quia iustorũ anime etsi in natura sue bonitate misericordiã habeãt iam. tunc auctoris sui iusticie cõiuncte tanta rectitudine cõstringunť. vt nulla ad reprobos cõpassione moueanť.

Luce. xvj.

Grego. super Lucã.

Determiãt qualiter cognitio beatarũ animax se habeat ad reprobos. ostẽdens ꝙ nõ minuiť gloria bonox ex aspectu penarũ. e

Grego. super Lucã.

Postremo queriť an pena reprobox visa decoloret gloriã beatox? an eorum beatitudini ꝓficiat. De hoc ita Gregoriº ait. Apud animũ iustox non obfuscat

beatitudinem aspecta pena reproborum. quia iam vbi compassio miserie nõ erit. minuere beatorum leticiam nõ valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant. ad maiorem tamen gloriam vident penas malorum quas p gratiam euaserunt. quia qui dei claritatem vident. nil in creatura agitur qd videre nõ possint.

Exprimit penas reproborum quas damnati videbunt. scilicet vermem et ignem. f

Non est autem mirandum si sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia. cum pphete mortales adhuc videre hec omnia meruerunt. Egredientur ergo electi non loco sed intelligentia vel visione manifesta ad videndum impiorum cruciatus. quos videntes non dolore afficientur. sed leticia satiabuntur. agentes gratias de sua liberatione. visa impiorum ineffabili calamitate. Unde Ysaias impiorum tormenta describens. et ex eorum visione leticiam bonorum exprimens. ait. Egredientur electi. s. et videbunt cadauera virorum qui preuaricati sunt in me. vermis eorum non morietur. et ignis non extinguetur. et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. id est electis. Letabitur enim iustus cum viderit vindictam.

Hiero. super ysaiã.

Ysa. vltimo.

Ps. lvij.

Ad intelligentiam huius partis duo queruntur principaliter. Primo queritur de cognitione anime separate. Secundo de verme. Circa primum queruntur tria. Primo queritur de cognitione eius p comparationem ad virtutem cognoscentem. Scdo p comparationem ad statum viatorum. Tercio p comparationem ad statum beatorum.

Questio. j. g

Utrum anima separata habeat vsum potentie sensitiue. Et q sic videtur primo auctoritate euangelij Luce xvj. eleuans oculos vidit lazarum etc. omnia illa que ibi tanguntur dicunt cognitionẽ sensitiuam et p modum sensus. ergo etc. Item Cassiodorus in libro de anima loquens de anima separata dicit. vidit. audit. tangit. ac reliquis sensibus efficacius valet. Item ratione videtur. quia tanto substantia per potentiam melius et facilius operatur quanto est liberior et ab errore immunior. sed substantia anime rationalis separata habet potentiam cognitiuam. quia impossibile est destrui potentiam que fundatur in substantia perpetua. Et iterum. Substantia liberior et spiritualior. ergo ad actum cognitionis liberior. ergo melius potest ea vti tam interiori quam exteriori quam nunc. Item constat q anima separata cognoscit res abstractas a conditionibus materialibus. cognoscit res sub conditionibus materialibus absente materia. et iterum. cognoscit sub conditionibus individualibus presente materia vel obiecto. hoc constat. ergo intelligit. et imaginatur. et sentit. ergo habet vsum. ergo omnis potentie. Si tu dicas q hoc facit p vnam et eandem vim. Contra. isti actus sunt maioris abstractionis et minoris. Si ergo abstractio maior fit secundum gradus spiritualitatis potentiarum. et vna potẽtia nõ habet gradus spiritualitatis maioris et minoris. ergo necesse est q hoc faciat p tres potentias. Item si intellectus anime separate potest hec omnia. tunc videtur q cum frustra fiat per plura quod potest fieri per pauciora. q frustra dedit deus tres potentias anime.

Item si potest totum intellectus quantum ad ista tria. ergo deficientibus nobis nihilominus poterit cognoscere sensibilia. quod est manifeste falsum. et contra experientiam et contra phm qui dicit q deficiente sensu necesse est scientiam deficere que est secundum illum sensum. Si tu dicas q hoc habet anima separata. ego quero quare anima separata põt totum p intellectum nõ autem coniuncta. Si tu dicas q hoc est propter molem carnis. obijcitur de statu ade vbi anima non habebat carnem opprimentem. nec tamen hoc poterat solo intellectu. quia frustra haberet sensus. Contra. sentire vt vult phs est operatio coniuncti. ergo cum facta separatione iam nõ sit animal. iam nõ erit operatio sensus. Item sensus siue interior siue exterior est potentia egens organo determinato. ergo est potentia alligata organo. ergo cessante organo non habet operationem. Item hoc videtur experimento. quia cecus habet potentiam videndi. et amisso oculo non potest videre. nec freneticus recordari. ergo si perdit operationem quando perdit organum. ergo potentia sensitiua quando omnino separatur magis perdit operationem quam quando organum solum leditur. ergo cessat omnis eius operatio. Item in omni potentia cognitiua necesse est reperire agentem et passibilem. et hoc p differentiam. Si enim differunt in intellectu qui est potentia simplicior et spiritualior. multo magis in potentia sensitiua. sed potentia sensitiua non diuiditur in agentem et passibilem in se. ergo necesse est q preter se habeat passibilem. sed hoc nõ est nisi organum corporale qd recipit ad hoc q homo cognoscat. ergo cum post separationem sit actiua sine passiua. et sine his duabus impossibile est potentiam cognitiuam fieri in actu. ergo etc. Rº. dicendum q circa hanc questionem triplex fuit doctorum opinio. Quidam namque dixerunt q anima separata cum trahat secum omnes potentias omnibus vtitur tanquam substantia liberior. nec dicunt esse credendum phis in hac parte. quia nec recte intellexerunt cognitionem post separationem anime. nec vlterius vnitatem propter quam in vna anima sunt tres potentie. Item rationalis sensibilis et vegetabilis in eadem substantia ppetuo radicantur cum que necessario separantur. quod phi non cognouerunt. sed sancti. et quoniam fides nostra dicit animas cruciari ignibus. et Cassiodorus dicit q alijs sensibus efficacius valet. ideo posuerunt animam vsum omnium potentiarum habere. Secunda positio est q anima habeat potẽtias sensitiuas. illa tamen que rationalis est. sed quoniam omnes sensitiue exteriores vniuntur in origine et in sensu cõi. et distinguuntur in organis. ideo necessario cum anima separatur a corpore recurrunt omnes potentie ad vnam originem. scilicet ad sensum comm- 26

munc3. τ ꝑ illū̃ sensum pōt anima libera qꝺ poterat per omnes alios exteriores ratione alligationis cum corpore τ illo vtitur ad actus omnium sensuū̃. et ita vtitur sensu interiori non solum intellectu. τ iste sensus est qui trahit secum fantastica. Et hanc positionem ɔfirmaꝫ ꝑ augustinum q̄ dicit de spiritu τ anima. τ .xij. super Gen̄. ad literam. φ anima trahit secū̃ imagines nō corporales. τ ꝑ illas imaginaꝫ τ cognoscit. et vtiꝫ potentia sensitiua interiori. Tercia positio φ anima ratiōalis sepata nihil cognoscit nisi mediante potentia intellectiua. ꝑ illam aūt pōt cognoscere nō solum quod cognoscebat alie potentie ꝓpter sui libertate. sicut vnus angelus ꝑ potētias sensitiuas nihil potest operari. sic nec ꝑ vegetatiuas. q̄m dependent ab organo corꝑali sicut manifestū est in mēti. ꝗ sic corꝑe corrupto nihil opaꝫ ꝑ potētias q̄ respiciunt vegetabilem. ita nihil operaꝫ ꝑ potentias q̄ respiciunt sensibilem. ꝑ intellectū aūt cognoscit res sub cōditionibus materialibus presente materia. et hoc est sensus exterioris. τ res sub cōditionibus materialibus absente materia. τ hoc est imaginatiōis. τ illas etiā res cognoscit abstractꝰ oībꝰ mālibꝰ. τ h̄ oīa vere facit. τ recte dicitꝫ aīa sepata sentire. imaginari. τ intelligere. non ꝑ diuersas potentias. sed per vnaꝫ que potentior est omnibus hiis cognoscere. sicut potenter est in angelo. vt patet ex scđo libro. Ad maiorē aūt intelligentiam est notandum φ sicut in omni potentia est aliq̄d quo est fieri. τ aliquid quo est facere. sic τ in omni cognitione. τ cum hec sit prima diuisio potentie ꝑ actiuum τ passiuum. necesse est ista differre. verumtn̄ sm̄ gradus minoris τ maioris simplicitatis τ spūalitatis habent maiorem τ minorem differentiam. Intellectiua nanqꝫ ꝓ eo φ est spiritualior τ abstractior habet vtranqꝫ potentiam que respicit substantiam spiritualem. ita φ actiua ratione ipsius quo est. τ passiua ratione ipsius quod est. s. materie τ forme. In potētia aūt sensitiua que est minꝰ spiritualis. actiua potentia est ex parte anime. τ passiua ex organo. τ ideo quia sensus non est sine actione et passione. ideo sentire dicitꝫ esse opatio coniuncti. Et iterum. cum actiua nihil agat sine passiua. τ quando aīa amittit corpus amittit passiuaꝫ respectu actꝰ sentiendi. ideo impossibile est φ aliquo sensu vtaꝫ siue interiori siue exteriori q̄diu est sepata. Hec autem opinio magis est rationi cōsona. nec repugnat fidei. nec sanctoꝝ autoritati. Ponit enim φ anima ꝑ potentiam intellectiuam intelligat τ cognoscat his tribꝰ modis quibus nunc. τ angelus similiter his in q̄ tribus modis a pte rei cognite. τ illud dicitꝫ intelligere. imaginari. τ sentire. sm̄ φ sancti dicunt. τ ita intelligēde

27 sunt autoritates sanctoꝝ. Ad illud ergo quod primo obijcitꝫ de illo diuite. dīm φ lingua illa non erat nisi lingua imaginatiua. Anima enim fert imagines nō tm̄ in ꝑotētia inferiori. sed etiā cum sepatur hꝫ in memoria intelligibili que non eget organo corporali

28 Ad illud quod obijcitꝫ de Cassiodoro. dīm φ non loquitꝫ de sensibus exterioribus sed de interioribus. q̄ nihil aliud sunt q̄ ipse intellectus ꝓut est modꝰ apprehendendi ipsoꝝ sensuum.

29 Ad illud quod obijcitur φ anima sepata est liberior. dīm φ verū est q̄tum ad potentiam actiuam. sed quando caret passiua non potest operari. sicut nec ignis sine combustibili. non ꝓpter imperfectionem sui in se sed ꝓpter qꝺ necessario exigit ad exeutidum in opꝰ.

30 Ad illꝺ qꝺ obijcitur φ cognoscat tripliciter. dīm φ hoc facit separata ꝑ vnam τ eandem. Quod obijcitꝫ de alligatione. Dicendum φ hoc non facit diuersitateꝫ. quoniam vna potentia est sm̄ quam anima ordinat totaꝫ lineam predicabilem. τ ascendit abstrahendo siue resoluendo ab infimo vsqꝫ ad supremū̃. τ descendit cōponendo a generalissimo vsqꝫ ad indiuiduū̃. solꝰ eīm potentie rationalis est compare indiuiduum ad speciem. τ eiusdem considerare genus generalissimum. et ideo abstractio in his tribus actibus non est sufficiens ratio ad diuersificandum potentias. sed magis coniunctio ꝓportima τ decentissima sm̄ quam factū̃ est vt anima q̄diu est in carne habeat potentias sm̄ quas alligeꝫ et communicet corpori operationeꝫ suam τ in regendo siue in videndo. τ in cognoscēdo. et sic patet quare intellectus nō habet hoc posse q̄diu est ɔiunctus ꝓpter alligationem τ ordinem τ connexionem potentiarum anime ad se τ ad corpus. nō sic aūt cū̃ est sepatus. τ sic pꝫ totum.

Questio .ij. b

De cognitione anime sepate ꝑ compatiōem ad statum viatorum. Et queritꝫ vtrū̃ anima sepata cognoscat ea que circa nos geruntꝫ. Et φ sic videtꝫ. saltē de bonis. Grego. Quid est qꝺ nō vident q̄ videntē omnia vident. sꝫ tales sunt anime beate. ꝗ τc̄. Item hoc etiam videtur de reprobis. quia Greg. narrat in dyalogo φ quidam malus homo predixit locuꝫ sue sepulture. τ soluit φ hoc fuit virtute anime que iam abstrahebaꝫ a corpore. si ergo plus est cognoscere futura q̄ presentia. τ tanto magis quanto magis ē abstracta. patet τc̄. Item communiter de vtraqꝫ videtꝫ φ vtraqꝫ habet potentiam intelligendi que non indiget amminiculo exterioris luminis. nec est artata ad aliquid. ergo potest ꝑ istam cognoscere que circa nos geruntur. Item quanto substantia liberior tanto facilius τ certius exit in actum suum. ergo cū̃ anima sepata a corpore sit multo liberior q̄ ei coniuncta. si poterat coniuncta cognoscere que sunt circa nos. poterit τ sepata. Contra. φ beate anime nō cognoscant videtꝫ. qꝛ beate anime magis adherēt deo q̄ aliq̄ viatores. sed aliqui viatores ita adherēt deo φ parum vel nihil sciunt de his que hic geruntꝫ. ꝗ τc̄.

Item de damnatis videtꝫ. quia lumen cognitiōis nō accrescit in damnatis. immo potius obscuratur. sed cum damnati erant hic non poterant cognoscere ea que fiunt apud inferos. ergo nec modo poterunt cognoscere ea que fiunt apud nos. Item φ nec isti nec illi videtur. quia tam isti q̄ illi habent potentiam cognoscendi finitam. sed ad hoc φ aliquis cognoscat de nouo necesse est presentari ipsi virtuti cognoscenti. ergo si a nobis multum distant τ absentes sunt. patet τc̄. Item tam isti q̄ illi diligūt nos. sed qui diligit alterum congaudet in bonis τ contristatur in malis. ergo si mali non debent cognoscere vnde gaudeant. nec boni vnde doleāt. videtur φ nec isti nec illi nos cognoscant. Et hoc confirmatum est per illud quod dictum est Josie. iiij. Regum. xxij. Dixit enim dn̄s φ auferret eū̃ ne videret mala gentis sue. Resꝑōdeō φ ē aliq̄d cognoscē dupliciter. s. ꝑ ꝓpriā ɔsideratiōe. vel alterꝰ instructiōe. Cognitiō ꝑ ꝓpriā ɔsideratiōꝫ 32

est dupliciter. Aut enim est rei vt presentis ꝑ certitudinem. Aut est rei vt absentis ꝑ per quandam coniecturationem. Similiter instructionis cognitio est dupliciter. Aut enim est ꝑ reuelationē alterius. aut ꝑ reuelationem dei. Cum igitur sit quadruplex modus cognoscendi. Primus non est in animabus separatis quantum ad actus nostros quamdiu sunt in locis sibi deputatis. Distant enim a nobis nisi fortassis diuina ꝑmissione veniant ad nos. Secundus vero qui est ꝑ quandam coniecturationem. sicut nos facimus de illis quos nouimus cum sint nobis absentes. in damnatis esse potest nō in bonis. quia huic admixtus est error ꝑ dubietas. Tercius ꝑ reuelationem potest esse in bonis quibus referunt angeli boni. ꝑ in malis quibus referunt demones vel ipsi damnati. Quartus vero ꝑ illustrationē ꝑ reuelationē tantum in bonis. Unde aug. in libro de cura ꝓ mortuis agenda. possunt inquit spiritus mortuorum aliqua que hic aguntur que necessarium ē eos nosse. non solum presentia sed etiam preterita ꝑ futura spiritu dei reuelante cognoscere. Et Gregorius in dyalogo. fit in electis quoddam mirabile vt secundum illos quos hic nunquam viderunt vel nouerunt bonos cognoscant. vt cum omnia cognoscunt. sed quedam ꝑ reuelationem. [32] Ad illud ergo quod obiicitur quod omnia vident boni. quia vident videntem omnia. Dicendum quod Gre. intelligit de his que sunt eorum saluti necessaria. [33] Ad illud quod obiicitur de illo qui ꝑuidit locum. Dicendum quod hoc potuit esse ex multa sollicitudine ꝑ anime abstractione. vel etiam aliqua facta interius reuelatione. [34] Ad illud quod obiicitur quod nō indigent organo ꝑ sunt liberrime. Dicendum quod quamuis nō indigeant organo ad cognoscendum ea quorum habent species. indigent tamē ad accipiendum de nouo ꝑ cognoscendum maxime singularia. [35] Ad illud quod obiicitur in contrarium quod sancti sunt ab his abstracti. Dicendum quod non est simile. quia quamdiu sunt in carne impediuntur a contemplatione dei ex consideratione multa nostrorum actuū. sed iam beati nō impediuntur. [36] Ad illud quod obiicitur quod nō habent maius lumen cognitionis. Dicendum quod sicut modo cognoscimus reuelatione. ita ꝑ ipsi similiter. sed certius considerant nos quam nos ipsos. quia nos hactenus cognouerunt. sed non nos ipsos. [37] Ad illud quod obiicitur quod doleret boni. Dicendum sicut iam patebit quod nec bonis tristicia nec malis gaudium aliquid ex hoc esset.

Questio. iij.

De cognitione anime separate ꝑ comparationem ad statum beatorum. Et queritur vtrum mutuo se cognoscant. s. damnati beatos et econuerso. Et quod sic videtur ꝑ illud Luce. xvj. quod diues positus in tormentis vidit abraam. ꝑ abraam econuerso vidit ipsum. Itē grego. Infideles in imo positi. fideles sup se in requie attendunt. Item ratione videtur. quia opposita sibi inuicem comparata et simul visa magis elucescunt et etiam decorant vniuersum. ergo si mali habebunt penā catenus intensam qua potest cogitari. et similiter boni gloriam. ꝑ vtraque intenditur respectu alterius. ergo vtrique debent se mutuo videre. Item constat quod boni gaudebunt ꝑ laudabunt dei iusticiam. mali similiter dolebunt de gloria amissa. ergo si non contingit gaudere nisi de cognito. vtrique cognoscent. s. boni seueritatem iusticie. ꝑ mali dignitatem glorie. sed boni hoc non vident in se nec mali in se. ergo cōstat quod vident inuicem. Contra. inter eos est improportionabilis distantia. ergo si ad visionem requiritur presentia. videtur quod nō possint mutuo se videre. Item gloria est qualitas spiritualis. sed qualitas gratie non videtur certius a nō habente. ergo nec glorie. Item consideratio pene incutit terrorem. ꝑ consideratio glorie generat gaudium. sed in malis nullum erit gaudium. in bonis nullus terror. ergo ꝛc. Si dicas quod recipitur secundum modum recipientis nō recepti. ꝑ ideo in malis generat confusionem ꝑ in bonis gaudium. ergo si duo debent esse post iudicium. ergo post se cognoscerent. quod est contra Grego. vt habetur in litera. Itē in bonis est cōpassio de bonitate nature. ergo si nō tollitur bonitas nature. maxime vigebit in eis compassio. ergo videtur quod si videant tormenta malorum quod maxime doleant. Et hoc videtur Gregorius dicere ꝑ habetur in litera quod volūt transire ꝑ affectum misericordie. Resp. dicendum quod consideratio siue cognitio glorie beatorum est reprobis pena. ꝑ consideratio siue cognitio pene reproborum est electis gaudium. quia isti considerant gloriam sub ratione amissionis. isti penam sub ratione diuine vltionis. Unde letabitur iustus cum viderit vindictā. Quoniam igitur gloria electorum semper manet. ꝑ post iudicium erit copiosior. ideo ꝑ nunc ꝑ tunc vident penam damnatorum. secundum quod dicitur Ysa. vlti. Uident in quam in deo siue in speculo eterno. cum faciat ad eorum gloriam cumulandam. Reproborum pena similiter post iudicium intendetur. ꝑ adeo intendetur vt beatorū gloriam non liceat eis considerare. nec ab eis consilium petere vt diues petiit. quia tormentorum suorum magnitudinem non poterunt sustinere ita quod liceat alijs vacare. immo absorbebuntur totaliter a penis. Concedende ergo sunt rationes quod mutuo se cognoscant. [38] Ad illud quod obiicitur in contrarium quod ē inter eos improportionabilis distantia. Dicendum quod nō agnoscunt mali bonos per intuitum presentie. sed ꝑ considerationem intelligentie. boni vero malos in speculo ꝑ in deo. [39] Ad illud quod obiicitur de gloria. dicendum quod non vident ipsam glorie essentiam sed cōsiderant requiem. quia cognoscunt ꝑ gaudent. sed ipsi laborant ꝑ dolent. ꝑ cognoscunt sicut infirmus cognoscit sanitatem alterius quam non habet. [40] Ad illud quod obiicitur quod generat dolorem ꝛc. patet responsio. quia consideratio bonorum non est in pena quia afflictiua. sed fertur vlterius quia iusta. ꝑ optime ꝑ digne inflicta. ꝑ talis consideratio amanti generat gaudium. Similiter nec consideratio malorum sistitur in bono glorie quia bonum. sed quia perditum. ꝑ hec consideratio generat dolorem. [41] Ad illud quod obiicitur quod post iudicium videre debent ꝛc. Dicendum quod tunc maiori pena erunt absorpti vt iam non liceat eis cogitare glorie dignitatem. semper tamen in mente habebunt eius amissionem ꝑ carentiam vt tristentur.

Ad illud quod obiicitur quod compati est de bonitate nature. Dicendum quod hoc non est verum generaliter nisi intelligatur de natura passibili.

Consequenter quantum ad secundum articulū queritur de verme qui erit in damnatis. ꝑ circa hoc tria queruntur. Primo queritur vtrū damnati habeant vermem materialē siue corporalē. Secundo vtrum sit in eis vermis spiritualis. Tercio queritur vtrum vermis ille sit inuariabilis.

Questio.j. k

Circa quam pceditur sic ꝛ ostendit ꝙ vermis ille sit materialis. Ecci.vij. vindicta carnis impij ignis et vermis. Et Judith vltimo. Dabis ignem ꝛ vmes in carnes eoꝝ. ergo si in carne non est nisi vermis materialis. paꝝ ꝛc. Item damnati resurgent cū penalitatibꝰ ꝛ deformitatibꝰ. ergo habebunt corpa putrefactibilia sicut nūc habent. sed ex corpe putrefactibili generant vermes. ergo ꝛc. Item pena vermis semp annectitur pene ignis velut in pluribus locis scripture pꝫ. Sed ignis nō tm̄ est spūalis sed etiam materialis. ergo videt similiter ꝙ vermis. igne eīn punit corpus et anima. ergo similiter ꝛ verme. ergo videt ꝙ sit materialis. Contra. Esa.xiiij. dicit de dyabolo. Opimentū tuū erūt vermes. sed ꝯstat ꝙ dyabolus nō habet vermē materialem. ergo ꝛc. Item nullus vermis materialis ē immortalis cum habeat formam corruptibilem. sed vermis ille nō moritur sicut dicit vltimo Esaie. ergo ꝛc.

Item vermis materialis ꝛ in sua cognitōne et in sua origine aliquid minuit de substantia corpis. ergo si corpus illud nō est cōmutabile. nō igit punit illud talis vermis. Item ibi erit multo intēsior ignis ꝙ sit hic. sed vermes in isto igne nō possunt viuere. ergo nec in illo poterūt. Si tu dicas ꝙ hoc est p miraculum. ergo tūc cum nō patiant ab igne vident habere corpora gloriosa ꝛ incorruptibilia. Si dicas ꝙ renascant. quero quō. cum nō sit ibi soli locus. et maxime putrefactibilia p virtutem supracelestem habebunt generari.

42 Rᵒ. dicendum ꝙ Augꝰ.xx. de ciuit. dei. ponit circa hoc duas opiniones. Quidā eniꝫ voluerūt intelligere vermē illum esse materialem propter verbum scripture. Alij ꝯo rationem sequentes volunt dicere ꝙ vermis ille sit spūalis. ꝛ horum opinionem dicit sibi magis placere. et ex quo sibi magis placet. ꝛ nobis similiter debet. Vn̄ concedende sunt ratōnes ꝙ vermis ille nō sit materialis.

43 Ad illud quod obijcit in cōtrarium p similitudinem ignis. dicendū ꝙ sicut ignis materialis affligendo corpus affligit ꝛ punit animam. ꝛ ei vnitum. sic vehemens dolor et remorsus siue tristicia anime redundat in corpus. quia spiritus tristis desiccat ossa. Quoniaꝫ igit erit in damnatis magnus cōscientie remorsus ꝛ dolor. ita etiaꝫ vt redundet hec mesticia in carnem. ideo vere dixit scriptura ꝙ daret deus vermē in carnē eorum. ꝛ expressit multum ad terrorem carnalium qui magis horrent penam carnis ꝙ anime. Vel possꝫ dici ꝙ caro ibi dicit opus carnale. hoc est opus peccati ex quo generat vermis spiritualis.

44 Ad illud qd obijcitur ꝙ habebūt deformitatem. dicendū ꝙ verū est. sed nō putrefactōnē.

45 Vltimū solutū est de igne quia ignis ab exteriori pcedit ad intima. vermis ꝯ ab intimis ad exteriora. ꝛ ideo ignis est materialis. sed vermis spiritualis.

Questio.ij. l

Vtrū in damnatis sit vermis spūalis. ꝛ querit p quo dicit in eis esse vermis. Si qꝛ est in eis dolor mordens. Sꝫ in penitentibꝰ est maximꝰ dolor de peccatꝭ. ergo ꝛ maximus vermis. Item aliqui ita sunt peruersi ꝙ letant cum male fecerint ꝛ exultent adeo vt nullum remorsum aut dolorem sentiāt. ergo si damnati sūt magis pūersi ꝙ viatores. videt ꝙ nullū oino habeāt remorsum. Item aliqui sunt ita excecati ꝛ obstinati in malo ꝙ nullū oino sentiūt remorsum. sicut heretici qui moriunt p heresi sua tuēda. sed damnati sūt magꝭ obstinati ꝛ excecati. ergo ꝛc. Item si habent dolorem. aut de pena. aut de culpa. Si de pena. ergo non differt vermis a pena ignis. qꝛ ignis nō punit nisi qꝛ dolent. Si de culpa. aut volūtate deliberatiua aut naturali siue sinderisi. Sed nō deliberatiua. quia sm̄ illam nō penitēt. imo pseuerat in eis peccandi voluntas. Nō sm̄ sinderisim. quia sinderisis ī aliquibꝰ viatoribus est pcipitata. ergo videt in eis penitus extincta. Et hoc videt p ratōnem. qꝛ sicut fomes se hꝫ ad malum. sic sinderisis ad bonū. sed oīnis fomes oino extinctus est in beatis. ergo sinderisis in damnatꝭ. Itē quero cum vermis nascat ex putrefactione ꝛ rodet. qua methaphora dicit vermis ꝯscientie cum illa nō putrescat. Sed ꝯtra ꝙ in damnatis sit vermis spiritualis siue dolor videt. qꝛ sup ecci. vij. Vindicta carnis impij ꝛc. vermis est fera scelerū pnia. Et Augus. de fide ad petrū dicit ꝙ habebūt hoc supplicium.

Item ratōne videt. quia sinderisis naturaliter remurmurat ꝯtra malum. sed vicīū nō demit extreme nature vestigia. ergo ꝛc. Item quecūqꝫ faciūt ad penam damnatoꝝ debent esse in eis. sed hec remurmuratio sinderisis auget eoꝝ penā. ergo saltē actus ille nō debet tolli. Item oīnis creatura sm̄ ꝙ natura deseruit creatori. ergo si voluntas ratōnalis sm̄ ꝙ natura est recta. ergo ei deseruit. sed creatura creatori deseruiēs armat in tormentū ꝯtra iniustos. ergo ꝛc. Rᵒ. dicenduꝫ ꝙ ipsa translatio vermis ad dolorem spūalem manifestat in quibꝰ ꝛ quō sit vermis si attendat ratio trāsferendi. In verme eīn materiali ꝯsiderat vigor ꝛ inordinatio. oritur inqꝫ ex putrefactōne. ꝛ mordet illū in quo orit. sic in spūali dolore. nō quilibet dolor ꝛ vermis. sed qui nascit ex putrefactōne peccati. ꝛ tūc peccatum dicit putridū. quando anima in eo requiescit finaliter. Rursus oportet ꝙ sit in dolore morsio. hec autem est ex ꝯcursu duoꝝ mouentiū sibi inuiceꝫ obuiantium ꝛ resistentiū. ista duo mouentia sunt in homine voluntas naturalis ꝛ deliberatiua. quaꝝ vtraqꝫ mouet. ista ꝯcurrūt p ꝯscientiā dictanteꝫ aliquod factū esse indebitū. ꝛ tunc obuiant quando naturalis detestat indebitū ꝛ deliberatiue placet. tūc autem resistūt quando vtraqꝫ in suo actu viget qꝛ illa efficaciter detestat. ꝛ ideo immutabiliter adheret. Scdꝫ hoc ergo patet in quibꝰ est vermis. ꝛ qn̄. Nam deficiente ꝯcursu qui est p peccati ꝯscientiā. nō est vermis sicut in hereticis ꝛ in hijs qui credunt peccando benefecisse. Deficiente obuiatōne nō est vermis. vtputa in hijs qui dolent de culpa sm̄ voluntatē. nō tm̄ naturalem sed etiā deliberatiuā. vt sunt penitentes. Deficiente resistentia nō est vermis. vtputa quando voluntas tanta delectatōne fertur in peccatum ꝙ absorbet motum voluntatis naturalis vt non sentiat. et sic patet quare vermis deficit. aut propter defectum putrefactōnis in iustis. aut concursus in cecis. aut obuiationis in penitentibus vere. aut resistentie vt in hijs qui peccant ex magna libidine. ꝛ ex hijs patet ꝙ in damnatis vigebit vermis. quia ibi erit peccati putrefactio ex hoc ꝙ peccatuꝫ finaliter remansit in anima eorum. Ibi erit concursus propter peccatorum apertissimam visionem. Ibi erit obuiatio propter

voluntatis deliberative obstinationem et sinderisis remurmurationem. Ibi erit resistentia. quia delectatio peccati erit ablata per pene acerbitatem. et ex hoc ipsius sinderisis actio fortificata. et ex hoc vermis mirabiliter rodens et puniens. Ad illud vero quod obiicitur

46 quod sinderisis est extincta in damnatis. dicendum quod sinderisis triplex est actus. Primus quidem est investigare bonum. et iste quidem ablatus est a damnatis. quia non est amplius locus bene faciendi. Secundus qui est retrahere a malo faciendo. et iste extinctus est in demonibus propter improbam maliciam voluntatis eorum. Tercius qui est remuneratio contra malum factum. et iste manet in eis iusto dei iudicio. tamen secundum istum actum in damnatis non remurmurat malo quia culpa vel quia inhonestum. sed quia ex hoc punitur. Unde isto aliquo modo est extinctus. et quia demones nondum sentiunt acerbitatem penarum intense ut damnati ideo non habent ita remorsum. Sane tamen posset dici quod sinderisis remurmurat malo facto quia indebitum. ipsa enim non confert culpam ad penam. et preterea respicit honestum incomodum. et iterum ipsa voluntas deliberativa detestatur malum culpe propter penam. nollet enim impius peccasse, vel fecisse unde tot mala habet necesse pati. vel saltem mallet numquam habuisse delectationem quam esse in tanta miseria et dolore. unde solvendum est quod quantum ad istum actum qui penalis sinderisis est et dei instrumentum ad flagellandum iniquos non extinguetur. et remorsus modo non sic in demonibus intensus est propter defectum resistentie. quoniam modo delectantur in culpis.

Questio .iii. et ultima m

Utrum vermis ille sit invariabilis. Et quod sic videtur. quia culpa est invariabilis. et pena respicit culpam quam cum hic vermis sit pena. patet etc. Item impius continue affligitur et equaliter. ergo similiter videtur quod et vermis. Item omne variabile terminabile. sed vermis ille est interminabilis. ergo etc. Contra. vermis est ex recordatione peccati. sed non simul peccata recolet cum non sint deiformes. ergo successive. sed maiori pena maior debetur remorsus. et ubi hoc ibi variabilitas. ergo etc. Item si vermis est corrodit. sed quanto aliquid diutius roditur magis debilitatur et magis gravatur. ergo pena malorum semper crescit. Item si semper rodit. cum non sit infinitum bonum quod adimitur ergo aliquando adimeret totum. sed hoc est impossibile. ergo etc. Responsio. dicendum quod iusto dei iudicio sicut di-

47 ctum est supra fiet ut mali simul omnia peccata memorentur. ut de omnibus continue torqueantur. et ideo vermis est pro omnibus. et non intensior nunc quam ante. Ad il-

48 lud quod obiicitur de intensione. dicendum quod sicut egressus continuus alicuius ab aliquo est duplex. Vel per innovationem secundum partem et partem. ut rivus a fonte. et motus a motore. Aut eiusdem continuatione. ut ramus a radice. et radius a sole. sic ademptio continua. vel per novi ablationem sicut ignis comburit ligna. vel per eius continuationem sicut ignis infernalis corpus. et dolor animum. et sic vermis continue rodit. et illud modus supra patet de pena ignis. et per hunc modum intelligendum est de pena vermis.

Queritur hic quis sit sedens. et quid solium. et que via. Responsio. dicendum quod sedes iste deus est sive christus qui requiescit in summa pace que exuperat omnem sensum. Solium autem potest dici sancta scriptura propter sui eminentiam. vel etiam anima sancta que dicitur sedes sapientie. aut certe virgo Maria in quam descendit ad habitandum dominus. vel etiam natura assumpta in qua posuit tabernaculum suum. Facies autem huius est maiestas divinitatis quam videbimus cum erimus gloriosi. Pedes vero sive via sunt opera finalia que sunt velata sicut illa que pertinent ad finem mundi. Media vero inter dei magnitudinem eternam et nostram magnificationem futuram sunt opus creationis et redemptionis. Incipit igitur magister a facie maiestatis in primo. et decurrit per media in secundo et tercio. et terminavit in pedibus sive in ymis in quarto. Isti autem pedes nunc sunt velati. sed tunc discooperientur quando facies manifestabitur. hoc autem erit quando deus ita erit conspicuus ut videatur a singulis nobis in singulis nobis. videatur ab altero in altero. videatur in semetipso. videatur in creaturis omnibus. videatur etiam per corpora in omni corpore quocumque fuerint spiritualis corporis oculi acie pertingente directi. Tunc videbimus. amabimus. laudabimus. tunc apparebit christus vita nostra. et nos apparebimus cum ipso in gloria. ad quam nos perducat pontifex et precursor noster ihesus christus filius dei et beate Marie domine et adiutricis nostre. sua pia misericordia. cui est benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio. honor et virtus et fortitudo per infinita secula seculorum Amen.

Concludit epilogando breviter que in hoc libro et omnibus precedentibus determinata sunt. g

Hec de pedibus sedentis super solium excelsum quos seraphin duabus alis velabant. scriptori et si non auditori commemorasse sufficiat. qui a facie exorsus sedentis. per media ad pedes usque via duce pervenit. Ezech. i.

Jacobus wympfling Sletstatensis theolo/
gie doctor. ad quoslibet theologie studiosos.

Johannes gerson Cancellarius parisiensis doctor christianissim⁹ in laudē
Bonauenture. in opusculo de libris legendis a religiosis cōsideratōne quinta sic ait. Ille sci/
licet Eustachius Bonauentura singulariter inter omnes doctores catholicos (pace omnium
salua) videtur idoneus ⁊ securissimus ad illuminandū intellectū. ⁊ ad inflamanduz affectum.
Et idem Joh. gerson de examinatōne doctrinaruz. Porro si queratur a me quis inter ceteros
doctores plus videatur idoneus. respondeo sine preiudicio q dominus Bonauentura. quo/
niā in docendo solidus est ⁊ securus. pius. iustus. ⁊ deuot⁹. Preterea recedit a curiositate q̄n/
tum potest. nō immiscendo positiones extraneas vel doctrinas seculares dyalecticas aut philo/
sophicas terminis theologicis obumbratas more multoꝝ. sed dum studet illuminatōni intelle/
ctus. totum refert ad pietatem ⁊ religiositatem affectus. Vn̄ factum est vt ab indeuotis scho/
lasticis (quoꝝ prochdolor maior est numerus) ipse minus extiterit frequentatus. cum tamen
nulla sublimior. nulla diuinior. nulla salubrior atq; suauior p theologis sit doctrina. Preterea
sicut apud grāmaticos donatus de partibus oratōnis. ⁊ apud logicos sūmule Petri hyspani
traduntur ab initio nouis discipulis ad memoriter recolendum ⁊ si nō statim intelligant. sic apō
theologicos discipulos breuiloquiū Bonauenture (qd incipit flecto genua) videretur valde sa/
lubriter imponendū. iuncto itinerario suo mentis in deum. qd incipit. In principio primū prī/
cipiū. Itaq; laus omnis inferior est hys duob⁹ opusculis. Et infra. Sortitus est ḃm laudē vi/
te sue pariter ⁊ doctrine nomen ipse Bonauentura vt anthonomatice doctor seraphycus no/
minetur. Docet hoc lectura sua grandior igne suo cū lumine. Vn̄ mirū imo miserū ⁊ miserabile
videtur (ne dicam ⁹damnabile) quo pacto p̄late sint doctrine quedaz alie sub specie subtilitatis
plus inquietantes q̄ cyniphes egyptie ⁊c̄. Secutus est doctor iste se testante doctrinam ꝯmu/
nez ⁊ solidaz que parisius vigebat suo tempe. Et paulopost gerson dicens de felici obitu vere
sancti ⁊ gloriosi dn̄i Bonauēture ait eum obysse ydus Julij tempe ꝯcilij generalis lugdunen̄.
p Gregoriū decimū celebrati. Anno. M. cclxxiiij. Et iterū. pgreditur hec scedula latius q̄ ppo/
situz fuerat ab initio sup laude nostri Eustachij bene fortunati ⁊ doctoris seraphici. cū deplora/
tione q ita postposit⁹ est nō dicam absq; canonisatione. viderint hoc summi pontifices. sz abs/
q; scholasticoꝝ frequentatōne in vsu ꝯtinuo studiositatis sue. Sunt alij doctores qui dicantur
cherubici. hic verissimo noīe seraphycus simul ⁊ cherubycus. qz inflamat affectū ⁊ erudit itel/
lectū. Item Joh. gerson in ep̄la ad patrē Oswaldū carthusieñ. Deniq; doctrinā theologi/
cam ppue dicendā eximij ⁊ seraphyci doctoris dn̄i Bonauēture cardinalis ⁊c̄. Postremo idē
gerson in sermone de spū sancto ita dicit. Deduxit hāc reductōz dn̄s Bonauētura cardinalis
in itinerario suo mētis in deū. q̄ libello ⁊ autore suo laus omīs terre inferior. Et in alijs deniq;
locis cancellarius parisieñ. dn̄m Bonauenturā apprime ꝯmendat. Si vir tantus potē Johan/
nes gerson. vir prudens. verax. fidelis. xp̄ianissimus. solertissimus explorator doctrinaruz p/
suadere nisus est scholasticis ⁊ speculatiuis theologis. vt pre ceteris theologorum scriptis has
quatuor Bonauenture partes peculiarius amplectantur. cur nolint studiosi viri. qui in scriptis
docti primum euadere ⁊ deuoti. deinde magnum animarum fructū. christiane religionis in/
crementum. ⁊ dei laudem ac gloriam pmouere cupiunt. saluberrimum sequi consilium prudē/
tissimi parisieñ cancellarij. ⁊ non pre ceteris iam enixe ⁊ luculenter Nurenberge tandem impſ/
sa. precio parare. introspicere. relegere. et quid sibi velint pfundissima deuotissimaq; scripta
cognoscere? Qui id facturi sunt. valeant et viuant felices cum felici ⁊ beato Bonauētura. Ex
Nurenberga nobilissima germanie ciuitate Anno xp̄i M. cccc. xcj.

Este 1º tomo. tiene hojas. 265.

Ordo questionū diui Bonauēture in quartum librum Sententiarum.

Dist.l.

Rubrice diui Bonauenture in quartum librum Sententiarum.

Dist.j.

Dist.ij.

Dist.iij.

Dist.iiij.

Dist.v.

Dist.vj.

Introducit ex verbis suis dubium quibus dicit mulierem istam non pertinere ad matrimonium cum qua nō est cōmixtio sexuum.e.
Dissoluit dubiū ex verbis suis introductū.f.

Dist.xxvij.

Premittit de q̄bus intendit agere.a.
Diffinit quid sit coniugium.b.
Agit de causa efficiente matrimonij que est cōsensus determinans veritatem.c.
Affirmat auctib⁹ q̄ sol⁹ ↄsensus facit mr̄imoniū.d.
Quando incipit esse coniugium.e.
Impugnat q̄ sol⁹ cōsensus faciat mr̄imoniū.f.
Qua ratione vtuntur.g.
Qr coniugatus vel coniugata nequeant continētiā ↄfiteri sine alterius consensu.h.
Determinat obiectiones in contrarium.i.
Quō accipiat̄ spōsa in supradictis capitulis.k.
Qr alit̄ accipit̄ in hijs ⁊ alijs capitulis sponsa.l.
Quare non statim tradantur sponse.m.
Que sponsa sit vidua mortuo sponso. ⁊ que nō.n.
Qui alterius sponsam eo mortuo ducit.ad sacros ordines accedere potest.o.

Dist.xxviij.

Querit ⁊ opponit vtrū cōsensus de futuro iuramento firmatus faciat matrimoniū.a
Querit ⁊ opponit vtrū consensus testimonio firmatus faciat matrimoniū.b.
Querit ⁊ opponit in quā rē oportet ↄsentire ad hoc q̄ ↄbat̄ mr̄imoniū.an in carnalē copulā an nō.c.

Dist.xxix.

Querit ⁊ determinat veritatē vtr̄ consensus coact⁹ faciat matrimoniū.a.
Explanat veritatem determinatam.b.
Applicat ad sponsalia quod circa matrimoniū determinat.c.

Dist.xxx.

Determinat varios errores qui incidunt circa consensum.a.
Determinat q̄ consensus Marie ⁊ ioseph fuerit rectus ⁊ sanctus.b.
Determinat q̄ cōsensus q̄ est efficiens cā mr̄imonij nō debet esse defectiuus a pte intentionis.c.

Dist.xxxj.

Determinat q̄ et q̄t sint bona coniugij.a.
Determinat q̄liter bona ↄiugij se hēant ad mr̄imoniū vtrū sint sepabilia vel insepabilia.b.
Remouet duo dubia incidentia.c.
Determinat p quē modum bona coniugij excusant coitum.d.
Determinat quandā autoritatē apostoli que videt̄ esse contraria.e.
Determinat quandam auctem Grēgo.q̄ nō omnis delectatio carnis peccatum est.f

Dist.xxxij.

Qr vir ⁊ vxor q̄ntū ad fidem thori seu solutionē carnalis debiti iudicant̄ ad paria.⁊ q̄ vnus alio inuito cōtinere nō potest.a.
Autoritatibus confirmat qd̄ dixit.b.
Determinat q̄ nō semp est debitū petendū licet semper sit soluendum.c.
Determinat incidenter q̄ nō est semp nuptias celebrare oportunum.d.

Dist.xxxiij.

Excusat sanctos patres qui simul plures vxores habuerunt a culpa.a
Confirmat supradicta multiplici autoritate.b.
Cōmendat antiquor̄ patrū continentiā oñdens q̄ virginitas iohānis nō p̄fert̄ castitati abrahe.c.
Opponit et determinat q̄ antiq̄ patres seruauerūt fidem thori.d.
Querit ⁊ determinat vtrū p̄uauerūt mandatū legis q̄ dr̄ nō hēbit vxores p̄limas q̄ alliciāt aīm e⁹.e.
Determinat que virginitas est melior ⁊ sanctior an mentis an carnis.f.

Dist.xxxiiij.

Determinat in generali de impedimento mr̄imonij quantū ad p̄souarū illegittimitatē.a.
darū.magis dat̄ intelligi finis virtutis q̄ est ipsa bea
titudo expectata.ꝙ ꝑ hoc qꝺ dr̄ credendū.vel aman
dum.vel timendū. Nam isti actus nō tm̄mō sunt in
fine.sed etiā in ea q̄ sunt ad finem.

Consequenter queritur de fide informi. circa quā q̄runt̄ quinq̄. Primo q̄rit̄ de eius genere. Scđo querit̄ de eius origine. Tercio q̄ritur de eius subiecto. Quarto q̄rit̄ de eius duratōne. Quinto et ultimo querit̄ de eius informatione.

e

Questio. j. f

Queritur fides informis sit in genere virtutis an nō? Et q̄ in genē virtutis videt̄ p̄mo p illud qđ dicit Aug. in libro qui intitulat̄ ab aliq̄bus de vera innocētia. Cū cetere v̄tutes possint bonis et malis eē cōes. sola dilectio ē p̄pria et sp̄ālis virtus pioꝝ atq̄ sanctoꝝ. ḡ fides virtus ē cōis bonis et malis. ꝫ in malis nō reperitur nisi fides informis. ḡ fides informis est virtus. Itē ꝫm q̄ vult p̄hs circa difficilia et ardua necessaria est ipsi menti rōnali ars et virtus. ḡ cū articuli fidei difficiles sint ad credendū. ad hoc q̄ facile credantur necessario ē ars vel virtus. ꝫ fides informis facit articulos facile credi sicut p̄z in multis peccatoribus. ḡ fides informis vel est ars vel v̄tus. sed nō est ars nec sciā. ḡ videt̄ q̄ sit virtus. Itē maioris difficultatis est credere articulos fidei q̄̄ cōtinere ab actu libidinis. q̄m illud pōt rō nō eleuata. hoc autē scꝫ credere nō pōt nisi sup se eleuet̄. sed cōtinere charitate circūscripta est actus virtutis. ḡ et credere. sed illud credere est virtutis fidei informis. ḡ ec. Itē qđ directe oppoīt̄ vicio et peccō virtus ē. sed habit⁹ fidei informis directe opponit̄ ipsi heresi et infidelitati q̄ sunt vicia et peccā. nec pōt cū eis stare. ḡ necesse est fidē informē esse virtutē. Itē humilitas q̄ quis humiliat se vel affectū suū sub mandatis diuine maiestatis hꝫ rōnem virtutis ḡ pari rōne et illa humilitas q̄ quis se humiliat sub regulis diuine v̄tut⁹ etiā p̄ter charitatē hꝫ rōem virtutis. sed fides informis ē hmōi p quē captiuat̄ intellectus ad obsequium xp̄i ad assentiendū ei in oibus articulis ḡ fides iformis est in genere virtutis. Sed ꝯ. Jaco. ij. Fides sine opibus mortua ē. sed nihil qđ est mortuū hꝫ in se rationē virtutis. Si ḡ fides sine grā et charitate caret opibus fructuosis. et sic mortua est iā. ḡ nō hꝫ rōem virtutis. Itē dicit Aug. et habitū est supra in scđo libro dis. xxvij. Virtus ē bona q̄litas mentis. qua recte viuit̄. qua nemo male vtit̄. sed fide informi non recte viuit̄. et multi male vtunt̄. ḡ fides informis sꝫ genere virtutis nō cōtinet̄. Itē ois virtus aut est cardinalis. aut theologica. Si ḡ fides informis ē virtus. aut est cardinalis aut theologica. Sed non est theologica. cū tendat in deū. Non ē cardinalis. cum nō sit circa bonū creatū. ḡ nō est in genere virtutis.

Itē q̄n vnus hereticus credit decē articulos fidei et alios discredit. q̄uis illi articuli sint supra rōcꝫ. tn̄ fides qua credit illos nō dr̄ virtus esse. ḡ si eadē fide qua credunt̄ .x. articuli p̄nt et oēs credi. videt̄ q̄ fides informis in malis xp̄ianis nullo mō teneat rōcꝫ virtutis. Itē cū discipulus credit et assentit mḡro in his q̄ sibi nō videnť et sunt supra suū intellectum. q̄uis assentiat in his q̄ sunt supra se. nō tn̄ illa credulitas dr̄ esse virtus. ḡ pari rōne videt̄ q̄ hō nō indigeat aliqua virtute ad hoc q̄ ipse p̄me veritati assentiat. ꝫ fides informis nihil aliud facit nisi q̄ facit assentire p̄me veritati p̄pter se et sup oia. ḡ videt̄ q̄ fides informis nō sit virtus.

43 Rn̄. dōm q̄ virtus dupliciter cōsueuit accipi cū dicim⁹ aliquē habitū esse virtutē. p̄prie vicꝫ et cōiter. Proprie nāq̄ dr̄ fides recta rō p̄ducens in finē. et hoc mō virtus ē p̄ncipium opis meritorij. et dr̄ solūmō de habitu grā informato sine quo non ꝯtingit puenire ad habitū glie. Alio mō dr̄ virtus cōiter hītus rectificans potentiā aliq̄ rectitudine iusticie. et vigorans eā circa opus difficile. q̄uis nō p̄ducat eā in finē. Et hoc mō accipiendo virtutē. hītus politici informes dicunt̄ eē virtutes. hoc etiā mō fides informis q̄ quidē est ī malis xp̄ianis hꝫ esse in genere virtutis. Per illū enī habitū q̄dāmō rectificat̄ intellect⁹ hōis dū captiuat̄ in obsequiū xp̄i ad assentiendū p̄me veritati p̄pter se et sup oia. Vigorat̄ etiā vt credat vere non apparentia. vt vitet erronea et fantastica. sicut apparet in multis xp̄ianis carentib⁹ charitate. q̄ libent̄ et humiliter audiunt verba spectantia ad doctrinā fidei. et ꝯstanter et viriliť abhorrent hereticā prauitatē. Et sic concedi pōt q̄ fides informis sit in genere virtutis. ꝫm q̄ nomē virtutis accipit̄ large et extendit̄ ad habitum rectificantē et vigorantē potentiā in his actib⁹ circa quos cōsistit via iusticie. Et q̄ hoc mō p̄cedunt rationes ad p̄tē p̄mā. iō ꝯcedende sunt.

44 Ad illud qđ obr̄ q̄ fides sine opibus mortua ē. dōm q̄ nō dr̄ mortua q̄ careat oi vtilitate et efficacia. sed q̄ caret vita gratuita q̄ est vita p̄fecta. et iō ex hoc nō pōt concludi q̄ nō sit simplr̄ virtus. sed q̄ nō sit virtus p̄prie dicta.

45 Ad illud qđ obr̄ q̄ virtus ē qualitas bona mētis ec. dōm q̄ aug. ibi diffinit virtutē p̄prie dictā scꝫ virtutē gratuitā. Et hoc mō ꝯcedendū est fidem informē nō contineri sub virtutis genere. Ex hoc tn̄ nō sequit̄ nullo mō eā cōtineri sub virtutis genē ꝫm q̄ virtus large accipit̄. imo est ibi locus sophisticus ꝯsequētis.

46 Ad illud qđ obr̄ q̄ ois virtus aut ē cardinalis aut theologica. dōm q̄ illa diuisio ē virtutis formate. ꝫm q̄ p̄prie accipit̄ virt⁹ cardinalis et theologica. et sic fides informis nō ꝯtinet̄ sub genere virtutis. Posset tn̄ dici q̄ fides informis sicut hꝫ rōem virtutis incōplete. sic hꝫ rōnem virtutis theologice. q̄ quodāmō in deū dirigit licet semplete.

47 Ad illud qđ obr̄ de heretico q̄ credit .x. articulos. dōm q̄ et si hereticus habeat aliquā illuminationē respectu illoꝝ articuloꝝ veroꝝ q̄s credit. et aliquā habilitatē ad illos credendos. illa tn̄ habilitas et credulitas nō debet dici virtus. q̄ nec potentiā rectificat nec vigorat. Non rectificat potentiā. q̄ nō captiuat̄ intellectus eius plene in obsequiū veritatis summe. Non vigorat. quia p illā nō respuit falsitatē oppositā veritati. Et hec duo requirebant̄ ad h̄ q̄ hītus sortiretur nomē et rōem virtutis. Non sic aūt ē de fide informi q̄ est in malis xp̄ianis. q̄ ipsi assentiūt et adherent p̄me veritati p̄pter se et sup oia. ita q̄ in illo habitu ē rectificatio et vigor. et ex hoc q̄daꝫ p̄fectio. Vn̄ sola illa fides informis ē in genere v̄tutis q̄ credūt oēs articuli vel explicite vel iplicite. q̄ etiā respuunt̄ oēs errores. hec enī sola ē q̄ hꝫ in se quidā p̄fectionē rectitudis et vigoris.

48 Ad illud qđ obr̄ de discipło assentiēte mḡro q̄ nō indiget hītu v̄tutis. dōm q̄ nō est sile. q̄ credulitas illa q̄ discipłs assentit mḡro ita pōt eē via i falsitatē sic in veritatē. p eo q̄ mḡr ei⁹ pōt vera et falsa asserere. nō sic aūt ē de credulitate q̄ q̄s assentit p̄me veritati. q̄ nullo mō pōt eē via nisi i veritatē et rectitudinē. et p̄pter h̄ q̄ de se nō ē rectificatiua mētis. et credulitas q̄ xp̄ian⁹ assentit deo ē via salutis. ita q̄ nullo mō de se ordinat̄ ad oppositū. iđo magis sortit̄ rōcꝫ v̄tutis q̄̄ illa credulitas q̄ discipłs assentit mḡro. q̄ quidē pōt eē erroris occasio.

Questio.ij. 6

De fide informi q̄tū ad originē. Et querit̄. vtrum fides informis sit infusa an acquisita. Et q̄ infusa videtur. j. Cor. xij. Alij dat̄ fides in eodem spū ꝛc. Et constat q̄ apl's loquit̄ de donis grē gratis date. ergo loquit̄ de fide circūscripta charitate. ꝛ hec ē fides informis. ergo fides informis est a spūsancto. Item. j. Cor. xiij. Si habuero fidem ita vt montes transferam. ibi glo. que fides dei donū dicit pōt. quia in malis quedā dona dei sunt. Si ergo illa est fides informis. ergo fides informis ē a dono dei. Itē Rom. viij. Non accepistis spiritū serui. in ti. glo. est timor seruilis ꝛ filialis. ꝛ vterq̄ est a spūsancto. Si ergo timor seruilis est donū spūssancti. ꝛ timor seruilis oritur ex fide informi. ergo fides informis est donum spūssancti.

Itē ꝑm nullū habitū nālem vel acquisitū eleuat̄ intellectus supra se vt assentiat p̄me veritati ꝓpter se ꝛ sup oīa. ergo habitus fidei informis nō est acq̄situs vel innatus. ꝛ est acq̄situs vel innatus. vel infusus. ergo est habitus infusus. Itē qd̄ p̄t in ea que sunt contra nām. nec est a nā nec est ab acquisitōne. sed habitus fidei informis pōt in mirabilia faciēda sicut patet p euangelia q̄ mali faciunt mirabilia. et expresse dr̄ Math. vij. et. j. Cor. xiij. ergo fides informis nec est innata nec acq̄sita. sequit̄ ergo q̄ sit infusa. Sed ꝯ. Roma. x. fides est ex auditu. sed q̄ nouimus audiendo ab alijs nouimus p acquisitionem. ergo si fidē habemus p auditū. fidē habemus p acq̄sitionē. Item Aug. qd̄ credimus debemus auctori. qd̄ intelligimus rōni. sed doctrina q̄ auctori aliene innititur ab alio acquirit̄. si ergo cognitio fidei innitit̄ auctori. videt̄ q̄ p acquisitionē habeat in nobis ortū.

Itē alias virtutes informes possum⁹ habere per acquisitionē sicut continentiā ꝛ iusticiā. ergo pari rōne videt̄ q̄ ꝛ fidē informē p acquisitionē similit̄ possimus habere. Itez aliquis transiens de fidelitate ad heresim credit aliquos articulos fidei. ꝛ hoc quidem sine aliqua īnfusione habitus. cum deus nō infundat heresim. sed p solā acquisitionē doctrine. sed qua rōne pōt cognoscere vnū articulū. eadē rōne potest cognoscere alterū. ergo si p acquisitionē pōt cognoscere aliquos. eadez rōne videt̄ q̄ possit cognoscere oēs. ergo videt̄ q̄ fides informis de omnib⁹ articulis p acquisitionē possit haberi. Itē si fides informis est habitus infusus. cū habitus infusi ita infundantur puulis sicut adultis. ita erit habit⁹ fidei informis in puulo baptizato sicut est in xp̄iano iā ꝓuecto. sed in xp̄iano iam ꝓuecto si peccet mortaliter nihilominus ibi remanet in eo fides informis. esto q̄ nihil vltra addiscat. ergo pari rōne puulus si peccet. cū ad adultā etatē puenerit. fidē iformē hēbit. etiā si nihil ab alijs doceat̄. ꝛ hoc est manifeste falsuz. quia si talis poneret̄ inter saracenos anteq̄ aliquid didicisset. nihil plus haberet de fide q̄ si nunq̄ baptizatus fuisset. R̄o. ad p̄dictoꝝ intelligentiā est notandum (49) q̄ cū credere sicut dicit Aug⁹. sit cogitare cum assensione. ad hoc q̄ habit⁹ fidei plene ꝛ integre habeatur. necesse est q̄ intellectus instruat̄ de credulitatibus vt possit illa cogitare. ꝛ indiget vt possit illis assentire. ꝛ p̄mū quidē est mālē in fide. scd̄m vo est formale. ꝛ vtrūq̄ reqrit̄ tā in fide informi q̄ in fide formata. Nō em̄ dr̄ informis. q̄ careat oī forma. (50) sed q̄ careat forma grē gratū faciētis. Cū ergo q̄rit̄ vtrū fides sit habit⁹ acq̄situs vel infusus. R̄ndendū est. si loq̄mur de fide q̄tū ad illud qd̄ est mālē in ea. vicz q̄tū ad cognitionē illā q̄ cognoscim⁹ q̄ sint articuli fidei. ꝛ scim⁹ q̄d est qd̄ p nomē dr̄. sic ꝯcedendū est q̄ fides est p auditū ꝛ p acq̄sitionē ꝑm legē cōem. Nemo em̄ scit qui ꝛ q̄t sint articuli fidei nisi didicerit legendo vel audiēdo. nisi forte hoc habeat p p̄uilegiū sp̄ale. Si aūt loq̄mur de fide q̄tū ad formale. vicz q̄tū ad illud qd̄ facit assentire. sic dicēm ē q̄ q̄dā fides informis est p acq̄sitionē. q̄dā p infusionē. Nā quidā assentiūt veritati audite moti humana psuasione. vtpote ꝓpter amorē ꝛ reuerentiā dicentis. vel ꝓpē mirabilia. vel ꝓpter rōnes ꝛ argumēta. ꝛ talis fides est simplr̄ acq̄sita. nec dicēda est hic rōne virtutis. q̄ nulli⁹ ē vigoris nec roboris sublata de medio ipsa humana rōne. Quidā aūt assentiūt veritati fidei ꝓpter diuinā illustrationē. sicut illi q̄ innitunt̄ p̄me veritati sup oīa ꝛ ꝓpter se. sicut multi xp̄iani q̄ charitatē nō hn̄t. ꝛ in talib⁹ fides est p infusionē. voluntarie em̄ assentiūt ꝯcomitante diuina illuminatione. illuminatōe inquā q̄ rōem eleuat in his q̄ sūt supra ipam. Vn̄ sicut illuminationē ad futura precognoscenda dicim⁹ esse infusā ꝓpter h̄ q̄ in ipa eleuatur aīa supra ea q̄ sunt ei nālia. sic intelligēdū est etiā in pte ista. Concedendū est ergo fidez informē ꝑm q̄ virtus est eē donū diuinit⁹ collatū. ꝛ habitū infusum. Vn̄ ꝯcedende sunt etiā rōnes q̄ hoc ostēdunt.

Ad illud ergo qd̄ p̄mo obī in ꝯtrariū q̄ fides est ex auditu. dicēm q̄ illud dr̄ de fide non rōne eius qd̄ est formale ꝛ cōpletiuū. sed rōne eius qd̄ est mālē. vtpote rōne illi⁹ cognitōis q̄ cognoscit q̄d est qd̄ p nomē dr̄. q̄ cōiter nō habet̄ nec in fide formata nec in informi nisi p acquisitionē. Alit̄ etiā videt̄ aliq̄bus eē dicendū. q̄ illud verbuz apl'i intelligit̄ de fide informi q̄ innitit̄ humane rōni. q̄ quidē nō hz in se rōem virtutis. Sz p̄mus modus dicēdi rōnabilior esse videt̄ ꝯsiderato intellectu apl'i. (51) Ad illud qd̄ obī q̄ credere debet̄ auctori. dicēm q̄ credere ꝑm q̄ est act⁹ fidei virtutis debet̄ auctori. nō cuilibet sed auctori diuine. cui quidē auctori nemo assentit ꝓpter se ꝛ sup oīa nisi p diuinā illuminationē. ꝛ sic talis credulitas nō est acq̄sita sed infusa. Illa vo credulitas q̄ innitit̄ rōi create p̄ncipalr̄. nō spectat ad ipam fidē ꝑm q̄ fides est virtus. ꝛ de hac verū est q̄ pōt esse p acq̄sitionē. (52) Vn̄ attendendū ē q̄ duplr̄ pōt aliquis p fidē suā inniti sacre scripture. aut q̄ credit sacrā scripturā a spiritu sancto fuisse inspiratā ꝛ editā. iuxta qd̄ dr̄. ij. Pet. ij. Spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei homies. ꝛ sic talis credulitas spectat ad fidei virtutē. Aut vo credit sacre scripture q̄ patres sui crediderūt a quorū semitis nō vult recedere. ꝛ hoc mō humanā respicit rōem. nec est talis credulitas fidei virtutis ꝫ potius cuiusdā assuetudinis. (53) Ad illud qd̄ obī q̄ alie virtutes informes habent̄ p acquisitionē. dicēm q̄ non est simile. p eo q̄ actus aliarū virtutū ꝯcordant ipi rōni ꝑm nāle dictamen. Vn̄ iusticia nālis dirigit ad opa virtutū politicarū. nō sic aūt est de fide q̄ dirigit ad aliq̄ credenda q̄ sunt p̄ter nām ꝛ supra iudiciuz rōnis. iō nō sic subiacet vīre acq̄sitioni ꝑm q̄ alie virtutes morales. (54) Ad illud qd̄ obī q̄ aliquis de infidelitate transiens ad heresim acquirit cognitionem aliquoꝝ articuloꝝ. dicēm q̄ nō est simile. q̄ sicut idē ipm pōt amari amore diuinitus īfuso. ꝛ amore etiā innato ꝛ libidinoso. ꝛ multū refert vt aliquid sic vel sic ametur. Sic etiā intelligendū in cognitione. qd̄ (55)

idem fm aliter ꝛ aliter potest credi. vel ex ꝑsuasiōe veritatis humane. vel ex illustratione veritatis eterne. Et heretici quidem si cognoscūt aliq̄s articulos. hoc est ex q̄dā ꝑsuasione humane ratiōis. imo fictionis sue. ꝛ si fm illam omnib⁹ articulis fidei assentirent, adhuc tamen virtutem fidei nō haberent. cui⁹ est intellectum in obsequium christi captiuare. Ideo nō est simile de cognitione articuloꝝ in vero fideli ꝛ vero infideli. ꝛ ꝑ tanto non sequit̄ ꝙ si illa cognitio in hereticis est acq̄sita. ꝙ hec in fidelibus non sit infusa. Si quis tamen de fideli ꝛ catholico fiat hereticus. ꝛ remaneat sibi cognitō alicuius articuli. nō hꝫ eam omnino per acquisitionem. nec tamen dicend⁹ est habere virtutem. q꞉ ibi illuminatio prior permixta est quodammō falsitati erroris. et ideo non hꝫ ꝑfectionem competentem virtuti. Ad illud qđ obī de paruulo qui cadit de gratia anteq̄ aliquid de fide acquirat. dōm ꝙ paruulus hꝫ habitum fidei q̄ntum ad illud quod est in ea formale. habet enī aliquid q̄ promptus erit ꝛ facilis ad assentiendū oīb⁹ articulis fidei si ei ꝓponat̄ cum ad adultam etatem puenerit. Caret tñ ea cognitiōe que est materialis respectu fidei. ꝛ si illud formale possit in animā paruuli infundi. non tamen pōt radicari et stabiliri. ꝛ ꝓpterea si cum ad adultā etatē puenerit ꝓponat̄ ei error sub ratiōe credibili. facile expellit̄ habitus fidei. ꝛ ita de facili assentit. ac si habitum fidei nunq̄ habuisset. ꝓpter qđ .ar. ꝓpter inassuetudinē nescit illo vti. et ille habit⁹ non fuit in potentia radicat⁹. q̄uis eēt in ea infusus De hoc aūt in .iiij. li. habet̄ diffusi⁹.

Questio .iij. b

De subiecto fidei informis. et est qō. Utruz fides informis sit in demonib⁹. Et ꝙ sic videt̄. Jaco. ij. Demones credunt ꝛ ꝯtremiscunt. si ǵ fides q̄ est pnncipiū timoris. est fides que est virtus informis. videt̄ ꝙ fides fm ꝙ est virtus sit in demonibus. Item sup illud Roma. j. Justicia dei reuelat̄ ex fide in fidem. glo. Fides demonū est ꝛ noīetenus xpianoꝝ. in xpianis q̄ sunt noīeten⁹ xpiani ē fides informis tanq̄ in subiecto. ǵ ꝛ in demonibus. Itē Mar. j. Quid nobis ꝛ tibi iesu nazarene. et sepe in euāgelio demones clamabant xp̄m esse filium dei. ꝯ cōstat ꝙ eius diuinitatē nō poterant intueri. et hoc est sup rōnē ꝙ deus fieret homo. ǵ vr̄ ꝙ hoc non nouerāt nisi cognitione fidei. ǵ vr̄ ꝙ habuerūt fidē. Itē cognitio trinitatis ꝛ vnitatis supra rōnē est sicut in primo li. ostensum fuit. sed demones cognoscūt deū esse trinum ꝛ vnū. ꝛ talis cognitio qua cognoscit̄ de⁹ eē trinus ꝛ vnus. vel est cognitio fidei. vel est cognitio cōp̄rehensionis. Cū ǵ demones nō habeant cognitionē cōp̄rehensionis de ipsa trinitate. habēt ǵ cognitionē fidei. Sed cōtra. sup illud .ij. Cor. vj. Que cōuentio xp̄i ad belial: dicit glo. Sicut xp̄s oīa bene. sic dyabolus oīa male. sed credere fidei informis ē act⁹ virtutis ꝛ actus bonus. ǵ si demonis est omnia male facere. vr̄ ꝙ ad ip̄m nō spectet ip̄m credere. ǵ nec habere fidem informē. Itē fides informis est habitus infusus ꝛ donū dei. si ǵ demones habent fidem aut infusa ē eis ante lapsuz. aut p⁹. Ante lapsuz nō. q꞉ tūc nō erāt in statu in quo eēt eis fides oportuna. Post lapsum nō. q꞉ obstinati sunt et dona dei nō possunt suscipe. q꞉ si nunq̄ habuerūt habitū fidei infusuz. ꝛ fides informis est ꝑ infusionē. nō ǵ hñt fidē informē. Item credere qđ est actus fidei informis ē voluntariū. quia cum cetera possit homo nolens. credere non potest nisi volens. ꝯ demones q̄ntum est ex ꝑte voluntatis sue repugnant oī veritati et omni bono. si ǵ ipsa fides informis facit credere voluntarie. vr̄ ꝙ demones nō habeāt ipsam. Itē fides informis ē pncipiū timoris seruilis. ꝛ timor seruilis facit peccatum fugere. si ǵ fides informis eēt in demonib⁹. esset in eis fuga alicuius peccati. si ergo nullū pctm̄ fugiunt. vr̄ ꝙ habitus informis in eis nō repiat̄. R°. dōm ꝙ sicut ex ꝑcedentib⁹ patet. fides informis dicitur duobus modis. Quedā que innitit̄ pme veritati ꝓpter se q̄uis in ipsam nō tendat amando. Alia ē fides informis q̄ innitit̄ ipsi veritati articuloꝝ ꝓpter aliquam rōnē creatā. Prima q̄dē dicit̄ fides informis. nō ꝙ careat forma fidei fm ꝙ est virtus. ꝯ solū fm ꝙ est virtus gratuita. Et de hac dictū est prius ꝙ est habitus virtuosus ꝛ habit⁹ infusus. Scdo vo modo dr̄ fides iformis q꞉ caret forma fidei. ꝛ fm ꝙ virtus est. ꝛ fm ꝙ gratuita est. Nam illa credulitas q̄ quis assentit articulis ꝓpter rationē creatā principaliter. nō solum caret intentiōe habitus gratuiti. ꝯ etiam intentione habit⁹ virtuosi. Nulli⁹ enī virtutꝫ vr̄ esse credere. cū q̄s credit innitēdo ꝑsuasioni quā videt. Si ǵ hoc scdo mō accipiat̄ informis fides. sic concedi pōt eam repiri in demonib⁹. Habent enī aliquā notitiā ꝛ credulitatē de articulis et credibilib⁹. q̄ q̄dem pōt dici fides siue credulitas. ꝓpter hoc ꝙ non est in eis visio apta. Et illa quidē cognitio partim fuit eis indita a pma cōditione. ptim ex acq̄sitione. A pma enī cōditione sua hūerūt cognitionē aliquā de articulis ꝑtinētibus ad trinitatē. q̄ et si tunc nō mereret̄ dici fides. immo poti⁹ cognitio cōtēplatiōis. propter absentiā enigmatis. pcō tñ superuenēte et enigmate subsequēte. illa cognitio meruit dici fides. cū sit cognitio enigmatica de his q̄ spectāt ad diuina. Q̄ntum aūt ad articulos spectātes ad hūanitatē est in eis cognitio acq̄sita ꝑ multa miracula ꝛ experimēta. ꝛ quasi extorta necītate quadā. Dū enī demones vident apte eos q̄ xp̄m credūt ꝛ ei ꝯformant̄ nō posse damnari. manifesta ratione cogunt̄ credere fidez credentiū in xp̄m verā eē. ac ꝑ hoc ꝑ ꝯsequens credunt oīa esse vera q̄ xpiani credunt. ꝛ ex hoc etiā ꝑterrent̄. ꝓpter qđ dicit btūs Jaco. ꝙ credūt et cōtremiscūt. Si vo loquamur de fide informi fm ꝙ accipit̄ primo modo. vicꝫ ꝓut est habitus virtuosus. et habitus infusus. ꝛ etiā voluntarius. hoc mō ꝛ si repiat̄ in xpianis viatorib⁹ nō tñ pōt repiri in demonibus. tū q꞉ ip̄i nō sunt apti ad suscipiēdos habit⁹ infusos. tū q꞉ volūtas eoꝝ magis prona est ad impugnandū veritatē ꝛ pietatē q̄ ad assentienduz ei. Tūc pcedēde sunt rōnes q̄ hoc ōndūt. Ad illud vo qđ obī in ꝯtrariū de auctē Jaco. ꝛ de glo. ꝙ informis q̄litas est in demonib⁹. dōm ꝙ in vtrisq; repit̄ fides ꝯ tñ aliter ꝛ aliter sicut prius dictū est. Xpiani enī nomineten⁹ volūtarie assentiunt. ꝛ illa fides pōt eis eē via ad virtutē. ꝛ q̄dāmodo rectificat eoꝝ mētes. et si nō plene. nō sic aūt est in demonib⁹. q꞉ ip̄i credūt coacti ꝛ quasi cū quodā murmure. Ad illud qđ obī ꝙ cōfitebant̄ xp̄m eē filium dei. dō. ꝙ sicut dicit augus. in li. de ciui. dei. ipse xp̄s innotuit demonib⁹ non ꝑ id qđ est veritas ꝛ lux. sed ꝑ quosdā sue virtutis effect⁹. Unde q꞉ ipsi videbāt miram xp̄i virtutē in suis effectib⁹. cui nullaten⁹ poterāt resistere. cognoscebant ip̄m nō purū hoīem ꝯ etiā deū eē. Illa tñ cre-

dulitas nō erat fides informis. ſm q̄ fides informis eſt virtus. q2 nō adherebant ipſi pme veritati ꝑpter ſe. 60 Ad illud quod obi. q̄ cognoſcebāt deū eē trinū z vnū. dōm q̄ illa cognitio in demonibus erat derelicta ex cognitione quā habuerūt ex pma ſui ꝯditione. Scdm eñ q̄ dicit dyoni. in lib. de diui. no. capit. iiij. Data demonibus dona neq̄q̄ ipſa mutata eē dicimus. ſ ſunt integra z ſplendidiſſima. q̄uis ipſi nō videant claudētes in ſeipis ſpeculatiuas virtutes. z ſic nō oportet ponere in demonibus habitū fidei infuſe. cum talē noticiaʒ habuerūt a pma naturali ſua cōditione. licet eā habeant quodāmodo minus pfecte ꝑpter ſuaʒ mentiū obcecationem.

Queſtio. iiij. i

De ipſius fidei informis duratiōe. et eſt qō. Utrum fides informis oīno expellat p aduētū gr̄e: Et q̄ ſic videt. Maior eſt cōueniētia fidei formate ad gliam q̄ fidei formate ad fidē informē. p eo q̄ gloria nō ē aliud q̄ gr̄a cōſummata. ſ gloria ſupueniēs euacuat habitū fidei formate. ſicut vult aplus. ergo ſupueniente fide formata tollit fides informis z euacuat. Itē maius lumen abſorbet minus lumē. ḡ ſi lum gratie gratū facientis ſupexcellit icōpabiliter lumē gratie gratis date. vr̄ ḡ q̄ fides informis p grāʒ ſupuenientē habeat expelli. Item fides informis nū q̄ eſt niſi in pctōre. naʒ in oī iuſto eſt fides formata. ſed gr̄a gratūfaciēs nūq̄ pōt eē cū pctō. ḡ nūq̄ pōt eſſe cū fide informi. ḡ nec̄ario eā in aduētu ſuo expellit. Itē oēs virtutes ſimul infundunt. ḡ cū infūdit charitas. infundit fides formata. ſ impoſſibile ē duo accidētia eiuſdē ſpēi eē in eodē ſubiecto. ḡ impoſſibile eſt duas fides eē in eadē aīa. ḡ nec̄e eſt fidē iformē expelli ad aduentū gr̄e. Itē aut lumē gr̄e gratū facientis ſufficit ad credendū. aut nō. Si nō. ergo gratia gratū faciens nō ſufficit ad pmerendā ſalutē. Si ſufficit. ſupfluū eſt facere p plura qd pōt fieri per pauciora. ḡ vr̄ q̄ ſupueniēte gr̄a gratū faciēte. ſuperfluat habere fidem informem. Sed ꝯ. Gratia nō expellit niſi culpā vel ꝯſequēs ad culpā. ſ fides iformis nec eſt culpa. nec ꝯſequens ad culpā. ḡ fides informis nō expellit a gratia ſupueniente. Itē ſic ſe hʒ act9 ad actū. ita ſe habet habitus ad habitū. ſed gratia gratūfaciēs facit credere in deū. gratia gratiſdata facit deo credere. Si ḡ credere in deū nō expellit credere deo. ſed potius pſupponit. vr̄ q̄ gr̄a gtū faciens nō expellit fidem informē. Itē magis cōueniūt dona infuſa cū infuſis q̄ infuſa cū acq̄ſitis. ſ gratia gratū faciēs cū infundit nō expellit habit9 acquiſitos. ḡ multo forti9 nō expellit habitū fidei informis qui eſt infuſus. Itē ſicut ſe hʒ culpa ad fideʒ formatā. ita ſe hʒ gr̄a ad fidē informē. ſed culpa cuʒ ſupīducit et ſi expellat formam fidei. nō tñ expellit ipſam fidē. q2 iam faceret hoiem infidelem. ḡ pari ratione gratia gratū faciens cum ſupīducit. et ſi tollat informitatem fidei. non tamen tollit ſbam habitus. Item ſi habitus fidei informis tollit in iuſtificatione impij. ḡ cum aliquis recidiuat in peccatū. aut efficit infidelis. aut dat ei nouus habitus fidei. ſed infidelis nō efficit ſicut patet. nec nouus habit9 dat. q2 nō decet vt peccanti in ipſo actu pcti infūdatur donū grat̄ datū. ḡ nō vr̄ q̄ habit9 fidei informis p grām ſupuenientē habeat expelli. Rn°. ad pdictorū intelligentiā eſt notandū q̄ cū dico fidē informē 61 dico tria. ſ. ipſū habitū. z ipi9 habit9 vſum. z defectum

annexū. Et q̄tum ad hec tria pōt tripliciter intelligi q̄ fides informis expellat ſiue euacuet p grām ſupuenientē. Et ſm hunc triplicem modū intelligendi tres fuerūt circa hoc opiniones. Quidā nanq̄ dicere voluerūt q̄ a gratia ſupueniēte fides informis expellat nō ſolum q̄tuʒ ad informitatis defectū. ſ etiam q̄tum ad vſum. z q̄tum ad habitum. Et hoc quidem dixerunt ꝑpterea. q2 gr̄a ſupueniēs ſecū fert omnes virtutes. z nō eſt oportunū nec eſt poſſibile in vno z in eodē eē fides duas. cū fides formata ſuperinducat cū gr̄a. z q̄tū ad forme cōplemētū. z q̄tum ad vſum. z q̄tum ad habitū. ideo ad eius ingreſſum fides informis oīno expellit. z ſic ponūt eā expelli ꝑpter icōpoſſibilitatē. Et ſi tu obijcias eis q̄ tunc p culpā fit hō infidelis. Rn̄dēt breuit q̄ de9 ſua gratuita bonitate qua nō pmittit hoiem totaliter cadere infundit ei habitū fidei informis. ne oīno pdat in eo fundamentū ſpūalis edificij. Tn̄ ſicut ex malis diciunt bona. ſic ꝯtingit in culpe tranſgreſſiōe alicui infundi habitū informē. Sʒ q2 illud nō vr̄ multū rōnabile q̄ de9 dona gr̄e ipſi peccāti z ſe a ſe auertēti infūdat in ipſa auerſione. Ideo ali9 mod9 eſt dicēdi. q̄ ſicut p pctm̄ nō introducit habit9 fidei informis. ſed introducit defectus z alius credēdi modus. ſic etiaʒ p gratiam non excludit ipſi9 fidei informis habit9. ſed ſolum vſus z defect9. Et ſi tu obijcias q̄ fruſtra erit habitus ſine vſu. Rn̄dent q̄ nō fruſtra eſt. p eo q̄ cedit in diſpoſitionē reſpectu fidei formate. Preterea remanet vt homo vtilitatē habeat de eo in tpe oportuno. ſed q̄m actus z vſus fidei informis eſt credere z aſſentire pme veritati in omnibus articulis. et iſte vſus potiſſime competit vſui gratie cū aliquid non tollat niſi p ſuū oppoſitū. nō vr̄ rōnabile vſq̄quaq̄ dicere q̄ ſm aduētū gr̄e tollat fidei vſus informis. cū potius videat in ea pfici z cōpleri. Et ꝑpterea eſt tercius modus dicēdi. q̄ videt pbabilior eē pdictis q̄ fides informis p aduentū gratie excludit q̄tū ad ſolum defectū ſaluo habitu z vſu. z hoc quidē videt ſatis rōnabile. cū gr̄a opponat habitui illi infuſo ſolū ratione informitatis. ſicut habit9 opponit priuationi. Concedēde ſunt ergo rōnes oſtendentes habitū fidei informis p ſupuenientē grām nō expelli.

Ad illud ḡ qd obi. pmo in ꝯtrariū q̄ maior eſt cōuenientia fidei formate ad gloriā q̄ informis ad gratiā. dōm q̄ maior ꝯuenientia dupliciter pōt attendi. aut ſm ꝯpationē aliqꝫ in genere gtuiti. aut ſm ordinationē habit9 ad actū. Si pmo mō. ſic maior eſt cōuenientia fidei formate ad gloriā q̄ ad fidem informē. q2 vtrūq̄ eſt gratie gratū faciēt. Si ſecūdo mō. ſic maior eſt ꝯuenientia fidei formate ad informē q̄ fidei formate ad gloriam. p eo q̄ actus fidei iformis nō hʒ oppoſitū cū actu fidei formate. ſed actus fidei formate qui quidē eſt credere nō apparētia. z videre per ſpeculū z in enigmate. magnā repugnātiā habet cum ſtatu glorie. ideo nō ſic euacuat ſicut euacuat. ſ aūt infra melius manifeſtabit cū de euacuatiōe fidei agetur. Ad illud qd obi. q̄ mai9 lumē abſorbet min9 63 lumē. dōm q̄ illud nō intelligit de lumib9 q̄ ſunt ad inuicē ordinata. ſ de his que hñt quandā oppoſitionem z repugnantiam. niſi intelligat abſorbere q̄tū ad apparētiā. Et q̄m lumen fidei informis ordinem habet ad lumen gratie nō oppoſitionē. hinc eſt q̄ ab ipſo nō abſorbet ſ magis in eſſe ſaluat. Ad illud 64 qd obi. q̄ fides informis nō eſt niſi in pctōrib9 z cuʒ

peccato. Dōm q̄ hoc verum est eā ratione qua fides informis noiat defectū forme. nō ſm q̄ nomiat habitū. Et iō ex hoc non potest ɔcludi q̄ p grām adueniē te tollat̄ fidei informis habitus. ſ ſoluꝫ q̄ tollat̄ informitatis defectus. Ad illud qđ obi q̄ omēs virtutes infundunt̄ simul. dōm q̄ verū est q̄tū ad illd quod est in eis formale. q̄tum aūt ad materiale siue ad habitū ſubſtratū nō hꝫ veritaté niſi qn̄ non inuenit habitū in ſubiecto qué informat. ⁊ ideo cū grāi aduenieris inuenit habitū fidei informis. nō oportꝫ q̄ ſupinducat̄ noua fides. Preterea rō illa in alio deficit. qꝛ gratia gratū faciens cū gratia gratis data nō est eiuſdem ſpeciei. ⁊ ita ꝓcedit ex falſa ſuppoſitōne

Ad illud qđ obī q̄ lumen gratie gratuꝫ facientis debet ſufficere ad credendum. dōm q̄ ſuffiat gratia gratū faciens cū pſuppoſitōe tn̄ gratie gratis date. Dona em̄ grē grāi facieē. nō excludūt dona grē grat̄ date. imo magis illa in ſuo aduētu ɔplet ⁊ pficiūt. ⁊ q̄dāmodo ab eis vigorat̄ ⁊ pficiunt̄. Ideo nō ſequitur q̄ adueniente gracia gratū faciente. ſupfluat habitus fidei informis. nec remanēte habitu iformi ꝓpter hoc lumen gratie gratū facientis ſit inſufficiēs. Unūquodq; em̄ donuꝫ dei ſufficiens est ſm illud ad quod habet ordinem.

Questio. v. k

De ipſius fidei informis formatione. ⁊ ē qō. Utrum adueniēte grā fides informis fiat formata. Et q̄ ſic. vī. Anteq̄ aliq̄s peccet nō hꝫ niſi fidem formatā. cū aūt peccat incipit habere fidē informé. ſi ḡ in peccando nō infundit̄ ei noua fides. neċe est q̄ per pctm̄ fides formata fiat informis. ſi ḡ fides informis aū fuit formata. videt̄ q̄ ſi aliquis reſtituat̄ in gradū priſtinū p aduentū gratie. q̄ fides informis fiat formata. Item grā adueniens informat naturā. ſi ḡ fides informis plus approximat grē q̄ ipa natura. vr̄ q̄ p locū a minori fides informis habeat p grām informari. Itē pl⁹ ɔuenit habitus infuſus cū grā q̄ eſt infuſa q̄ habitus acquiſiti. ſ habitus acq̄ſiti p aduētū grē informant̄. qđ pꝫ. qꝛ in coꝝ exercitio ⁊ vſu homo meret̄. ḡ multo forti⁹ habit⁹ fidei informis format̄ p ipam grām ſupuenienté. Itē opa mortificata p aduentū gratie viuificant̄ ſm q̄ cōiter dicit̄. ḡ pari rōne ⁊ habitus mortuus. ſi ḡ fides informis ē hmōi. vr̄ q̄ p aduentū gratie habeat informari. Itē nihil aliud eſt dicere habitū viuū eſſe q̄ꝫ p illū vitam eternā mereri poſſe. ſ credere fidei informis. qđ ē aſſentire prime veritati ꝓpter ſe ⁊ ſup oīa. ſupueniēte charitate hꝫ omne qđ neċriū eſt ad meritū. ḡ vr̄ q̄ ſi actus eius eſt meritorius. q̄ habitus ſit viuificatus. Qꝛ aūt hēat oē qđ neceſſariū eſt ad meritū. planū ē. cū ipm̄ opus de ſe ſit bonū ⁊ rectum. ⁊ ſic a charitate impatū. Itē oīe aliud qđ dicit̄ eē mortuū ex ſolo defectu alicui⁹ illo ſupueniente viuificat̄. ſ fides informis dr̄ eē mortua ob defectū grē ⁊ opationis fructuoſe. ḡ ipīs ſupuenientib⁹ reuiuiſcat. ſ cū reuiuiſcat format̄. ḡ fides informis pōt fieri formata. Et hoc ē qđ hr̄ in glo. ſup illud Jaco. ij. Fides ſine operibus mortua eſt. glo. reuiuiſcat ex opibus fides. Sed ɔ. Si fides ex opib⁹ reuiuiſcat. ḡ ex aduentu operū habet vitā ⁊ formā. Sed nullum pctm̄ poteſt fieri formatū. ḡ nulla virt⁹ pōt fieri informis. ḡ fides formata nō pōt fieri informis. pari rōne nec informis pōt fieri formata. Itē nullū opus mortuū pōt fieri viuū. opa em̄ q̄ in pctō facta ſunt nūq̄ꝫ reuiuiſcant̄ p grām vt ſint digna remuneratiōe eterne vite. ḡ ſi fides informis mortua eſt. vr̄ q̄ p grām nō habeat viuificari. ḡ nec informari. Itē nullū accn̄s pōt alterari ſm q̄ vult boetius. ſ fides informis eſt accidēs. ḡ alterari nō pōt. ſed omne qđ de informi fit formatum alterat̄. ergo impoſſibile eſt fidem informē fieri formatam. Item ex his que ſunt diuerſa genere non poteſt fieri vnum p eēntiā. ſed fides formata dicit habitum vnū p eſſentiam. ḡ impoſſibile eſt ipam ɔſtare ex gratia gratum faciente ⁊ gratia gratis data. Si ḡ fides informis eſt donum gratie grat̄ date. vr̄ q̄ impoſſibile ſit ipam fieri formatā ſupueniente gratia. Item fides informis p aduētū gratie non tranſmutat̄ niſi accidentaliter. ḡ ſi p aduentū gratie efficit̄ virtus formata. accidit fidei q̄ ſit formata. ſ ḡ nullū genus accipit ſpēi. fides nō eſt ſpēs virtutis ꝓpie dicte. q̄ ſi hoc eſt falſum. ḡ ⁊ illud ex quo ſeq̄t̄. vicꝫ q̄ habit⁹ fidei informis p aduentum gratie format̄. Item ſicut ſe habet aīa ad potētias ſuas. ſic ſe habet gratia ad virtutes. ſed quotienſcūq; anima infundit̄ fert ſecum potentias ſuas. ḡ quotienſcunq; infunditur gratia fert ſecum virtutes. ergo cum infunditur gratia infundit̄ ſimul fides formata. ḡ fides formata nō eſt eadem cum illa que prius erat in anima. et ſi hoc. reſtat q̄ fides informis p aduentuꝫ gratie non formatur. Rº. ad predictoꝝ intelligentiam eſt notandum q̄ preter illas poſitiones q̄ dicebant fidem informem ad aduētū gratie excludi ſm illos qui dicunt ipm̄ habitum fidei informis remanere cum gratia ſupueniente. triplex eſt adhuc modus dicendi. Quidam em̄ dixerunt q̄ habitus fidei informis nō format̄ a gratia ſupueniente nec ab aliquo q̄ ſit a gratia vel cum gratia. Alij vō dixerūt q̄ q̄uis nō formet̄ a gratia. format̄ tn̄ ab aliquo qđ infundit̄ ſimul cuꝫ gratia. Tercij vō dixerūt q̄ ipe habitus fidei informis format̄ ab ipa gratia. Ratō aūt hui⁹ diuerſe poſitionis eſt ꝓpter diuerſum modū intelligendi infuſionem gratie ⁊ virtutū. Quidam em̄ voluerunt dicere q̄ ſicut anima eſt totum potentiale reſpectu ſuaꝝ virtū. ⁊ cum infundit̄ anima ſimul̄ portat ſecum ſuas potentias. ⁊ cū egredit̄ ſil̄ trahit. ſic ⁊ de gratia dicere voluerunt. q̄ gratia ſimul ſecuꝫ fert virtutes ipſas quibus informant̄ potentie. ſimul̄ etiam ſecum trahit. Unde nulla virtus formata efficit̄ informis. nec aliqua informis efficit̄ formata. infundit̄ em̄ quelibet virtus plene ⁊ integre cum ipſa gratia. ita q̄ nihil extrinſecus intrat eius eſſentiam. nec q̄tum ad materiale nec q̄tum ad formale. Sed quoniā expimento videm⁹ aliquā virtuté q̄tum ad id quod eſt in ea materiale minime infundi. vt ɔtingit videre in puulo baptizato q̄ poſt gratie infuſionem indiget adhuc articulis fidei erudiri ad hoc q̄ in actum fidei exeat. nō vr̄ iſte modus intelligēdi infuſioné gratie ⁊ virtutū oio eſſe ɔueniens. vicꝫ q̄ cū ipa gratia virtutes infundant̄ q̄tū ad ipaꝝ totalitatem ⁊ integritaté. hoc eſt q̄tū ad id qđ ē in eis materiale ⁊ formale. Et ꝓpterea alius modus eſt intelligēdi infuſioné grē q̄ cū ipa gratia infundit̄ formale oim̄ vtutū in genere grāito. qđ q̄ dē eēntialr̄ differt ab ipa grā. ſicut potētia aīe eēntialiter differt ab eiꝰ ſubā. Et illud quide formale virtutis cuiuſlibet infuſum cum gratia potens eſt ſuū materiale educere de potentia in actū. ſi nō ſit adhuc eductū in actum. Si vō iā eſt in actū eductū. pōt ipm̄ facere gratuitū

ꝛ viuũ. Et isti dicũt ꝛ sentiũt ꝙ habit⁹ fidei informis formet̃ ꝑ ipsã virtutem fidei que simul cum gratia infundit̃. et siliter efficit̃ informe. qñ illud qd̃ forma se fuit in fide. simul cũ gratia recedit ꝛ expellit̃. ꝛ ẽm hanc positionem gratia qua virt⁹ dicit̃ gratuita differt ab ea qua aĩa dicit̃ deo grata. Sꝫ qm̃ in vna aĩa vna sola est gr̃a gratũ faciens ẽm ꝙ in .ij. lib. ostẽsum fuit. ꝑ quã accepta est deo aĩa ꝛ eius potẽtia. Ideo ẽ adhuc terci⁹ modus dicendi ꝛ intelligendi infusionem gratie ꝛ virtutũ. q̃ vr̃ esse ꝓbabilioꝛ ꝛ faciliꝰ ꝙ̃ ꝑdicti. vicꝫ. ꝙ ipa gratia gratũ faciens compat̃ ad habitus virtutũ substratos. sicut compat̃ lux ad colores. In hoc tñ est dr̃ĩa. ꝙ lux ista corꝑalis nõ ita efficaciter põt educere colores de potẽtia in actũ ꝙ̃tũ ad eẽ qd̃ hꝫ color in genere coloris. ẽm ꝙ ipa gratia existens in ipsa aĩa potest facere germiare habit⁹ virtutum. Ipsa eñ gratia adueniens in animã carẽtem habitibus virtutũ. se habet quasi originale principiũ illoꝝ ꝙ̃tum ad eẽ primũ. vnde sicut pluuia infusa terre habenti in se seminariũ facit eã germinare donec veniat ad fructũ completum. sic intelligendũ est de gratia respectu habituũ ipaꝝ virtutũ ꝙ̃tuꝫ ad ipsoꝝ esse primũ. Nõ sic aũt põt facere lux superinfusa exterius respectu colorũ. sed si compem⁹ colores ad lucem. ꝛ habitus virtutũ ad grãm gratũ facientẽ ꝙ̃tũ ad esse vtpote ꝙ̃tum ad esse coloꝝ in genere lucidi. ꝛ habituũ in genere gratuiti. tunc est similitudo expressa. vt sicut multi colores in vna domo tenebrosa existentes efficiunt̃ luminosi ꝑ vnã luminositatẽ superuenientẽ. ꝛ ab illa informant̃ ꝛ decorant̃ ꝛ venustant̃. sic habitus virtutũ informes existentes in anima venustant̃ ꝛ decorant̃ ab vna gr̃a superueniẽte. et ẽm hunc modũ intelligendi infusionẽ gratie ꝛ virtutum. facile est intelligere qualiter habit⁹ fidei informis formet̃ ꝑ ipius gratie aduentum. Dicit̃ eñ formari sicut coloꝛ tenebrosus format̃ ad luminis ingressum. et sicut ex colore ꝛ lumine superinfuso nõ fit vnũ ꝑ eẽntiam ſ; vnũ ꝑ ordinationẽ quandã. sic nec ex gratia gratũ faciente ꝛ informi fide intelligit̃ fieri vnũ nisi ꝑ quandã ordinationẽ ꝛ relationẽ. qꝛ fides informis ꝑ aduentuꝫ gratie incipit cõplete ordinari in finem. ꝛ in deũ credere ꝛ eidem complacere. Concedende sunt ḡ rationes ostendentes fideꝫ informẽ

68 fieri formatã ꝑ aduentũ gratie. Ad illud vero quod obĩ primo in ꝯtrariũ. nullũ petm̃ efficit̃ formatũ ḡ ꝛc. dicẽdũ ꝙ non est sile. Facilius eñ est aliqd̃ deformari ꝙ̃ informari. qꝛ plura exigunt̃ ad bonũ ꝙ̃ ad maluꝫ. ideo nõ sequit̃ ꝙ si habitus substratus virtutis possit obliquari. ꝙ petm̃ ꝛ viciuꝫ possit rectificari. Et ex eadem causa nõ sequit̃ ꝙ si petm̃ nõ possit fieri formatũ. ꝙ virtus nõ possit fieri informis. Aliter etiaꝫ põt dici ꝙ petm̃ dupl'r põt accipi. vicꝫ abstractẽ ꝛ cõcrete. Si abstracte accipiat̃ impossibile est petm̃ posse informari cũ sit malicia pura. Si aũt accipiat̃ cõcrete vt dicat̃ petm̃ aliqua habilitas aĩe in qua ẽ deformatio malicie. vtpote cuꝫ aliquis abstinet ꝑpter vanam gloriam. ipsa abstinentia efficit̃ ei culpa. hoc modo ratione talis habitus substrati qd̃ deformat̃ ꝑ culpã. põt informari a gratia. ꝛ ꝑ hunc modũ dicimus virtutẽ formatã effici informẽ. rõne vicꝫ habitus substrati. qm̃ indifferens est ad statũ culpe ꝛ gratie.

69 Ad illud quod obĩ ꝙ opus mortuũ nõ potest fieri viuũ. dicẽdũ ꝙ nõ est simile. Opus eñ transit nec manet in sua radice. adeo impossibile est aliqd̃ opus viuificari quod a radice viuente ortum nõ sumpserit. Et ꝑ tanto dicimus opa facta in charitate posse reuiuiscere. que aũt extra charitatẽ facta sunt viuificari nõ posse. Gratia eñ illa nõ posset attingere. cuꝫ simpliciter cessent in preteritum. nõ sic aũt est de habitibus virtutũ informiũ q̃ manẽt in aĩa post ipsius gratie aduentũ. ꝛ ꝑ ipaꝫ grãm pñt venustari ꝛ decorari. et in finẽ ordinari.

70 Ad illud qd̃ obĩ ꝙ nulluꝫ accidens potest alterari. dicẽdũ ꝙ hoc verũ est ẽm ꝓpriã mutationem. ſ; nihil ꝓhibet intelligere alterationẽ fieri in accñte rõne alterationis facte in subiecto. sicut albedo mõ est clara. mõ obscurat̃ rõne alterationis facte in subiecto ꝓprio. ꝛ coloꝛ modo ẽ tenebrosus. modo est luminosus rõne transmutationis facte in ꝑspicuo sibi ꝯiuncto. sic fides modo est informis modo formata rõne alterationis facte in aĩa q̃ modo habet gratiã. mõ priuat̃ ipa ꝑ culpam.

71 Ad illud qd̃ obĩ ꝙ ex his que sunt diuersoꝝ generũ non fit vnum ꝑ eẽntiã iam patꝫ rñsio. Qm̃ sicut predictuꝫ fuit informatio habit⁹ informis virtutis a gratia nõ est ꝑ eẽntialẽ vnionẽ ſ; magis ẽm quandã ordinationem ꝛ directionẽ in finem. Nam ꝓprie loquẽdo accidentia nõ habent materiã ꝛ formã. Sed ꝙ dicitur habitus informis esse materia fidei. ꝛ illud qd̃ superinducit̃ esse forma. h̃ est ẽm quandã ꝯparationẽ sicut prius dictum est de lumine ꝛ colore. Unde sicut qñ dico colorem illuminatũ. dico duo. tñ ꝑ modum vnius. ꝑpter h̃ ꝙ ordinant̃ ad vnũ actũ. vicꝫ ad mouendum visum. sic qñ dico fidem formatam duo dico. vicꝫ fidem ꝛ grãm. tñ ꝑ modũ vni⁹. ꝑpter hoc ꝙ ordinant̃ ad vnũ opus meritoriũ. s. ad credẽdũ in deũ

72 Ad illud qd̃ obĩ ꝙ fides informis nõ transmutatur nisi accidentaliter. dicẽdũ ꝙ transmutatio accidẽtalis in genere nature. põt eẽ eẽntialis in genere morum. Sicut patꝫ de aliquo actu q̃ ꝑ priuationẽ alicuius circũstantie accidentalis est in genere vicij. et ꝑ positionẽ est in genere virtutis. Per hũc modũ ẽ intelligendũ in ꝓposito. Quis eñ illi habitui accidat eẽ cũ gratia vel sine gratia. eẽntiale tñ est ei esse cum gratia, put est principiũ meriti. Preterea ipe habit⁹ fidei informis etiã gratia circũscripta tenet rationẽ virtutis. iõ ex hoc nõ põt ꝯcludi qn fides sit sub genere virtutis tanꝙ̃ sub ꝓprio genere.

73 Ad illud qd̃ obĩ ꝙ sicut se hꝫ aĩa ad suas potẽtias. sic se hꝫ gratia ad virtutes. dicẽdũ ꝙ nõ est oĩmoda silitudo. ꝓpterea ꝙ nõ est tãta diuersitas ipsius gratie ad virtutes ꝙ̃ta ad eaꝝ principiũ formale. sicut aĩe ad suas vires. quẽadmodũ in .ij. li. ostensuꝫ fuit. vbi fuit hec questio ꝑtractata. Uirtutes eñ nõ dicũt̃ esse virtutes ipsius gratie ꝑ quas ipa gratia opet̃. sicut aĩa opat̃ ꝑ suas potentias. Nec ẽ intelligẽdũ ꝙ gratia sit in diuersis subiectis. Hoc eñ ducit in imaginatõnẽ falsaꝫ. in hac videlicet. ꝙ gratia oĩno ita veniat in aĩam ꝛ eius potentias. sicut aĩa venit in corpus ꝛ ei⁹ organa. Tũc eñ necessario oporteret ꝙ gratia abeunte ꝑ peccatũ. expellerent̃ oĩs habit⁹ virtutũ q̃s secũ defert. qd̃ ex ipa experientia planũ est eẽ falsum. Et iõ rõ illa nõ cõcludit. qꝛ accipit ꝓ sili qd̃ valde est dissile.

74 Põt autẽ accipi sile de infusiõe gratie ꝛ virtutũ in pluuia ꝛ terra semiata. sicut de informatiõe virtutũ a gr̃a accipitur in lumie ꝛ colore. Si eñ vna pluuia adueniat in terrã in qua sunt plantata diuersa semina que non germinauerũt. facit illa germiare. ꝛ ẽm diuersitatẽ seminũ diuersas plantas ꝓducere. Si vero iã als ger-

minuit. sed ꝓpter defectum aque iam arefacte sunt plante. Sic pluuia denuo veniens facit illas plantas virescere. Sic gratia adueniēs in aiam in qua sunt semina habituū virtutū facit ipsam germiare. ita q̄ ipsa habita habent ꝑ oñs ɀ virtutes. ɀ cōtinue facit illa crescere quousq; ꝑducat ad ꝑfectionē. Et si ɔtingat me reo pati humorē gratie auferri. habitus illi virtutuꝫ efficiunt quasi aridi. ɀ postmodū si restituat pluuia ɀ humor gratie. nō oportet q̄ aia iterū de nouo germinet. sed illa que germinauit ꝑ humorē gratie aduenientē iterū reuiuiscat. sicut satis apte intelligi pōt qualiter gratia cū virtutibus sil' infundat in aiam. ɀ quare aliq̄ simul dicāt infundi cū habitib⁹ substratis aliq̄ vo minime. cū tñ gr̄a quantū est de se infundatur semꝑ vniformiter. Qꝫ aūt seminaria virtutū q̄tū ad habitus substratos sint plātata in nā mentis rōnalis expresse pōt haberi ab aug. in multis locis. ɀ a Bern. in. x. ca. de amore dei. et in li. de collatiōib⁹ sanctorꝫ patrꝫ. ɀ in alijs locis plurib⁹. Quicq̄d tñ sit de hoc. qꝛ questio ista alibi habet locū. ad p̄ns tātū sufficiat dixisse de q̄one ꝓposita. Sꝫ iux̄ sniam ɀ opinionē magistri illa positio vr̄ eē verior. q̄ dicit q̄ fides informis ꝑ aduenientē gratiā fiat formata. siue formet ab ipsa gratia mediate siue immediate.

Di. xxiiij. de fide q̄tum ad eius obiectum siue materiam.

Hic querit si fides tm̄ de nō visis est ꝛc. Supra egit mḡr de fide q̄tū ad eius ēntiā. in hac pte agit de ea q̄tū ad eius obiectū ɀ materiā. vñ inq̄rit. vtꝝ fides sit de his q̄ solū sunt supra nr̄am cognitionem an de his que sunt nostre cognitioni subiecta. Et q̄m duplex est cognitio vicꝫ sensitiua ɀ intellectiua. ideo ps ista diuidit in ptes duas. In quaꝝ pma inq̄rit magister. vtꝝ fides sit de his q̄ sensu ꝑcipiunt. In secunda vtrū sit de his q̄ intellectu cognoscunt. ibi. Post hec queri solet cū fides ꝛc. Prima pars diuidit in tres ptes. In q̄ꝝ prima mouet principalē q̄onē subiungens determinationē. In scd̄a vo epilogat ad remouendū incidentē dubitationē. ibi. Ex his apte intelligit ꝛc. In tercia vo exēplificat in spāli ad maiorē explanationē. ibi. Si vo querit vtrū petrus ꝛc. Scd̄a vo pars principalis pōt diuidi in tres ptes. in quaruꝫ pma mouet questionē ɀ determinat. In scd̄a auct̄e aug. ɔfirmat. ibi. Ut ait aug. In tercia vo dicit quandā diuisionē circa ipsa credibilia. ibi. Ex his apparet aliqua credi que nō vident.

Dist. xxiiij.

Mouet questionem ɀ determinat. vtrū fides sit de his que sensu percipiunt. a

Questio.

Ioh. xiij.

Aug. sup io.

Ko.

Ioh. xx.

Hic querit si fides tm̄ de nō visis est. quō veritas aplis ait. Nūc dico vobis p̄usq̄ fiat vt cū factū fuerit credatis. vbi innui videt q̄ fides illis fuerit de factis ɀ visis. sup q̄ aug. mouet q̄oneꝫ et soluit ita inq̄ens. Quid sibi vult vt cū factū fuerit credatis. [a]hec est laus fidei si qd̄ credit non videt. Nā et thomas cui dictū est. qꝛ vidisti me credidisti. nō h̄ credidit q̄d vidit. cernebat eñ ɀ tāgebat carnē viuenteꝫ quā viderat morientē. ɀ credebat deū in carne ipa latentē. Credebat ḡ mēte qd̄ nō videbat ꝑ h̄ qd̄ sensib⁹ corpis appebat. Si vo dicunt credi q̄ vident. sicut dicit vnusq̄sq; oculis suis credidisse. nō ipsa ē q̄ in nobis edificat fides. sed ex rebus que vident agit in nobis vt ea credant que nō videntur.

Qꝫ etiā de reb⁹ p̄sentibus dicat fides sed im propie.

Epilogat ad remouēdū incidētē dubitationē. b

Ex his apte intelligit q̄ ꝓprie fides nō appentū est. Nec illa est fides q̄ in christo edificamur q̄ dicim⁹ vsitata locutione nos ea credere q̄ videm⁹. Alibi tñ dicit aug. fidē eē de rebus p̄ntib⁹. qd̄ erit i futuro cū ꝑ spēꝫ deū p̄ntē cōtēplabimur. q̄ tñ nō ꝓprie dr̄ fides s; veritas. Est inq̄t fides q̄ credūt ea q̄ nō vident. s; tñ ē etiā fides reꝝ q̄n nō verbis s; reb⁹ ipis p̄ntib⁹ credit. Qd̄ erit cū ꝑ spēm manifestā se ɔtēplandā sctis p̄bebit dei sapia. Sꝫ nō ꝓpe h̄ dr̄ fides imo fidei merces. ad quā credēdo ꝑuenit. vt ex fide vboꝝ trāseat iust⁹ i fidē reꝝ.

Aug. in li. questionū euāgelij

Exēplificat in spāli ad maiorē explanatiōeꝫ de petro. an hūerit fidē passiōis q̄n vidit hoieꝫ illū pati. c

Exēplū ad maiorē explanationē predictoꝝ.

Si vo q̄rit vtꝝ petr⁹ fidē passiōis hūerit cū hominem xp̄m oculis pati cernebat: Dicimus eū fidē passionis habuisse nō in eo q̄ credebat hoiem pati. qꝛ hoc videbat. s; in eo q̄ credebat deū eē q̄ patiebat. Nō eñ virtus fidei erat q̄ credebat hō pati ɀ mori. qd̄ iude⁹ cer-

a Hec est laus fidei si quod credit nō videt. Cōtra. Carere lumine potius est ad vituperiū q̄ ad laudē. s̄m illud ps. Hō cū in honore eēt nō intellexit. ɔpat⁹ ē ꝛc. ḡ vr̄ q̄ ꝑuatio visionis potius reddit fidē vituꝑabilē q̄ cōmēdabilē. Itē si in hoc ɔsistit laus fidei qꝛ credit qd̄ nō videt. cū in gloria nihil credat nisi illd̄ qd̄ videt. vr̄ q̄ laudabilior sit fides in via q̄ glia in p̄ria. qd̄ absurdū ē dicere. Itē si in h̄ ɔsistit laus fidei. qꝛ credit qd̄ ñ videt. s; oīs q̄ stulte ɀ falso credit. credit qd̄ nō videt. ḡ q̄ stulte credit laudādus est. Rn̄. dc̄m q̄ ꝑuatio visiōis facit ad laudē credulitatis. p̄supposita tñ rectitudine in ipa credulitate. ɀ hoc ex duplici cā. Primo ꝓpter hūiliationē ɀ captiuationē intellect⁹ q̄ admodū est laudāda. sicut supbia intellect⁹ est vituꝑanda. Scd̄o qꝛ talis credulitas est a mera volūtate non ab aliq̄ necitate. Null⁹ n. cogit credere qd̄ nō videt. qꝛ laus ɀ vitupe-

nens credebat. sed q credebat de⁹ eē q patiebat. Unde aug. sup illū ps̄. locū. Rn̄dit ei i via vtutis sue. Laus fidei est nō qz credit hoīem illū mortuū qd̄ r paganus credit. sed qz credit eū glorificatuz r verū deū. Credit g̃ fides deū mortuū r hoīem glorificatū. nō g̃ fuit petro fides credere hoīem illū mori qd̄ oculis cernebat. sed credere deum esse q̄ moriebat. Nec nobis etiā fides in hoc mereret q credim⁹ hominē illum mortuū quod r iudeus credit. sed qz credim⁹ hoīem deū mortuū.

Mouet q̄onē r determiat. vtrum fides sit de his q̄ intellectu cognoscunt. d

Post hec queri solet cū fides sit de nō appentib⁹ r nō visis. vtrū etiā sit de incognitis tm̄? Si em̄ de icognitis tm̄ est. de his videt eē tm̄ q̄ ignorant. Sed sciēdū est. q cū visio alia est interior. alia exterior. nō est fides de subiectis exteriori visioni. est tm̄ de his que visu interiori vtcūq capiūt. Et quedā sic capiunt vt intelligant. et si nō vt in futuro. Quedā aūt nō. qz[b] cū fides sit ex auditu nō mō exteriori sed etiā interiori. nō pt eē de eo qd̄ oīno ignorat eo q ipa ad sensū corpis nō ptinet

Cōfirmat determinationē suā aucte aug'. e

Ut ait aug. xiij. li. de trinitate dicens. Quāuis ex auditu fides in nobis sit. nō tm̄ ad eū sensū corpis ptinet q̄ dicit audit⁹ qz nō est son⁹. nec ad vllū sensū corpis. qm̄ cordis est ista nō corpis. Quedā g̃ fide credunt q̄ intelligūt nāli rōne. Quedā vō q̄ nō intelligūt. Un̄ ppha. Nisi credideris nō itelliges. Qd̄ aug. apte distinguit. Alia sunt inqt q̄ nisi intelligam⁹ nō credim⁹. alia q̄ nisi credam⁹ nō itelligem⁹. Nemo tm̄ pōt credē in deū nisi aliqd itelligat. cū fides sit ex auditu p̄dicatiōis. Idē in li. de trinitate. Certa fides vtcūq inchoat cognitionē. Cognitō vō certa nō perficit nisi p⁹ hanc vitā. Ambro. qz ait. Ubi fides nō statim cognitio. vbi cognitio est fides precedit.

Elicit q̄ndā diuisionē circa ipa credibilia. f

Ex his appet aliq̄ credi q̄ nō intelligūt vel sciunt nisi p̄us credant. Quedā vō intelligi aliqñ etiaz anq̄ credant. Nec tm̄ sic intelligūt mō vt i futuro scient. r nūc etiā p fidē q̄ mūdant corda ampli⁹ intelligūt. qz nisi p

Ps̄. q.

Si aliqua sciatur q̄ credāt. Fides nullo capit sensu.

b

Isa. vij. Aug. sup octo c narū, tcio. mū.

Amb. ro.

tm̄ 9sistunt circa opā volūtaria. hinc est qd̄ aug. dicit q laus fidei est credere qd̄ non vides. nō pp̄ter puatiōnē visionis tm̄. sed pp̄ter positionē humilitat̄ r libertatis. Humilitat̄ ex pte intellect⁹. et libertat̄ ex pte volūtatis. Et p h̄ pz rn̄sio ad illud qd̄ obi. p̄mo. Ad illud qd̄ obi. scd̄o de glia pz siliter rn̄⁹. qz aug⁹. nō loq̄tur de laude quacūq sed de laude meriti. r h̄ laus est in statu vie nō patrie. r circa act⁹ vie n̄ circa act⁹ patrie. Siliter patet vltimū. qz h̄ nō dī de quacūq credulitate. sed de credulitate recta r vera. r n̄ stulta r falsa.

39 Ad illud qd̄ obijcit̄ ꝙ dona sunt ad actus medios. ⁊ omnes actus glorie erūt pfecti. dicendū ꝙ sicut in statu vie quoddā gen⁹ opis dignitate ⁊ actu alterū antecedit. sic erit ⁊ i statu glie. Sicut etiā possum⁹ videre in mēbris eiusdē corpis oīa pfecta erūt ⁊ tm̄ vnū mēbrū quodāmō excellētius altero iudicabit̄. sicut ocul⁹ excellētior pede. sic etiā intelligendū ē in patria ꝙ actus virtutū donoꝝ ⁊ beatitudinū ibidē omnes pficiant̄. ⁊ tamen nihil ꝓhibebit ꝙ ꝙ̄tum ad genus opis quidā actus p̄ores. ⁊ quidā medij. ⁊ quidam vltimi dicant̄. Si eñ ad oēs bonas operationes ⁊ laudabiles aīe illi statui ꝯuenientes erim⁹ expediti. quid mirū si in tanta varietate actuū ⁊ operū ꝙ̄tum ad genus opis pōt vn⁹ actus alteri anteponi.

40 Ad illud qd̄ obijcit̄ de dono intellect⁹. dicendū ꝙ ꝙ̄uis in statu vie donū intellect⁹ fiat p decursum ⁊ quādā inquisitionē. in patria tm̄ erit p simplicē aspectuz vbi deus in omnib⁹ creaturis videbit̄ manifeste. Unde sicut dicit phūs. Si essem⁹ supra lunā. nō quererem⁹ ꝓpter quid ecclipsaret̄. qꝛ videremus simplici aspectu interpositionē terre. sic immo multo excellētius in ꝓposito intelligendū est.

41 Ad illud qd̄ obijcit̄ de dono ꝯsilij. dicendū ꝙ i dono cōsilij duo sunt. Quedā partiū pōderata discussio. ⁊ excellens ⁊ stabilis melioris ⁊ dignioris partis electio. ⁊ pmū est impfectōnis ⁊ tollet̄. scđm v̄o pfectionis ⁊ manebit. Pmū eñ nō est de essentia consilij doni sed secūdū.

42 Ad illud qd̄ obijcit̄ de dono fortitudinis ꝙ in patria nō manebit. qꝛ nulla sunt ibi pericula sustinēda. dicenduz ꝙ sicut dictū est de virtute fortitudinis. ita de dono fortitudinis intelligendū est. qꝛ excellentior eius vsus erit i patria. Donū eñ fortitudinis disponet ad hoc ꝙ hō fortiter deo adhereat ⁊ insepabiliter. ⁊ hoc nō tm̄ ſm sufficientiā ſ etiam ſm excellentiā. ⁊ ideo nō supfluit in patria.

43 Ad illud quod obijcit̄ de dono scientie. dicendū ꝙ cōuersari in medio nationis praue ⁊ peruerse hoc est eius ꝓut est in statu vie. In patria v̄o eius vsus erit ad sciendū ⁊ discernendū quō ⁊ qualiter vnusquisq; debeat ad alterū se habere. nō ad malos qui erūt extra illā supnā ciuitatē. sed ad bonos q̄ in illa ciuitate superna p omnia cōcordabunt̄.

44 Ad illud quod obijcit̄ de dono pietatis. dicendum ꝙ ad donū pietatis nō solūmō spectat cōpati patienti. sed etiā affectum quēdam benignitatis ⁊ dulcedinis habere ad omnē hominē in quo conspicit imaginē dei. hoc autē non tm̄ spectat ad statū vie. verūetiā ad statum patrie. ⁊ ſm illum actum manebit nō ꝙ̄tum ad alteri.

45 Ad illud quod obijcit̄ de timore ꝙ nō retrahet ibi a malo. dicendū ꝙ vsus timoris nō erit ibi ꝙ̄tum ad mali cautelā. sed potius ꝙ̄tum ad summi ardui reuerentiā. ita ꝙ ab illa summa maiestate faciat resilire in ꝓpriā paruitatē. Hoc aūt melius manifestabit̄ quādo infra queret̄ de dono timoris specialiter. nunc autē tantū sufficiat dixisse de euacuatione donoꝝ in generali. Possent autē de his sex ꝓblemata formari. vt primo quereret̄ de euacuatione doni intellectus. deinde de euacuatione doni consilij. Et sic de singulis donis. Melius est tamen de his simul querere ꝓpter hoc ꝙ vnam generalē habent solutionem. ⁊ in distinctione ꝓblematū magis est attendenda solutionis vtilitas. ꝙ̄ ratiocinationū verbositas augmētanda.

De dono timoris specialiter.

Et quia de timore occurrit nobis tractandi locus &c. Supra egit mgr̄ de donis in generali. in hac vero parte agit de dono timoris in spāli. Diuidit̃ aūt ista ps in tres ptes. In quarũ prima assignat diuersos modos timendi. In scd̄a vo inquirit diuersitatē illoꝝ modoꝝ. ibi. De his eisdē timorib⁹ lacius &c. In tcia vero querit fm quā istaꝝ differenciaꝝ timor in xp̄o fuerit. ibi. Illud q̃ȝ diligent̃ est notandū &c. Prima ps diuidit̃ in duas. In quaꝝ prima ponit distinctionē timoris fm q̃tuor dr̄ias. In scd̄a vero reducit illas q̃tuor ad duas ibi. Et attende q̄ hic q̃tuor distinguunt̃ timores &c. Scd̄a vero ps pncipalis in q̄ inquirit dr̄iam int̃ mēbra prime assignata diuidit̃ in ptes q̃tuor. In quaꝝ prima assignat dr̄iam int̃ timorē seruilē ꝛ castū tangens interdū de iniciali. In scd̄a vo inducit quandā auctem q̄ videt̃ p̄cedentib⁹ esse cōtraria. et intellectū ei⁹ determinat. ibi. Est aūt et alia snīa q̄ videt̃ huic ꝯ̄ria. In tercia vero ad maiorē istoꝝ euidentiā subiūgit exemplū. ibi Non potes meli⁹ explanare &c. In q̃rta vero et vltima subiūgit cuiusdā alteri⁹ auctis expositionē ad habendum de p̄dictis euidentiā pleniorē. ibi. Sciendū tñ est q̄ vterq3 timor &c. Tercia vero ps pncipalis diuidit̃ in ptes duas. In quarū prima ōn̄dit q̄ in xp̄o fuit timor reuerētie. In scd̄a vero inquirit q̃liter in xp̄o fuerit timor pene. ibi. Cum autē in xp̄o fuerit timor pene.

Ponit distinctionē timoris fm q̃tuor dr̄ias. f

d [d] Et qr̄ de timore occurrit nobis tractādi locus. sciendum est q̃tuor esse timores scȝ mundanū siue humanū. fuilē. inicialē. castū vel filialē siue amicabilē. Hu-

Cassiod. manus timor est vt ait Cassiodorus qñ timemus pati picula carnis vel pdere bona mūdi. ppt̃ qd delinquimus. h timor mal⁹ ē q̄ in p̄mo gradu cū mūdo deseri-

Math. x. tur. quē dñs ꝓhibet in euāgelio dicēs. Nolite timere eos q̄ occidunt corpus &c. Timor aūt seruil' est vt ait

Aug. Aug. cū p timorē gehenne ꝯtinet se hō a pctō q̄ pñtiā iudicis ꝛ penas meruit. ꝛ timore facit q̄cq̄d boni facit. nō timore amittendi eternū bonū qd nō amat. s tunore patiendi malū qd formidat. Nō timet ne pdat amplex⁹ pulcerrimi sponsi. s timet ne mittat̃ in gehēnā. Bonus ē iste timor ꝛ vtilis licet insufficiens. p quē fit paulatim ꝯsuetudo iusticie. ꝛ succedit inicialis timor. qñ incipit qd durū erat amari. ꝛ sic incipit excludi seruilis timor a charitate. ꝛ succedit deinde timor castus siue amicalis. q̄ timem⁹ ne spōsus tardet. ne discedat. ne offendamus. ne eo caream⁹. Timor iste de amore venit. Ille q̄dē seruil' est vtil'. s nō pmanens in eternū vt iste. Timor diuin⁹ comes ē p oēs gradus.

d Et qr̄ de timore occurrit nobis tractandi loc⁹. sciendū ē quatuor eē timores. Obijcit̃ hic primo ꝯ ordinē a mgr̄o obseruatū. Videt̃ eñ q̄ inordinate procedat in tractādo. qm̄ via diffinitiua p̄cedit diuisiuam. g̃ pus ē timoreȝ diffinire q̄ȝ diuidere. Si tu dicas q̄ nō est vnā cōem diffinitōeȝ ipsi⁹ timoris assignare. In ꝯ̄riū hui⁹ opponit̃. qr̄ cū timor hēat ortū ex amore. ꝛ vnā sit diffinitōnē assigñre sicut dyonisi⁹ diffinit amoreȝ p vim vnitiuā. videt̃ q̄ silr̄ sit ex pte timoris. Sed in ꝯ̄riū hui⁹ opponit̃. qr̄ qñ aliq̄d i vna sui acceptōe ē passio. i altera vero ē hitus. equiuoce di. sed timor q̄ ē donū est hitus. timor vero nālis ē passio. g̃ de timore non pōt assignari vna cōis rō. Item Aug. ꝛ Dam̄. timorē diffiniūt. Aug. sup Iob. sic. Timor ē fuga ne amittat qd hȝ. Dam̄. sic. Timor ē expectatio futuri mali. Sȝ neutrū cōuenit timori i statu patrie. sicut pȝ. g̃ nō videt̃ q̄ sit generalē rōnē ipsi⁹ timoris inuenire. Iuxta h q̄rit̃ de istis duab⁹ diffinitionib⁹ pretactis. qm̄ videnr̄ sibi ꝯ̄riari. Si eñ fuga ꝛ expectatio opponunt̃. et timor ē fuga fm Aug. nō g̃ ē expectatio vt dicat Dam̄. Alteri⁹ querit̃ iuxta hoc vtrū timor fm generalē sui acceptionē habeat vnū obiectū cōe. Qd sic videt̃. qr̄ nālis timor cōfirmis ē gratuito. ꝛ gratuit⁹ glorioso. alioq̄n nec timor nālis pficeret̃ a gratuito. nec gratuit⁹ a glioso. hoc aūt esse nō posset nisi hērent vnū obiectū cōe. g̃ &c. Itē tante gnālitatis ē amor quāte ē timor. s ois amor ē respectu obiecti sub vna rōe vicȝ sb rōe boni. g̃ videt̃ silr̄ de timore. Sȝ ꝯ̄ ē q̄ timor vie ē respectu mali. timor aūt patrie nō ē respectu mali. cū ibi nullū sit malū. g̃ nō videt̃ q̄ timoris vie ꝛ timoris patrie possit eē vnū obiectū cōe. ac p h vna cōis rō assignari. Itē timor vie ē respectu futuri. timor aūt patrie respectu futuri nō pōt eē. g̃ nō pñt cōicare in rōe vni⁹ obiecti. R̄c⁹. dōm q̄ timor cū multas habeat dr̄ias. de illis nec dr̄ dino vniuoce nec equoce. sȝ fm q̄ndā analogiam. Ubi aūt ē analogia ibi est ꝯpatio ad aliq̄d vnū fm p̄us ꝛ posteri⁹. maxime vbi ē dicē ꝓprie analogia. ꝛ io timor fm oēs suas dr̄ias hȝ aliqd obiectū siue vnā rōeȝ circa qd ꝯsistit eius act⁹ fm p̄us ꝛ posterius. Obiectū aūt timor sub rōe sua gn̄ali ē arduū. Act⁹ vo cōis ē resilitio ab illo arduo. ꝛ h est i oī timore repiri. Un̄ vna cōis rō pōt de oī timore assignari. vt dicat̃ q̄ timor ē resilitio ab aliq̄ arduo siue excellēti. siue illd arduū sit in genē boni siue sit in genē mali. Sȝ cū ē in genē boni ē resilitio cū reuerētia. cū vo ē in genē mali ē resilitio cū fuga. Sȝ qr̄ iuxta analogiā frequēter latet equiuocatio q̄dā fm ph̄m. ꝓpter tollendā ambiguitatē mgr̄ p̄mo maluit diuidē q̄ diffinire. qr̄ in multiplicib⁹ primo ē diuidēdū ꝛ postea diffiniēdū. ꝛ hinc ē qd dic aug. ꝛ Dam̄. Errorē eñ diffiniunt nō q̄dē i sua gn̄alitate sȝ respectu mali. Et qr̄ timor respectu mali duplicē actū hȝ. vnū antecedentē q̄ ē estimatio siue suspitio q̄ q̄s credit malū sibi supuenturū. aliū ē fuga illi⁹ mali estimati. hinc ē q̄ vn⁹ illoꝝ diffinit p expectationē. alt̃ vero p fugā. ita q̄ nulla ē ibi ꝯtrouersia. Accipit̃ eñ ibi expe-

etatio large p q̄cunq; estimatione siue credulitate de aductu mali. Et p h̄ pz rn̄sio ad p̄mū qd̄ q̄rebat̄ de ti/
moris notificatione. Ad illud vo qd̄ q̄rebat̄ vlterius de timoris obiecto. dōm q obiectū ei⁹ ē arduū sub rōe
ardui et excellētis. τ q̄dāmō supexcellētis. Vn̄ qd̄ obi͂ de malo τ de futuro nō valet. qz illatio nō respicit timo
rem nisi q̄tū ad statū vie. nec ad h̄ gn̄alit̄. in statu em̄ vie ē timor reuerētie sicut ex p̄cedētib⁹ habitū ē τc. Obi͂
scdō ꝯ numez τ diuisionē quā de timore ponit mgr̄. Et obi͂ ꝯ hoc p̄mo. q vr̄ mgr̄ esse insufficiēs. omittit em̄
timorē nālē. Itē obi͂ qz videt̄ sibi ꝯdicere. prio em̄ dicit q̄tuor eē timores. τ postmodū subiūgit q̄nq;. Et si tu
dicas q ipse enumerat p vno mūdanū τ humanū. Contra. timor mūdanus surgit ex ꝯcupia oculoz. timor
human⁹ ex ꝯcupia carnis. Sz iste ꝯcupie sunt diuerse. g̃ et illi timores. Iuxta hoc q̄rit̄ cū sex dr̄ie assignent̄.

48 vicz. nālis. mūdan⁹. human⁹. seruil̄. inicialis τ filialis. penes q̄d sumant̄ τ quō distinguant̄. R̄ͦ. dōm q sex
dr̄ie timoris hn̄t distingui s̄m dr̄iaz suaz originē. Timor em̄ aut est ex nā. aut ex libidine siue ꝯcupia. aut ex
grā. Si est ex nā. tūc ē timor nālis. Si ē ex ꝯcupia. h̄ est duplr̄. aut ē ex nimio amore sui sic est human⁹. aut ex
nimio amore suoz sic ē mūdan⁹. Si vo ex grā gratis data sic ē seruil̄. aut ex grā gratū faciēte inchoata τ sic ē
inicialis. Aut est ex grā pfecta τ sic ē filialis. Et sic pz q sex sunt dr̄ie timoris s̄m suā generalē diuisionē ex p͂
te sue originis. Ad illud g̃ qd̄ obr̄ q mgr̄ ē insufficiens. qz nō ponit nisi q̄tuor. dōm q mgr̄ cū intendit h̄ agē

49 de timore dono. nō diuidit timorē nisi eaten⁹ q̄ ad ꝓpositū suū spectat. Timor aūt donū q̄druplr̄ hz ꝯsiderari
aut p cōparationē ad suū oppositū qd̄ expellit. τ hic ē timor malus q̄ opponit̄ dono sp̄ūsscti. vt mūdan⁹ τ hu
man⁹. q̄s mgr̄ nō diuidit licet sint timores diuersi. qz sub vna rōe ꝯsiderat vicz in q̄tū oppositoz hn̄t ad donū
timoris. Aut p cōpatione ad obiectū min⁹ p̄ncipale. Et hoc q̄dē ē malū pene. et sic ē timor seruil̄. Aut p com
paratione ad obiectū magis p̄ncipale qd̄ q̄dē est malū culpe siue offense. τ sic ē timor inicial̄. Aut p ꝯpatōez
ad obiectū maxie p̄ncipale. qd̄ q̄dē est excellētie maiestatis diuine. τ q̄tū ad h̄ est timor filial̄. Et sic pz q s̄m
q̄druplicē ꝯpationē ipsi⁹ timoris doni. assignant̄ q̄tuor timoris dr̄ie. Et mgr̄ sufficient̄ diuidit timorē q̄ntuz
spectat ad ꝓpositū. Alit̄ pōt dici q timor sub rōne doni pōt s̄m aliam cōsiderationē q̄dtuplr̄ diuidi. qz timor
aut ē oppositū simplr̄ dono. τ sic ē vna dr̄ia vicz mūdan⁹ τ human⁹. aut ē donū tn̄ cū opposito doni τ sic est ti
mor seruil̄. aut ē donū cū opposito tn̄ cū q̄dā approximatōe ad oppositū et sic est timor inicialis. aut est pfe/
ctum donū et sic est timor filialis. et sic patet sufficientia hoz membroz τ solutio obiectoz.

<table>
<tr>
<td>50 e Et attende q hic q̄tuor distinguūt̄ timores τc. Cōtra. ex h̄ videtur q vel mgr̄ sit supflu us. vel beda di minut⁹. Itez iuxta h̄ q̄rit̄ de diuisione quā ponit dam̄. vbi diui/</td>
<td>Reducit illas q̄tuor differētias ad duas. g
e Et attende q hic q̄tuor distinguunt̄ timores. cū sup̄ Beda duos dixerit eē. Sz beda humanū timorē pre/ termisit. τ noīe seruilis duos q̄s hic distinximus com plexus fuit scz seruilē τ inicialē. f Amicabilē vo castū dixit. Augustin⁹ q̄z seruilē τ castū timorē apte discer-</td>
<td>e

f</td>
</tr>
</table>

dit timorē in sex dr̄ias q̄rū nullā ponit nec mgr̄ nec beda. Dicit em̄ q sex sunt genera timoris. vicz. segnicies.
erubescētia. verecūdia. admiratio. stupor τ agonia. videt̄ em̄ s̄m hoc q aut ipse dam̄. aut magister in diuidē
do nō recte ꝓcedit. Iuxta hoc etiā q̄rit̄ de sufficiētia mēbroz q̄ ponit dam̄. R̄ͦ. dōm q ē loqui q̄druplr̄ de ti
more. Aut s̄m q ē donū p̄cise. Aut s̄m q ē donū τ oppositū dono. Aut s̄m q ꝯphendit donū τ oppositū dono
τ passionē nature. Aut spālit̄ de ipo s̄m q timor ē passio nature. Si s̄m q ē donū sic diuidit̄ in duo mēbra. et
sic accipit beda diuidēs timorē in seruilē τ castū. qz pōt esse donū gratuitū. aut gratis datū. Si s̄m q cōphen
dit donū et oppositū dono. sic est diuisio mgr̄i in q̄tuor mēbra s̄m q dictū fuit supra. Et qz mgr̄ largius acci/
pit iō plura mēbra ponit. Si aūt accipit̄ put cōphendit donū et oppositū dono τ etiā passioni nature sic diui
ditur in sex mēbra posita p̄us. Si vo put accipit̄ spālit̄ p passione nature sic ē diuisio dam̄. q̄ est q̄si subdiui
sio respectu p̄cedētis. Sufficientia aūt et numer⁹ hoz mēbroz sic pz. qz timor passio aut ē respectu mali aut
respectu ardui. Si respectu mali. aut respectu mali in se. aut respectu mali in ordine ad culpaz. Si respectu

51 mali in se hoc est duplr̄. aut put timet̄ difficultas in ope supexcedēs vires nr̄as τ sic ē segnicies. De qua di
cit ipse dam̄. q segnicies ē timor future opatōis. Aut put timet̄ malū pene. nec tn̄ est a nobis sz poti⁹ a fortu

52 na et p accidens. et sic est ipsa agonia. de q̄ dicit ipse dam̄. q agonia timor est p casum siue infortuniū. Si aūt
est timor mali respectu pene in ꝯpatione ad culpā. hoc pōt eē duplr̄ aut respectu culpe q̄ iā est τ sic ē verecū/

53 dia. de qua dicit dam̄. q verecundia ē timor actu. Aut respectu culpe q̄ iā nō est sed pōt esse. τ sic est erubescē

54 tia. De qua dicit Dam̄. q erubescentia ē timor in spectatione cogniti. Si aūt est respectu ardui siue magni
aut est magnū in qd̄ nō possum⁹ cognoscēdo τ opando ꝓpter defectū cognitionis tunc ē āmiratio. de qua di

55 cit dam̄. q āmiratio ē timor i magna imaginatōe finita. Aut ē arduū ad qd̄ inassueti sum⁹. et sic ē stupor de q̄
dicit q stupor ē timor ex inassueta imaginatōe. Vel alit̄. timore passione. aut timet̄ quod est de se timēduz.

56 aut timet̄ qd̄ de se timēdū nō ē. si timet̄ qd̄ ē timēdū de se hoc pt̄ eē triplr̄. q̄m aut ē p̄ns τ sic ē verecūdia. aut
futurū certū τ sic ē erubescētia. aut futurū dubiū τ sic ē agonia. Si aūt timet̄ aliq̄d qd̄ de se timēdū nō ē hoc
pt̄ eē triplr̄. aut ꝓpt̄ defectū v̄tutis τ sic ē segnicies. aut ꝓpt̄ defectū cognitōis et sic ē āmiratio. aut ꝓpt̄ defectū

57 ꝯsuetudis τ sic ē stupor. et sic pz p̄dictoz numer⁹ τ sufficiētia. τ p h̄ etiā pz rn̄sio ad obiecta. f Amicabilē
vo τc. ꝯ. vr̄ q ali⁹ sit timor cast⁹. τ ali⁹ timor amicabil̄. et ali⁹ timor filial̄. Aliud em̄ timet spōsa. τ aliud amic⁹
τ aliud fili⁹. Fili⁹ em̄ timet p̄ris idignationē. amic⁹ volūtatis dissensionē. spōsa ꝯplexuū sepationē. g̃ vr̄ q illi
sīt diuersi timores. Iux̄ h̄ q̄rit̄ ꝓpt̄ qd̄ timor pfect⁹ sortit̄ illa vocabula. τ q̄re mag⁹ vocat̄ amicabil̄ q̄z socialis
R̄ͦ. dō. q licz isti timores i his sensib⁹ hēant dr̄iaz. tn̄ respectu dei vn⁹ τ idē timor censet̄ h̄ t̄plici noīe. Sic ē
vna ē grā q̄ fac̄ eē filiū dei p adoptōez. facit etiā aicū. τ desp̄osat aiaz i ꝯiugiū. sic etiā i ꝓposito ē itelligēdū. q̄m
vn⁹ τ idē timor ē q̄ quis timet amittē deū siue separi a deo sb̄ hac t̄plici rōe. Et ex h̄ pz q̄re iste timor h̄ t̄plici
nomine nominet̄. patet etiā rn̄sio ad obiecta.

Roma. viij.

nit dñ epl'e ad romanos illũ locũ exponit. Nõ eñi accepistis spm̃ seruitutis iterũ in timore. ſ accepistis spm̃ adoptõis filiorũ dei. ita dicens. duo timores insinuant̃ hic. Un⁹ q̃ est in pfecta charitate sc; timor castus. alter q̃ nõ est in charitate sc; seruil̃. in quo q̃uis deo credat̃. nõ in deũ. ⁊ si bonum fiat nõ tñ bene. Nemo eñi inuitus bene facit etiã si bonũ est qd̃ facit.

Assignat differentiã int̃ timorẽ seruilẽ ⁊ castũ tangẽs intẽdũ de iniciali. h

Jn. ix. epistola sup Job.

De his eisdẽ timorib⁹ latius disputat Aug. dicẽs. Cepit aliq̃s credẽ diẽ iudicij. si cepit credẽ. cepit ⁊ timẽ. Sed q̃ adhuc timet. nõdũ h; fiduciã i die iudicij. nõdũ ẽ in illo pfecta charitas. Si pfecta i illo esset charitas nõ timeret. Perfecta eñi charitas facẽt pfectã iusticiã. ⁊ non hẽret vnde timẽt. imo hẽret q̃re desideraret vt trãseat iniq̃tas ⁊ veniat regnũ dei. ĝ timor nõ ẽ in charitate. Sz in q̃ charitate? nõ in inchoata. Jn q̃ ĝ. in pfecta? pfecta inq̃t charitas foras mittit timorẽ. ĝ incipiat timor. q̃ iniciũ sapiẽ timor dñi. Timor eñi q̃si locũ p̃parat charitati. Cũ aũt ceperit charitas hitare. pellit̃ timor qui ei p̃parat locũ. Quãtũ eñi illa crescit. ille decrescit. ⁊ q̃ntũ illa fit iterior. timor pellit̃ foras. maior charitas. minor timor. minor charitas. maior timor. Si aũt null⁹ ẽ timor. nõ ẽ q̃ intret charitas. sicut videm⁹ p setã introduci linum q̃ñ aliq̃d suit̃. seta p̃us intrat. ⁊ nisi exeat nõ succedit linũ. Sic timor p̃mo occupat mẽtẽ. nõ aũt ibi remanet timor. q̃ iõ intrauit vt introducẽt charitatẽ.

Hic tangit de iniciali caritate

Silitudo seruilis timoris inducitur.

Jnducit q̃ndã auctẽ q̃ videt̃ p̃cedẽtibus ẽria ⁊ itellectũ ei⁹ determinat. i

Est aũt alia sñia q̃ videt̃ huic eẽ ẽria si nõ h; piũ intellectorẽ. Dicit̃ eñi i ps. Timor dñi cast⁹ pmanet in sclm scli. Eternũ quendã timorẽ nobis oñdit sc; castũ. Or; si oñdit ille nob etnũ timorẽ. nunq̃d ɔtradicit illi ista ep̃la q̃ dicit. Timor nõ ẽ in charitate ſ pfecta charitas foras mittit timorẽ. Hoc eñi dictũ est p iohẽz. illud dictũ ẽ p dauid. Sz nolite putare aliũ eẽ spm̃. Si eñi vnus flat⁹ inflat duas tibias. nõ pt vn⁹ spũs implere duo corda ⁊ agitare duas linguas? Si spũ vno .i. vno flatu iplente. due tibie cõsonãt. implete due lingue spũ dei dissonare pñt? imo ẽ ibi q̃dã ɔsonãtia. est q̃dã ɔcordia. ſ auditorẽ desiderat studiosũ nõ ociosũ. Ecce mouit duas linguas spũs dei. ⁊ audium⁹ ex vna timor nõ ẽ in charitate. audium⁹ ex alia. timor dñi sctũs pmanet in sclm scli. Quid ẽ h? Dissonat? Non. Excute aures. intẽde melodiã. nõ sine cã h addidit cast⁹. illic nõ addidit. q; ẽ timor aliq̃s q̃ dr̃ castus. est ali⁹ timor q̃ nõ dr̃ cast⁹. Discernam⁹ istos duos timores. ⁊ intelligam⁹ ɔsonãtiã tibiarũ. Quõ discernim⁹ attendat charitas vestra. Sũt hoies q̃ ppterea timẽt deũ ne mittant̃ i gehennã. ne forte ardeãt cũ dyabolo i igne etno. ipse ẽ timor q̃ introducit charitatẽ. ſ sic venit vt exeat. Si eñi ppt̃ penas times deũ. nõdũ amas quẽ sic times. nõ bona desideras. ſ mala caues. Sz ex eo q; mala caues corrigis te ⁊ incipis bona desiderare. q̃ cu; desiderare ceperis. erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona. timere deũ ne recedat a te. Cũ autẽ times deũ ne te deserat. p̃sentiã eius amplecteris. cum ipso frui desideras.

Ps. xviij.

j. Joh. iiij.

Ad maiorẽ dictorũ euidentiã subiungit exemplũ. k

Non potes meli⁹ explanare q̃d intsit int̃ duos istos timores q̃ si ponas duas mulieres maritatas. q̃rũ vnã ɔstituas volentẽ facẽ adulteriũ. ſ timet ne dãnet̃ a marito. Timet maritũ. q; adhuc amat neq̃ciã. huic n̄ grata ẽ ſ onerosa mariti p̃ñtia. ⁊ si forte viuit neq̃ter. timet maritũ ne veniat. Tales sũt q̃ timẽt diẽ iudicij. Fac alterã amare virũ. debẽ illi castos amplexus. nulla se adulterina imũdicia maculare velle. ista optat p̃ñtiã viri. Jlla timet ⁊ ista timet. Jnã ĝ interrogent̃ q̃re timeãt. Jlla dicet. Timeo virũ ne veniat. illa dicet. timeo virũ ne discedat. Jlla dicet. timeo virũ ne dãnet. illa dicet. timeo virũ ne deserat. Pone h in aĩo ⁊ inuenies timorẽ quẽ foras mittit charitas. ⁊ aliũ timorẽ castũ pmanẽtẽ in sclm scli. Jllũ timorẽ pfecta charitas foras mittit. q; ille timor tormẽtũ h;. torquet̃ ɔsciã. pctõrũ nõdũ facta est iustificatio. Est ibi qd̃ titillat mentẽ. qd̃ pungat. qd̃ stimulat. S timulat ille timor. ſ intrat charitas q̃ sanat qd̃ vulnerat timor. timor castus facit securitatẽ in aĩo.

Audiuim⁹ duas tibias scz Jobem ꝛ dauid ꝯsonātes.illa de timore dei dicit q̄ timet aīa ne dānet.illa de timore q̄ timet aīa ne deserat. Ille ē timor quez charitas excludit.ille ē timor q̄ ꝑmanet in sclm scli.Ecce in his vbis ṗdictis apte ondit Aug.qs sit timor castus ꝛ qs seruil'.ꝛ q̄liter differāt. In qb⁹ etiā inicialē timorē significauit.q̄ nec ex toto ē seruilis.nec ex toto castus.ꝫ tanq̄ medius aliq̄d de seruili.ꝛ aliq̄d de casto timore hꝫ. Facit em̄ seruire ꝑtim timore pene.ꝑtim amore iusticie.ꝑ quē timem⁹ puniri ꝛ timem⁹ offendē. Iste timor ē i inchoata charitate nō i ꝑfecta.ꝛ q̄ntū crescit charitas.tantū decrescat iste timor q̄ntū ad metū pene.i.q̄ntū ad id qd̄ facit timere penā.ꝛ q̄ntum ad tormētū ꝯscie. Nā q̄nto magis diligim⁹.tanto min⁹ timem⁹. Iste timor notat in illis vbis Aug.vbi nō negat timorē eē in charitate inchoata ꝫ perfecta.qd̄ nō posset dici de seruili.q2 vt ipse sup̄ dixit seruilis timor si remanet veniēte charitate.nec intrat charitas nisi ṗus ille timor exeat. nec in illo timore aliqs credit in deū.ꝛ si credat deo.nec bene facit etiā si bonū est qd̄ facit. Non ḡ timor ille in charitate etiā inchoata.q2 oīs qui charitatē hꝫ licet nō ꝑfectā.ꝛ in deū credit.ꝛ bona opa facit.q̄re seruilis nō est timor ille quez in charitate inchoata fore cōcessit.ꝛ quē crescente charitate decrescere dixit. Sꝫ ille ē timor inicialis quē nō negat eē in charitate nisi ꝑfecta sit.

Subiūgit alteri⁹ auctia expositionē.q̄ timor seruil' ꝛ inicialis dicit iniciū sapie ꝫ different. l

Sciendū tn̄ est q̄ vterq3 timor scz seruilis ꝛ inicialis in scripture diuersis locis dr̄ inicium sapie. Et ita fore cōperies si diligenter annotaueris loca scripture in q̄bus de timore diu fit mētio. Ex alia tn̄ ratōne ꝛ causa diuersa dr̄ seruilis timor iniciū sapie.ꝛ ex alia inicial'. Seruilis em̄ id dr̄ iniciū sapie quia ṗparat locū sapie ꝛ ducit ad sapiam.ꝫ tn̄ nō remanet cū ea.immo foras exit. Inicialis vo dicit iniciū sapie.quia est inchoata sapia.quā cū quis habē incipit.sapiam ꝛ charitatem habere incipit. Inde etiā est q̄ vterq3 timor dr̄ inicialis.qd̄ inuenire poteris ꝑ diuersa scṗture loca. Vterq3 etiā timor interdū dr̄ seruilis.quia ꝛ ipse inicialis qui est in charitate inchoata aliq̄d hꝫ de seruili scz angorem pene.sicut ꝛ aliq̄d hꝫ de casto.scz q̄ timet offendere ac seperari.

Ostendit q̄ in xp̄o fuerit timor reuerentie. m

Illud quoq3 diligenter est notanduz q̄ in supioribus Augustin⁹ dicat castū timorē esse eternū.ꝑ qd̄ cōfirmatur ṗmissa snīa scz q̄ spūs timoris erit in futuro sicut ꝛ alia dona spūssancti.sed nō habebit omnē illū vsuz quē modo habet. Faciet em̄ tunc nos reuereri deū nō timere.separi vl' carere. Fuit ergo ꝛ in xp̄o timor ille. ꝫ iuxta vsum illum quē habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit xp̄s seperari vel offendere deū sed eū pre omnibus reueritus est.

Inquirit qualiter in xp̄o fuerit timor pene. n

Cum autē fuerit in xp̄o timor pene.queritur an iste timor fuerit mūdanus vel seruilis vel inicialis? Ad qd̄ dicimus nulluz eoꝝ fuisse in xp̄o.quia timor mundanus malus est vt supra dictū ē.ꝛ in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis vero vel inicialis in perfecta charitate non est. Nullus ergo timor istoꝝ fuit in xp̄o.quia ergo fuit timor iste quo penā timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus qui omnib⁹ bo-

58 g Vterq3 timor ꝛc. Contra. Si timor inicialis dr̄. q2 in eo inchoatur sapia ꝛ grā. et timor seruilis est hmōi.videtur ḡ q̄ timor seruilis sit inicialis qd̄ falsum ē. Itē hoc querit ꝓpter q̄d timor in sacra scriptura potius dr̄ inicium sapie q̄ aliud donuz. ꝛ quare magis dicit iniciū sapie q̄ alicui⁹ alterius doni aut virtutis aut gratie. R̄o. dōm q̄ cū duplex sit iniciuz.vicz intra vel extra. inicialis denominatur a principio intra quod est nature principiū intrinsecū. Seruilis autē habet rōem principij extra. ꝛ ꝓpterea nec erit nec debet dici inicialis. Ad illud qd̄ queritur quare magis dr̄ principium sapie q̄ alterius doni. dōm q̄ in ꝓficiendo in bonum donū timoris est primum inter oīa dona. ꝛ donū sapie est supremum. cū ergo rō initij et principij debeat attribui ṗmo. hinc ē q̄ rō inicij dꝫ attribui timori. quia nō in supmo stat⁹ est. Hinc est

g

minibus inest quo horret mors ac formidat pena. Et dicit timor iste nālis. nō quia accesserit hoi ex natura fm q̄ prius fuit instituta. quia nō fuit iste timor concreatus homini. nec de bonis nālib⁹. s quia ex corrupta natura p peccatū omnib⁹ aduenit. cui correptio inoleuit tanq̄ esset naturalis. & est iste timor effectus peccati vt predictum est.

q̄ timor magis dicit principiū sapie q̄ alicui⁹ alteri⁹ doni. Alia vero q̄ dicunt in lra sunt satis plana. Ex his autē que in lra dicta sunt possent formari sex problemata de timore. vt primum sit de timoris diffinitione. Scdm de obiecto. Tertiū de diuisione magistri. Quartū de diuisione doni. Quintum de doni gratuiti nominatione. Sextū et vltimū de eius cōparatione ad donū sapientie &c.

Ad intelligentiā hui⁹ ptis in qua quidē agit de dono timoris. incidit hic questio circa duo. Primo eni querit de timore informi siue seruili q̄ est cū peccato. Scdo q̄rit de timore gratuito. qui datur cū spiritusancto. Circa primū querūt tria. Primō est de timore seruili p cōparatōnē ad suum principiū. Scdm est de timore seruili q̄tū ad suū vsū. Tertiū est de eodē timore p cōparationē ad gratie complementum.

Questio .j.

De timore seruili p comparationē ad eius principiū. Utrū videlicet timor seruilis sit donū spūssancti diuinitus datū. Et q̄ sic videt primo per glo. sup illud Roma. viij. Non accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore. ibi glo. Caue ne ex eo q̄ dicit spm̄ seruitutis et spm̄ adoptionis diuisum intelligas spm̄. cū sit vnus atq̄ idem spiritus. Si ergo spiritus adoptionis est donum spūssancti. ex hac glo. videt necessario posse concludi q̄ ab eodē sit timor seruilis. Itē aug. dicit & habet in lra. Bonus est timor seruilis et vtilis p quē fit paulatim consuetudo iustitie. Sed omne datum optimū & omne donū pfectū desursum est. ergo timor seruilis desursum descendit. Itē hoc ipsum videt pbari aucte ve. te. q̄ sicut dr. Radix sapie est timor dn̄i. Et puerb. xv. In timore dn̄i declinat ois a malo. Et esaie. xxvj. A timore tuo dn̄e cōcepimus & pturiuim⁹ spm̄ salutis. Si g̃ timor seruilis ē initiū sapie. et facit declinare a malo. & bonū cōcipe. & hoc totū nō ē nisi a dono dei. videt g̃ q̄ timor seruilis sit donū spūssancti. Itē nō solum a deo est gratia cooperans s etiā grā voluntatē pparans. g̃ non solū mō a deo erat timor ille q̄ regit hominē in statu iustitie. sed etiā qui pparat ad illū statū. Cū ergo timor seruilis sit hmōi. videt q̄ timor seruilis sit donū spiritussancti. Item plus est timere deū q̄ credere. Multi eni credunt q̄ nō timent. s fides qua q̄s credit etiā in statu pcti datur hoi desursum. g̃ & donū p qd̄ timet. sed timor seruilis est hmōi. g̃ &c. Sed contra. omne donū spūssancti pōt stare cum spūsancto. quia spūssanctus nō repugnat suis donis. s qn̄ spūssanctus infundit tūc timor seruilis expellitur sicut dicit Aug. & habet in lra. g̃ timor seruilis nō est donū spūssancti. Itē omne spūssancti donū hab3 exemplar correspondēs in deo. sed timor seruilis nō h3 exēplar correspōdēs in deo. nec inq̄tū timor. nec inq̄tū seruilis. In deo eni nullus est pauor. nulla est seruitus. ergo &c. Itē omne donū spūssancti dat ad habilitandū animā ad aliq̄d arduū et excellens. sed timor potius consistit in depressione q̄ in aliqua erectione. et potius est ex virtutis indigētia q̄ ex sufficiētia. videt g̃ q̄ timor seruilis nō sit donū spūssancti. Itē sicut contingit deū timere pter penas quas infligit. sic etiā contingit amare pter beneficia q̄ nob tribuit etiā in statu pctī. sed amor ille qui est pter tpalia hic nō ponit inter spūssancti dona. g̃ nec timor seruilis qui principaliter h3 oculū ad penā. Item sicut aliquis dimittit transgredi mandata dei pter timorē penarū eternarū. sic latro dimittit transgredi edictū regis pt timorē furcarū. s timor q̄ latro timet furari ne suspendat nō ponit esse donū spūssancti. ergo silr videt de illo timore quo quis timet peccare ne eternaliter puniat. imo videt multo fortiori rōne. quia si malū faciliter timet. maius malū multo facilius timet. cū ergo maius malū sint pene eterne q̄ tpales. si nō egemus dono ad timendū penas tpales. multo magis videtur q̄ nec ad timendū penas eternas. R⁹. dicēdum q̄ absq̄ dubio timor seruilis est donū spūssancti. Et rō huius est. qm̄ sicut donum dei est nosse siue credere penas futuras pro eo q̄ ibi est quedā cordis illuminatio & directio. sic donum dei est illas penas eternas refugere & timere. pro eo q̄ ex tali dono est quedā emollitio. & fluxus concupiscentialis restrictio. et in hoc quedā rectificatio. Q2 eni ibi sit emollitio satis innuit Hiere. pphera. cū dicit. Indurasti cor nostrū vt nō timeremus te. Q2 ibi sit fluxus concupiscentialis restrictio innuit pphera in ps. cum dicit. Confige timore tuo carnes meas. qd̄ quidē non solū fit timore casto sed etiam seruili. quo timent eterna supplicia & timet diuina iustitia. Et pter illorū timorē cessat hō a peccatorū operatione. licet nō omnino cesset a volūtate. sicut dicit glo. qd̄ totū est ex diuino munere. Ideo concedende sunt rōnes ad hanc partē inducte. Ad illd̄ ergo qd̄ primo obiicit in cōtrariū q̄ timor seruil⁹ nō manet cū spūsancto. dicēdm q̄ dona spūssancti sunt in multiplici differentia. Quoddā nāq̄ donū est a spūsancto sed nō cū spūsancto. quia pparat ad spm̄sanctum. & tale donū est timor seruilis fm q̄ huiusmodi. Quoddā autē est donū a spūsancto & semp cum spūsancto. quia p ipsum cōsecrat habitaculū spūsancto. sicut est donū charitatis. Quoddā vero est donū qd̄ est donū a spūsancto. & aliqn̄ cū spūsancto. aliqn̄ sine spūsancto. sicut donū qd̄ est ad spūssancti manifestationē. & est ordinatū non solū ad ppriam vtilitatē sed etiā ad alienā. sicut donū pphetie et donum scie. que aliqn̄ in malis. aliqn̄ in bonis reperiri habent. Cū ergo dr̄ q̄ donū spūssancti compatit se cū spūsancto. dicēdm q̄ illud habet instantiā in eo dono qd̄ ordinat ad habitationē spūssancti preparandam. Posset etiā aliter dici q̄ timor seruilis et si inquantum seruilis est nō possit stare cum spūsancto pter annexā imperfectionē que dicit repugnantiam ad statū gratie. tn̄ q̄tum ad aliq̄d sui nihil prohibet ipsum cū spūsancto stare. sicut infra melius manife

59

60

61 stabitur. ⁊ q̄tum ad hoc est donū eius. Ad illud qđ obijcit̄ q̄ omne donū spūssancti habet exemplar correspondens in deo. dđm q̄ si illud spāliter intelligatur q̄tū ad omnē eius ꝓprietatē sic nō est verū. sed si generaliter intelligatur vtpote q̄ dicat̄ illud habere exemplar in deo qđ habet aliquid correspondens sibi vel ſm se vel ſm suū genus sic veritatē habere potest. Et hoc mō timor potest habē exemplar in deo. quia q̄ timet elongatur a malo ⁊ stat intra fines ꝓprios. ita q̄ supra se non erigitur. Utrūq; autē istoꝝ contingit reperiri in deo. quia deus a malo maxime elongatur. et nullo mō supra seipm̄ erigitur. ideo dū per timorē deo subijcimur. eidē assimilamur. ⁊ talis assimilatio sufficit ad hoc q̄ timor habeat sufficientē rōnem doni.

62 Ad illud qđ obijcit̄ q̄ omne donum spūssancti datur ad habilitandū animā ad arduum et excellens. dđm q̄ sicut inordinate amare est magne virtutis ⁊ excellentie. sic inordinate timē est segnicie et ignauie. ordinate vero timere magne est excellentie. Qui eñ deū veraciter timet. nihil terrenum et caducū timet. imo ex ipso timore dei ipsis timoribus superefertur. Ideo licet actus timoris videatur ptinere ad quandā defectibilitatē. ſm veritatem tamē ptinet ad excellentiā et nobilitatē. ⁊ quia in timore seruili incipit hō deum ipsum timere. hinc est q̄ donū spūssancti est hic imperfectū.

63 Ad illud qđ obijcit̄ q̄ sicut contingit deū timere ꝓpter penas. ita et amare ꝓpter beneficia. dđm q̄ sicut beneficia quedā sunt p̄sentia. quedā futura. quedā que videntur. quedā que expectant̄. sic etiam et pene. Et si q̄s timeat deū solūmodo ꝓpter penas p̄sentes quas iā exptus est. hoc nō habet necessario ex dono. sed cū timet ꝓpter supplicia futura que credit infligenda eē omnibus qui contēnunt diuinā iusticiā. sicut in amore intelligendū est q̄ amor eternoꝝ bonoꝝ est donū dei. Amor vero presentiū potest esse ex ipso naturali affectu. et ideo ex hoc nō potest cōcludi q̄ timor seruilis nō sit donū. quia timore seruili non timent̄ tm̄ tpalia supplicia sed etiā eterna sicut tactū est supra.

64 Ad illud qđ obijcitur de latrone qui timet furari ꝓpter suspendiū. dđm q̄ nō est simile sicut iā tactuz est. quia naturali cognitione ⁊ estimatione latro cognoscit illud suppliciū et illud reformidat. nō autez sic ē de supplicio infernali. imo oportet q̄ timeat per fidem. et amplius q̄ cor quodāmodo mollificet̄ vt exhorreat illa supplicia ad fidei instinctū. Propterea ratio illa nō valet. quia nō est simile hinc ⁊ inde.

Questio. ij. b

De timore seruili in cōparatione q̄tū ad eius vsum Utrū scȝ vsus timoris seruilis sit bonus an malus. Et q̄ bonus sit videt̄. quia quales sunt habitus tales sunt actus. sed timor seruilis cū sit donū spūssancti est bonus. ergo p documentū moralis phi actus eius est bonus. Itē maxima est phi q̄ cuiꝰ vsus bonus. ipm̄ quoq; bonū est. ⁊ cuiꝰ vsus malus ipm̄ est malū. ergo si vsus timoris seruilis est malus. ipse timor seruilis esset malus. sed nō est malus cuȝ detur diuinitus. ergo actus eius est bonus. Itē omnis habitus cuius vsus p̄parat hominez ad susceptionem gratie est bonus q̄tū ad vsum. sed timor seruilis est huiōi. quia per vsum eius introducit̄ charitas sicut dicit Aug. et habet̄ in lr̄a. ergo ⁊c. Itē nulliꝰ actus quo quis vitat pctm̄ est pctm̄. sed actu timoris seruilis recēdit hō a pctō. ergo actus timoris seruilis nō est pctm̄. nō est ergo malus. et est malus vel bonꝰ. ergo bonus. Sed ꝯ. super illud ps̄. Confige timore tuo carnes meas. Glo. Aug. Timor seruil' carnē nō crucifigit. quia viuit in eo peccandi voluntas. ⁊ sequeretur opus si speraret̄ impunitas. mallet eñ licere. et dolet nō licere qđ lex vetat. ſ ois talis motus ē directe ꝯ iusticiā. quia vellet iusticiā non esse. ois vero motus ꝯ iusticiā est malus. ergo actus et vsus timoris seruilis ē malus. Itē Grego. in moral. cū pena timetur. ⁊ dei facies nō amat̄. timor ex timore est non ex amore. ſ ois actus qui ꝓcedit ex radice timoris ⁊ suꝑbie est actus malus et dānabilis. ergo vsus timoris seruilis nō est bonus sed dānabilis. Item nullus actus incōpossibilis charitati ē bonus. ſ timere seruiliter ē actus incōpossibilis charitati. ergo timere seruiliter nō est bonū. Maior manifesta ē. quia charitas bono nō repugnat ſ malo. Minor aūt etiā manifesta est ſm verba Aug. et apl̄i. quia spūs seruitutis nō stat cū spū adoptionis. Itē ois timor ortū hȝ ex amore. ergo timor seruilis ex amore hȝ ortū. ſ ois amor aut est nālis. aut libidinosus. aut gratuitꝰ. cū ergo timor seruilis nō possit habē ortū ex amore gratuito. quia est in peccatore. nec ex amore nāli cōstat. quia iā esset timor nālis. restat ergo q̄ ex amore libidinoso. sed ois actus q̄ exit ex amore libidinoso ē malus et culpabilis. ergo actus timoris seruilis ē malus. Itē amare deū ꝓpter tpalia p̄ncipaliter est pctm̄ ⁊ malū. ergo silr̄ timere deū ꝓpter penas p̄ncipaliter est malū. ſ hoc est timere seruilit̄. videt̄ ergo q̄ actus timoris seruilis semp sit culpabil'. Itē timor seruil' nō dī seruilis nisi a seruitute pctī. ergo pari rōne nullus dī timere seruilit̄ nisi ad illū actū sit annexa circūstantia pctī. sed circūstantia pctī annexa actui facit totū actū deformē. ergo videt̄ q̄ actus et vsus timoris seruilis sit semp culpabilis et deformis. Rꝰ. ad p̄dictorum intelligentiā est notandū q̄ cū dico timorē seruilem duo dico. videlicet ipiti habitū quo anima disponit̄ ad timendū deū vt punientē eos qui preuaricantur. ⁊ vlterius nomine seruitutis importat̄ deformitas pctī que annexa ē illi habitui in eodē hoīe rōne cuiꝰ ille hō dicit̄ esse seruus pctī. et timor in eo existens dī esse timor seruil'. p hunc etiā modū cū dico aliquē timē seruilit̄ duo dico. videlicet actum ab illo habitu egredientē. ⁊ voluntatis seruilitatez siue deformitatē cōcomitantē. Sed attendenduȝ q̄ hoc pōt esse dupl'r. aut ita q̄ deformitas illa voluntatis cōcomitet̄ q̄tū ad habitū. aut q̄tū ad actū. Si cōcomitat̄ solū q̄tū ad habitū. sic pōt esse q̄ aliquis seruiliter timeat. et tm̄ motu illo nō peccabit. qr si ex recogitatione penaꝝ aliq̄s abhorret offendere deū. hoc pōt esse p̄ter omne pctm̄. Si aūt cōcomitat̄ in actu q̄uis ipm̄ timē de se nō sit malū. tm̄ rōne deformitat̄ actualr̄ annexe deprauat̄. sicut aliq̄s q̄ timet penas. ⁊ timēdo dolet q̄ tales pene infligunt̄ p culpa. ⁊ actu etiā cōcupiscat peccare si nō esset illa pena. et hoc mō timere seruil'r est pctm̄ et malū. hoc aūt nō est semp cum q̄s mouet̄ timore seruili. alioq̄n p vsum illius doni magis se hō a grā elongaret q̄ p̄pararet. quod plane falsum ē. Et iō cōcedendū est q̄ vsus timoris seruil' pōt esse bonꝰ. licet nō sit bonꝰ bonitate meriti ſ magis bonitate p̄parante vel ordināte ad meritū q̄ simul stat cū pctō. Uñ et rōnes q̄ hoc ostēdunt concedende sunt. licet rō vltima sit sophistica. qr procedit

65 ex suppositione falsa. Ad illud vero qd̓ p̄mo obiicitur in cōtrariū q̄ in timore seruili viuit voluntas peccandi. et q̄ dolet de eo qd̓ lex vetat. dicēdū q̄ illud verbū Aug. nō intelligitur q̄ semp qn̄ timet doleat actu. et similiter q̄ voluntas peccandi semper sit in actu. sed hoc dicit q̄ manet in habitu et radice. Licz autē voluntas sit p potentiā deformata et regnet in ea malus amor. pōt tn̄ aliqn̄ moueri ad aliqua bona opa in genē. vel ex circūstantia p aliquā grām grat dată nō cōmittendo culpā. sicut pz p multa exēpla. et sic pōt esse in pte ista.
66 Ad illud qd̓ obī q̄ timē seruiliter est ex timore sicut dicit Grego. nō ex amore. dicēdū q̄ ex nō dicit ibi cām sed cōcomitantiā. et cū dicit cōcomitantiā in actu. tūc deformat actū timoris seruilis. cū dicit cōcomitantiā in habitu nō oportet q̄ deformet. sed tn̄ facit ipm̄ deficere a meriti pfectione.
67 Ad illud qd̓ obī q̄ actus incōpossibilis charitati est malus. dicēdū q̄ aliqs actus pōt esse incompossibilis alicui rōne circūstantie, pprie quā habet ex pprio habitu. vel rōne alicui annexi. Cū ergo dī q̄ actus timoris seruilis ē incōpossibilis charitati. hoc nō est rōne ipsius actus p se et s̄m se. quia hn̄s charitatē pōt bene timē deū rōne pene. s̄ hoc intelligitur rōne annexi qd̓ facit ipm̄ deficere a merito charitatis. et iō ex hoc nō sequit̄ q̄ actus timoris seruilis sit malus. sed vel ē malus. vl̓ est in hoīe s̄m statū malū. et cōclusio ē vera rōne alterius ptis.
68 Ad illud qd̓ obī q̄ timor seruilis hz ortū ex amore. dicēdū q̄ timor seruilis nō hz ortū ex amore libidinoso. sed pōt hēre ortuz ex amore nāli. Amor enī nālis dupl'r dī. Uno mō qui est cū ipsa nā plantatus. Alio mō ille qui est ex nāli affectu et voluntario exercitio acqsitus sine grē dono. et ex tali amore pōt hō petōr seipm̄ sine ipo petō amare. et mala sua fugē siue pn̄tia siue futura. et ex tali amore timor seruilis hz pcedere. Si enim hō seipm̄ amat ad hoc vt acquirat salutē. et ex hoc timeat eterna tormenta incurrere. talis affectio amoris q̄uis nō sit ex charitate. pōt enī esse absq̄ libidine Aliter pōt dici q̄ sicut timor mūdanus quo quis timet amittere mūdana est ex amore mundi. et timor humanus ex amore tpalis salutis. sic timor seruilis cū aliquis timet incurrere et'na tormēta est ex amore eterne salutis et beatitudis. et iste amor q̄tū est de se non est culpabilis. sed est vel nālis. vel gratuitus s grā gratis data. vl̓ gratuitus a grā gratū faciente. et timor seruil' bene pōt esse ex amore salutis p̄mo vel medio mō dicto. et iō falsum supponit cū dicit q̄ est ex amore libidinoso.
69 Ad illud qd̓ obī q̄ amor dn̄i pter tpalia p̄ncipal'r est petm̄. dicēdū q̄ nō est simile de amore et timor. q: amor est ille qui facit frui. et eius est quietare vel ad aliud inclinare. et iō peccat q̄ diligit deū pter tpalia p̄ncipal'r. quia facit de via finē. et de fine viā. nō sic aūt est ex parte timoris. Alia est rō quia cū quis amat deū pter tpalia duo sunt ibi amata. sed cū quis timet deum pter penas quas infligit vnus solus ē que timet. Qui enī timet habentē cultellū. vno et eodē timore timet cultellum siue plagā cultelli et actionē percutientis. et iō nō est
70 simile hinc et inde. Ad illud qd̓ vltimo obiicitur q̄ timē seruiliter est timē cū circūstantia peccati. dicendū q̄ illa circūstantia siue deformitas peccati potest poni circa actū timendi rōne ipsi' actus vel rōne timētis. Et si ponat̄ ratione ipsius actus. tunc vtiq̄ actus deformatur et efficit̄ malus rōne annexi sicut prius fuit expositū. Sed si ita sit q̄ ponat̄ rōe ipsius timentis. sic potest esse q̄ actus non sit deformatus. sed quia deformitas est circa timentē. licet s̄m illam deformitatē nō actualiter moueat̄. et pterea nō est oportunū q̄ timere seruiliter semp sit petm̄. imo hoc potest esse vtile et p̄paratoriū respectu gratie.

Questio .iii. i

De timore seruili in cōparatione ad grē cōplemētū. Et q̄rit̄ vtrū timor seruilis expellat̄ grā adueniente Et q̄ sic videt̄ p̄mo aucte Aug. quā mgr̄ adducit in lra. Timor locū p̄parat charitati. cū autē venit charitas pellit̄ timor qui ei p̄parauit locū. sed cōstat q̄ hoc intelligit̄ de timore seruili. s̄ timor seruilis pellitur superueniente grā. Item sp̄s libertatis repugnat spiritui seruitutis. sed sp̄s grē et charitatis est sp̄s libertatis. sp̄s vero timoris seruilis est spirit' seruitutis. s̄ superueniente grā pellitur timor seruilis Itē nullus hn̄s gratiā et charitatē principal'r intuetur penā. quia p̄ncipalius intuetur diuinā complacentiam. sed timor seruilis p̄ncipal'r facit intueri penā. s̄ timor seruilis nō pōt stare cū gratia. Itē sicut se hz amor qui est ante gratiā ad amorē qui est ex grā. sic se hz timor seruilis ad timorē gratuitū. sed amor gratuit' alius est ab amore acquisito vel gratis dato. s̄ timor inicialis alius est a timore seruili. Si s̄ timor seruilis nō pōt fieri inicialis. videtur q̄ manere nō possit cū charitas superueniente. Sed ō. sicut se hz fides informis ad fidē formatā. sic se hz timor seruilis ad timorē gratuitū. sed fides informis formať s̄m q̄ habitū est in precedentib'. ergo videt̄ q̄ timor seruil' gratificet̄ cū gratia infundit̄. Itē plus distat grā gratū faciens a natura q̄ distet a dono grē gratis date. sed grā superueniens nām nostrā nō excludit sed potius pficit. s̄ cū timor seruilis sit donū grē gratis date. videt̄ q̄ nō expellat̄ sed poti' pficiat̄ adueniente grā charitate. Itē timore seruili timet̄ pena. timore iniciali timet̄ pena et dei offensa. s̄ timor inicialis se hz ex quadā additione ad timorē seruilē. sed qd̓ se habet ex additione ad alteroni continet illud et adhuc amplius. ergo in timore iniciali continet̄ timor seruilis. et similiter timor seruilis nō expellitur p aduentū charitatis. Itē gratia quantum est de se non repugnat nisi peccato. nō ei qd̓ ex petō trahit originē sicut est inicium et sequela. sed timor seruilis non est peccatū. sed ex petō trahit̄. ergo ei grā nō repugnat. Et si hoc. tunc non videt̄ expelli per grām.
71 R̄'. ad predictoꝶ intelligentiam est notandū. q̄ circa hoc est duplex modus dicendi. Unus nāq̄ modus dicendi est. Cum dico timorē seruilē duo dico sicut tactū est prius. videlicet ipm̄ donū. et defectum deformitatis eidē dono annexum. nō ratione ipsius doni. sed rōne eius in quo est. Cum ergo gratia superueniens expellit ipsum q̄tū ad defectum deformitatis annexū. non autē in q̄tuz est donum diuinitus gratis datuz sicut in precedentibus tactum est de fide informi. Alius autē dicendi modus est q̄ timor seruilis omnino expellitur adueniente gratia. non solum q̄tuz ad id quod habet seruitutis. sed etiam q̄tum ad hoc qd̓ habet humilitatis. Et ratio huius est. quia huic timori seruitus quodammodo est annexa essentialiter. Habet enim ortum magis ex amore sui q̄ ex amore dei. Unde et timor iste seruilis facit penam

principalr intueri. Jdō sicut fides ꝓpter repugnantiā enigmatis sibi annexi ad gloriā euacuatᷣ ipsa supue mente. sic habitus timoris seruilis expellitur supue mente charitate. Et huic mō dicendi videtᷣ cōsonare verbum Aug. quo dicit q timor seruilis respectu charitatis introducende se habet sicut seta respectu fili. Ex his autē duob⁹ modis dicendi potest elici tercius modus quasi cōmixtus ex vtroqꝫ. ⁊ tenēs medium inter vtrūqꝫ. Ualde enī difficile videtᷣ dicere q ille habitus quo quis habilis erat ad cessandum a culpa. supueniente gratia statim recedat. cum contrariū hui⁹ dicet ipsa experientia. Difficile etiā videtur dicere ⁊ sustinere q timor seruilis similiter maneat adueniente gratia. cū sit alia differentia timoris q̄ timor inicialis. nec videtᷣ ab eodē trahere originem. ⁊ verba Aug. satis videntᷣ contradicere. Et 72 ꝓpterea possumus dicere q timor seruilis tres habet cōditiones. Unā sicuti materialē ⁊ substratā. et hec est timere penā eternā. Alteram sicut formalem ⁊ completiuā. ⁊ hec est principaliter intueri illā penam. Terciā sicut annexā. ⁊ hec est habē voluntatē deformē cōiunctā. Cum igitᷣ gratie donū supinducitur. timor seruilis q̄tū ad hoc qđ materiale erat in ipso. hoc est inq̄tū habilitabat ad timendū penam manet cū gratia. quia gratie nō repugnat. Q̄tū vo ad alias duas cōditiones videlicet q̄tū ad completiuam et q̄tuꝫ ad annexā pellitur ꝑ ipsam gratiā. qꝛ cum gratia supuenit. nec principalr intuetᷣ penam. nec habet annexā voluntatē malā. ⁊ sic haberi pōt q donū timoris seruilis q̄tū ad aliquid sui adueniente gratia pellitur. ⁊ q̄tū ad aliquid manet. et hoc viso patet rn̄sio ad questionē. patet etiam ꝑ magna ꝑte responsio ad obiectiones ad vtrāqꝫ partē. quia neutre simplr concludunt veritatē. ideo oportet re-
73 spondere hinc ⁊ inde. Ad illud qđ primo obiicitᷣ de auctē augustini qua dicit q timor seruilis expellitur adueniente charitate. dicendum q hoc non dicit q totaliter pellatur. sed q dominiuꝫ seruitutis q̄ ꝑncipaliter penā intuetᷣ ab ipso timore adueniente
74 charitate auferatur. Ad illud qđ obiicitᷣ q spūs seruitutis repugnat spūi libertatis. dōm q verū est q̄tū ad illud qđ est in eo seruitutis. sed timor seruilis aliquid habet in quo cōmunicat cū timore inicia-
75 li. ⁊ rōne illius nō oportet ipm expelli. Ad illud qđ tercio obiᷣ q timoris seruilis ꝑncipaliter ē intueri penā. iam patet rn̄sio. quia q̄tū ad illā conditionē habet expelli qua vicꝫ penā intuetᷣ ꝑncipalr. ⁊ ꝓpter
76 hoc non sequitᷣ q expellatᷣ generalr. Ad illud qđ obiicitur q sicut se habet amor peccatoris respectu amoris gratuiti. sic timor seruilis respectu timoris casti. dōm q nō est simile. qm̄ sicut in ꝑcedentibus habitū fuit charitas nō potest fieri informis. vt patet. qn̄ aliquis cadit a charitate. ⁊ tn̄ post lapsum remanet ibi timor eternoꝝ suppliciorꝝ. Et si obiicias q amor est radix timoris. ḡ debꝫ currere pari passu. dōm q nō valet. quia silr est radix spei. ⁊ tn̄ spes pōt esse informis ⁊ formata. Et rō hui⁹ assignata fuit supra. Et sic patet q rōnes ille nō cōcludunt q timor
77 totaliter expellatᷣ. Ad illud vo qđ obiᷣ q simplr manet ꝑ simile ⁊ in fide informi ⁊ formata. dōm q non est simile ex ꝑte ista ⁊ ex illa. qm̄ fides informis assentit ꝓpter se ⁊ sup oīa ⁊ in omnib⁹ cui consentit fides formata. nō sic aūt est de timore seruili ⁊ inicia li. quia timor seruilis ꝑncipaliter intuetᷣ penā. timor autē inicial' nō principalitᷣ intuetᷣ. sed principalitᷣ in-
78 tuetur diuinā offensam. Ad illud qđ obiᷣ q natura non pellitur a grā. dōm q nō est simile. quia naturalia inseparabilia sunt. q̄a dantur ad semꝑ. ⁊ ideo nō auferuntᷣ supueniente grā. quedā autē sunt gratis supaddita que dantᷣ solūmodo ad tp̄s pro statu determinato. ⁊ ideo pelluntᷣ ⁊ cessant recedente statu illo. ⁊ sic est reperire in ꝓposito. Ad illud qđ obii-
79 citur q timor inicialis addit super seruilem. dōm q quedā est additio simplr complens. quedā est additio distrahens. Timor inicialis addit supra seruilē. ⁊ hoc quidē non solū complendo. verū etiaꝫ distrahendo. quia sicut dictū est aufert ei defectū cōcomitantē q̄ quidē est voluntas deformis. ⁊ conditioneꝫ etiā complcutē que quidē erat s̄m statū illuꝫ principaliter intueri penā sicut tactuꝫ est supra. ⁊ ideo sic supra ipsum addit q aliquid de ipso diminuit et ex-
80 pellit. Ad illud qđ obiicitᷣ q gratia nō repugnat nisi peccato non ei qđ habet originē a pctō. dōm q nō solū huic repugnat. sed etiā ei qđ habet annexū. ⁊ ꝓpter hoc ⁊ q̄tum ad hoc q penā habet. ⁊ formidat penā futurā. introductū est ex culpa. ⁊ ideo non est mirū si aliquo mō pellitur adueniente gratia. qꝛ nō tm̄ habet totaliter ex culpa introduci. verū etiā ex dono dei s̄m q aliq̄d sui. hinc est q sic pellitur q nō totaliter destruitur. Et s̄m hoc satis de plano respondeᵣi potest autoritatibus ⁊ rōnibus que hinc ⁊ inde introducuntᷣ.

Onsequēter queritᷣ de timore gratuito. Et circa hoc queruntᷣ tria. Primo q̄ritᷣ de ipso timore q̄tū ad eius diuisionē. Scđo queritᷣ de eodē q̄tū ad eius diminutionē. Tercio ⁊ vltimo queritᷣ q̄tuꝫ ad eius euacuationē.

Questio. i. k

De timore gratuito q̄tū ad diuisionē eius qua diuiditur in inicialem ⁊ filialē. Utrū iste sint diuerse timoris spēs. Et q sic videtᷣ primo ꝑ diuisionē magistri qua diuidit timorem in quatuor differentias. et omnes alie differentie sunt formalitᷣ differentes. videtur ergo q similr sic reperire circa timorē inicialem ⁊ filialem. Itē hoc ipsum videtᷣ rōne. quia timor inicialis ⁊ filialis aut distinguitᷣ q̄tum ad essentialē differentiā. aut solū q̄tum ad statū. Si primo modo tunc habeo ꝓpositū. Si secundo mō. contra. quia timor habet esse in triplici statu s̄m q triplex est stat⁹ hominis iusti. videlicet in statu incipientis. ꝓficientis. et ꝑfecti. Cum ergo mgrᷣ illā differentiā nō apponit. videtᷣ q aut est insufficiens. aut istas differētias timoris nō assignet solūmodo quo ad statū. nec tm̄ diuisio magistri videtᷣ esse insufficiens. immo et diuisio Aug. ⁊ alioꝝ qui de hac materia loquuntᷣ qui solūmodo in has spēs diuidunt timorē gratuitum.

n Nunc de piurio videam⁹. Periuriū est mēdaciū iuramēto firmatū. Hic querit̄ vtrū sit piuriū vbi nō est mēdaciū. Qđ quibusdaʒ videt̄ ex autoritate hieronimi dicētis. [a] Aduertēdum est ꝙ iusiurādū tres habet comites. veritatē. iudiciū. ꝛ iusticiā. Si ista defuerint n̄ erit iuramētū sed piuriū. Ubi aūt flm iurat̄ veritas deest. Si ḡ flm iuret̄. ꝛ si non sit ibi intētio fallendi. videt̄ esse piuriū q᷑ deest veritas. Quibusdā placet nō esse piuriū. vbi nō est mēdaciū. ꝛ sicut dicitur aliquādo flm sine mēdacio. ita iuratur flm sine piurio. Falsū forte, dixit ap̄ls cū se vēturū ad corinthios ꝓmisit. Nec tamē sicut ei imponebat̄ culpā mēdacij ꝯtraxit. q᷑ sic animo sētiebat. etiā si iuramēto illō firmasset. nō piuriū incurrisseꝫ. q᷑ q̄ntū in ipo fuit verꝫ dixit. Et si iuratōem addidisset. quātū in se foret, verꝫ iurasset. ꝛ si aliter euenerit ꝙ̄ dixit. Ideo sicut quis nō est mēdax nisi aliter sētiat animo ꝙ̄ dixit. siue ita sit siue nō. ita videt̄ q̄busdā neminē piuriū cōstitui nisi aliter sētiat aīo ꝙ̄ loquat̄. siue ita sit siue nō.

Hiero. sup hieremiā.

Determinat ꝓm opinionē ꝓpriā. distinguēs triplicem modū piurij. b

Sed meli⁹ credit̄ ꝛ ille peierare q̄ flm volūtate fallendi iurat. ꝛ qui flm putās q̄d verum est iurat. ꝛ qui verum putans quod falsum est iurat. Unde Aug. homines flm iurāt vel cū fallūt. vel cū fallūt̄. Aut putat hō verū esse q̄d flm est ꝛ temē iurat. aut scit vel putat flm eē. ꝛ tn̄ ꝓ vō iurat. ꝛ nihilomin⁹ cū scelē iurat. Distāt āt illa duo piuria q̄ ꝯmemoraui. Fac illū iurare q̄ verꝫ eē putat. pro q̄ iurat verꝫ eē putat. ꝛ tn̄ flm est. nō ex aīo iste peierat ſ fallit̄. Hoc ꝓ vō hꝫ q̄d flm ē. nō ꝓ falsa re sciēs iuratōeʒ interponit. Da aliū q̄ scit flm eē. ꝛ iurat tāq̄ꝫ verꝫ sit q̄d scit flm eē. Uidetis ꝙ̄ ista detestāda sit belua. Fac aliū q̄ putat flm eē ꝛ iurat tāq̄ꝫ verū sit. ꝛ forte verꝫ ē. Uerbi grā vt intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hoīem ꝛ dic̄ pluisse. ꝛ tunc pluit ibi. sed si putat nō pluisse. piur⁹ ē. Interest quēadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguā nō facit nisi rea mens sit. His, euidēt̄ tradit̄ ꝙ tripliciter peierat hō vt sup̄ dixim⁹. d̄ū vl̄ sciēs flm iurat. vel putās flꝫ q̄d verꝫ ē iurat. vl̄ estimās verꝫ qđ flꝫ ē iurat. Sꝫ h̄ extremū n̄ vr̄ eē piuriū. etiā si piuriū noiet̄. eo ꝙ flꝫ iurat̄ n̄ vr̄ re⁹ eē piurij q̄ sic iurat. q᷑ n̄ ē mēs ei⁹ rea. et iō nec ligua. imo mēs ei⁹ rea ē. d̄ū iurare p̄sumit. q̄d p̄spicue verꝫ n̄ dep̄hēdit. Nō ḡ oē piuriū mēdaciū est. nec oīs q̄ peierat mētit̄. ſ oīs mētiēdo iurās peierat. ꝛ oīs q̄ flm iurat. siue mentiēs siue non. peierat.

Aug. de v̄bis ap̄li ſmōe. xxviij

Remouet dubitatōem annexā.

Cū vō q̄s iurat q̄d verꝫ ē timēs eē flm. q̄r̄ q̄d sit ibi ꝑiuriū: ipa eīn significatio vocis vera est. quia verꝫ nesciēter loquit̄. Non ḡ ipa significatō vel flm vel mendaciū est q᷑ vera est. ꝛ q̄d verū est. piuriū nō videtur esse. Ad hoc dicim⁹ loq̄ sic. s. ꝯtra mētē ſb attestatōne iuramētu eē piuriū. mētiri ḡ adhibita iuratōe piuriuꝫ

Questio.

Solutio.

a Aduertēdū est ꝙ iusiurādū tres hꝫ comites ꝛc. Cōtra. vr̄ ꝙ ibi sit sup̄fluitas. Quicunq̄ eīn iurat cū iudicio discretōis. verē ꝛ iuste iurat. ḡ exq̄ ponitur ibi iudiciū. sup̄fluit veritas ꝛ iusticia. Itē cū oīa opa nostra debeāt fieri cū discretione ꝛ rectitudīe et veritate. q̄rit̄ q̄re potius iuramētū dꝫ h̄re tres comites ꝙ̄ aliđ v̄bū ꝛ factū. Iuxta h̄ q̄ritur penes q̄d accipit̄ numer⁹ istoꝝ triū comitū ꝛc. d̄m ꝙ iuramētū ꝯpat̄ ad tria. vicꝫ. ad iurantē a q̄ ꝓcedit. ad rē de q̄ fit. ꝛ ad causaz ꝓ q̄. Scđm ꝯpatōnez ad eū a q̄ egredit̄ debet̄ sibi iudiciū. ſm cū ꝯpatōem ad rē de q̄ fit debet̄ sibi veritas. vt sit adeq̄tio rei ꝛ ſmonis. ſm vō cōpatōem ad cām de q̄ sic debet̄ sibi iusticia vt ꝓ iusta cā fiat. Et q᷑m oē iuramētū hꝫ istas tres cōpatōes. iō oē rectū iuramentū hꝫ istos tres comites. Et p h̄ pꝫ rn̄sio ad illō qđ vltio q̄rit̄. Ad illud vō qđ obijcit̄ ꝙ vbi ē vnū. vicꝫ iudiciū. ibi sūt reliq̄. ḡ alia sūt sup̄flua. d̄m ꝙ illa rō nō valet. Deficit eīn talis mod⁹ loquēdi in hijs q̄ se h̄nt p ꝯnexionē. q᷑ eīn v̄tutes ꝯnexe sūt. si vna h̄r h̄nt̄ ꝛ oēs. ꝛ tn̄ nō seq̄tur ꝙ si vna h̄r ꝙ cetē sup̄fluāt. Alibi etiā deficit. vicꝫ. cū aliq̄ se h̄nt p additōes. Posito eīn posteriori ponit̄ ꝓus. sic posita rōnali in homine. ponit̄ sēsibilis ꝛ vegetabil̄. ꝛ tn̄ exq̄ rōnal̄ habet̄. nō ꝓpterea alie sup̄fluūt. sic est in ꝓposito intelligēduꝫ. Qđdā eī iuramētū fit iuste qđ tn̄ nō fit vē. ꝛ aliqđ fit verē ꝛ iuste ꝛ

ẽ. Periuriũ ĝ ẽ vel iurãdo loq̃ fl'm cũ intẽtõe fallẽdi. vel iurãdo loq̃ fl'm sine intẽtõe fallẽdi. vel iurãdo loq̃ verꝫ cũ intẽtõe fallẽdi. Hic opponit. Si ois q̃ fl'm iurat peierat. tũc q̃ alicui pmittit ore sub certo termio aliq̃d q̃d tñ nõ faciet. exquo iurauit peierauit. q2 fl'm iurauit. Nõ eñ ita futurꝫ erat vt iurauit. Ad hoc dici pt. q2 nõ ois q̃ iurat q̃d fl'm est. exquo iurat piur⁹ est. sicut iste de q̃ agim⁹. ſ exquo ppositũ mutat vel terminũ trãsgredit. iuratio tal' fit piuriũ reatu.

Oppositio.

Determinatõ.

An iuratio sit malũ. o

Si aũt querit vtrũ iurare sit malũ. Dicim⁹ aliq̃ñ malũ esse. aliq̃ñ nõ. Spõte eñ ⁊ sine ncc̃itate iurare. vel fl'm iurare. petm̃ grande est. Ex ncc̃itate aũt iurare. s. vel ad asserẽdũ innocẽtiã. vel ad federa pacis confirmãda. vl' ad psuadẽdũ auditorib⁹ q̃d ẽ eis vtile. malũ nõ est. q2 ncc̃riũ eis est. Vñ Aug. Iuramẽtũ faciẽdũ est in necessarijs cũ pigri sũt hoies credẽ q̃d eis ẽ vtile. Iuratio nõ est bona. nõ tñ mala cũ ẽ ncc̃ria. nõ est appetẽda sicut bona. nõ tñ fugiẽda tãq̃ȝ mala. cuꝫ est ncc̃ria. Nõ est eñ ɔtra p̃ceptũ dei iuratio. sed ita intelligit dñs phibuisse a iuramẽto vt q̃ntũ i ipo est qs q̃ȝ nõ iuret. Q̃d multi faciũt in ore habẽtes iuratiõeȝ tãq̃ȝ magnũ atq̃ȝ suaue aliq̃d. Aplũs eñ nouit p̃ceptũ dñi ⁊ tñ iurauit. Prohibemur ei iurare cupiditate vel delectatõe iurãdi. Q2 ĝ xp̃s ait in euãgelio. Ego dico vobis non iurare oio. ita intelligit p̃cepisse. ne q̃sq̃ȝ sic bonũ appetat iuramẽtũ. ⁊ assiduitate iurãdi labat in piuriũ. Q̃d vo addidit. Sit sermo vester est est. non nõ. bonũ est appetẽdũ. Q̃d aũt amplı⁹ est a malo est. Id est si iurare cogaris. scias de ncc̃itate venire infirmitatis eoꝫ quib⁹ aliq̃d suades. q̃ infirmitas vtiq̃ȝ malũ est. vñ nos quotidie liberari p̃camur dicẽtes. Libera nos a malo. Ideoq̃ȝ nõ dixit q̃d ampli⁹ est malũ est. Tu eñ nõ facis malũ q̃ bñ vteris iuratõe. ſ a malo est illi⁹ q̃ aliter nõ credit. i. ab infirmitate q̃ aliq̃ñ pena est. aliq̃ñ pena ⁊ culpa. Ibi ĝ dñs phibuit malum. suasit bonũ. indulsit necessariũ.

Aug. d' s'mone dñi in mõte.

Aug. sup ep̃laȝ ad Gal.

Aug. de s'mone dñi. Mat. v.

Luc. xj.

Determinat de forma iuramẽti licita. Et q̃rit q̃ sit forma iuramẽto cõgrua. e

Querit etiã vtrꝫ liceat iurare p creaturã. Q2 nõ vr. cũ i lege scriptũ sit. Reddes aũt dño iuramẽta tua. Et cristus in euãgelio p̃cipit ñ iurare oino nec p celũ. nec p terrã. nec p hierosolymã. nec p caput tuũ. Iudeis q̃si puulis ẽ ɔcessũ iurare p creatorẽ ⁊ p̃ceptũ. vt si iurare ɔtigẽt. ñ nisi p creatorẽ iurarẽt. ñ p creaturã. q2 iurãtes p angelos ⁊ elemẽta. creaturas venerabãt honore. ⁊ melius erat h' exhibẽ deo q̃ȝ creaturis. Infirmis ĝ illd phibuit. scie vo q̃ in creaturis creatorẽ venerabãt tñ. ñ phibuit. Vñ ioseph p salutẽ pharaonis iurauit. dı̃ iudicaũ i eo venerat⁹ q̃ posit⁹ erat i infimis. Xp̃s vo ita p creaturas iurare phibuit. ne vl' aliq̃d diuinũ i eis crederet. p q̃ reuerẽtia eis deberet. vl' ne p ea iurãtes falsũ. hoies se iuramẽto teneri nõ putarent.

Math. v.

Hieronim⁹ sup matheũ.

Gen. xlij.

Querit q̃ forma iuramẽti sit mag' obligatoria. f

b Si aũt queritur quis magis teneatur. an qui p deũ

nõ tñ discrete. q2 sine p̃meditatõe. ⁊ iõ rõ illa nõ valet. Ad illud qd̃ querit quare magis iuramẽtũ hꝫ istos comites q̃ȝ ali⁹ actus. dd̃. q̃ hoc est. q2 iuramẽtũ est in assertione nr̃i sermõis. sermo aũt nr̃ dubietatẽ habꝫ sꝫ q̃ dicit Sap. ix. Cogitatões mortaliũ timide. ⁊ incerte puidẽtie. Ideo ad hoc q̃ s'mo nr̃ p diuinã volũtatẽ ɔfirmet directe ⁊ cõuenienter. indigꝫ comitib⁹ p̃m regentibus. ne inueniat dissimilis veritati innocatẽ b

Si aũt querit ⁊c. Innuit magister q̃ mag' teneat q̃ iurat p deum q̃ȝ qui iurat p creaturas vel euãgeliũ. Et rõem huius assignat. quia tãto minus ẽ iuramentũ ⁊c. Sed contra. iurans p creaturã non iurat nisi p deuꝫ. quia non intẽdit inuocare creaturã testẽ sꝫ creatorem. si ĝ idẽ est vtrobiq̃ȝ p qd̃ iurat. ĝ eadem est obligatõ et vniformis q̃ vnuꝫ nõ est maius altero. ⁊ q̃nto solemnius est iuramentũ. tãto trãsgrediens est infamior. ⁊ tãto obligatio maior. sꝫ cum maiori solennitate consueuit fieri iuramentum quod fit per euãgeliuꝫ q̃ȝ quod fit p deũ. ĝ ⁊c. Itẽ magis est ɔtemnere plura bona q̃ȝ vnum. sꝫ qui iurat p creaturã. si peierat. ɔtemnit creatorem ⁊ creaturaꝫ. q̃ vero iurat p deum et peierat contemnit alterum tm̃. ĝ iuramentũ qd̃ fit p creaturam ẽ mag' obligatoriũ q̃ȝ iuramẽtũ qd̃ fit p deũ. R'. dd̃. q̃ R' magri et ɔfirmatõ. Cuius regla rõ' ista ẽ. q2 q̃nto sacratius ẽ p qd̃ iurat. tãto iuramẽtũ ẽ mag' obligatoriũ. h' dico ceter' pib⁹ vbi solẽnitas obseruat

2

an qui per euãgeliũ vel creaturas iurat? Dicim⁹ qui p deũ. q2 p eũ hec facta sũt. Vñ Criso. Si qua causa fu erit. modicũ videt̃ facere q̃ iurat p deuz. Qui vero p euãgeliũ. magis aliqd fecisse vr̃. Quib⁹ dõ est. Stul ti. scripture sãcte ꝓpter deũ facte sũt non deus ꝓpter scripturas. ita ⁊ creature facte sũt ꝓpter deũ.

Chrisos.

Determĩat q̃ sit forme iurãdi intelligẽtia. g

Hic querit̃. qd sit dicere p deũ iuro: hoc est testẽ adhibere deũ? Iurauit enĩ apl's dicẽs. Testis est mihi ds. ac si dixisset. p deũ ita est. Unde Augu. Ridiculũ est putare hoc si dicas p deũ iuras. Quid est enĩ p deuz. nisi testis est deus? Aut quid est testis est deus nisi p deuz? Quid ẽ aũt iurare. nisi ius deo reddere quãdo p deũ iuras. Ius. s. veritatis ⁊ non falsitatis. Itẽ. ecce dico charitati vestre. ⁊ qui p lapidẽ iurat fl̃m piur⁹ est. q2 nõ lapidẽ qui nõ audit. s3 eius creatorẽ adhibet testẽ. Hoc est g̃ iurare p quãlibet creaturã. s. creatorẽ eius testẽ adhibere. Est etiã quoddã genus iuramenti grauissimũ qd̃ fit p execratõem. Ut cuz homo dicat Si illud feci illud patiar. vel illud cõtingat filijs meis. Scd̃m quem modum accipitur etiam interdũ cuz aliquis iurando dicat. per salutem meam vel per filios meos et huiusmodi. Obligat enĩ hoc deo. Unde Augu. Cum quis ait per salutem meã. salutem suam do obligat. Cũ dicat per filios meos. oppignorat eos deo vt hoc veniat in caput eorum quod exit de ore ipsius. si verum verum. si falsum falsum. Et sicut per h iurans aliquãdo hoc deo obligat. ita per deuz iurãs ipm̃ adhibet testem. In om̃i ergo iuratõe aut deus testis adhibet̃. aut creatura deo obligatur ⁊ oppignoratur. Ut hoc sit iurare. s. deum testez adhibere. vel deo aliquid oppignorare. hoc est ergo iurare p quãlibet creaturã. s. creatorẽ eius testẽ adhibere.

Quid est dicẽ p deũ. Ro. j. In s̃mone d̃ piurio q̃ sic incipit. Quisq̃s est praui ⁊ peruersi cordis.

Augu. sup ps. vij.

In sermone de piurio.

c

Determĩat de forma iuramẽti illicita. h

Post hec queritur vtrum fide eius vtendũ sit qui per demonia vl' ydola iurauerit: De hoc Augustin⁹ scribẽs ad publicolaz ait. Te prius cõsiderare volo vtrũ si quispiam p deos falsos iurauerit ⁊ fidẽ nõ seruauerit. non tibi videt̃ bis peccasse: Bis vtiq3 peccauit. q2 iurauit p quos nõ debuit. ⁊ contra pollicitã fec̃ fidez qd̃ non debuit. Ideoq3 qui vtit̃ fide illi⁹ quem cõstat iurasse p deos falsos. ⁊ vtit̃ non ad malũ sed ad bonuz. nõ peccato illi⁹ se sociat q̃ p demonia iurauit. s3 bono

Augu.

Tm̃ sicut dicit Criso. magis obligatoriũ est iuramẽtũ qd̃ fit p deũ q̃ qd̃ fit p creaturam. Ad illd̃ vo qd̃ obi: q iurãdo p creaturã iurat hõ p deũ. dicẽdũ q cũ q̃s iurat p creaturã. intẽtõ fert̃ ad deũ. s3 hoc tm̃ habitudialit̃ Cũ vo q̃s iurat p deũ. nõ tm̃ fert̃ habitudialit̃ s3 etiaz actualit̃. Et qm̃ amplior ẽ puersio actual' q̃ habitudial'. hinc est q s3 ipaz maior attẽdit̃ obligatio. ⁊ maioris culpe ẽ ipa

3 transgressio. Ad illud qd̃ obi: de iuramento facto p euãgeliũ qd̃ ẽ solennius. r̃nderi pt dupl'r. p̃mo q2 nõ tm̃ fit iuramẽtũ p euãgelia sed p euãgelia dei. ita q nõ tm̃mõ fit ad ipm̃ cõuersio habitudinal' rõe sui effect⁹. s3 etiã actual' in se. ⁊ ad assũptã hũanitatez. et ad ꝓpalatã veritatez. ⁊ iõ tale iuramentum rõnabiliter d3 fieri cũ maiori solennitate. et ampliorẽ inducit obligationẽ. Alio mõ dici pt q hoc accidit ꝓpter solẽnitatẽ supadditaz quã oẽs in forma illa obs̃uãt.

4 Ad illd̃ qd̃ obi: q pl⁹ est contẽnere duo q̃ vnũ. dd3. q creatura ꝯpatione creatoris nihil ẽ. vnde q̃ si nihil addit supra diuinã excellentiã. ⁊ p h nec ꝯtẽptus eius sup ꝯtẽptũ dei. Preterea nõ adeo ꝯtemnit̃ de⁹ in creatura sicut cõtẽnit̃ in seipo. c

5 Iurare sc3 deũ testẽ adhibere. Cõtra. Si h verũ est. tũc vi: q forma ista iurãdi. deus mihi testis ẽ. ⁊ iuro p deũ. nõ sint diuerse forme iurãdi. Iuxta hoc q̃r. cũ aliqñ iurem⁹ p hãc ꝓpositõem p. aliqñ p hãc ꝓpositõez in. scd̃m q dicat apl's Roma. ix. Veritatẽ dico in xp̃o ihũ ⁊ nõ mẽtior. q̃ sit inter has dria. Itẽ q̃rit̃ Cũ i veteri testamẽto iurareť hoc mõ. viuit dñs. ⁊ h mihi faciat. ⁊ h addat. in p̃mitia vo eccl'ia h mõ. testis ẽ mihi ds. ⁊ in tp̃e moderno iuret̃ p deuz. vñ veniat ista formaz dria s3 diuersa tp̃a. R̃⁹. dd̃ q in forma iuramẽti introducit̃ ipa v̄itas in testimoniũ. Et h pt ẽẽ m̃tiplr. Aut inq̃ntũ tenet rõez ꝑcipiẽt̃. ⁊ sic iurat̃ p deũ. ita q p iportat habitudinẽ p̃ncipij. Aut in q̃ntũ iportat habitudinẽ ꝑcipiẽtis ⁊ cognoscẽtis. ⁊ sic ẽ ista forma testis ẽ mihi ds siue sit ds. qd̃ idẽ ẽ. Aut iq̃ntũ iportat hitudinẽ retribuẽt̃ respectũ bonoꝝ. ⁊ sic iurat̃. viuit ds q̃ vitã alijs tribuit. Aut iq̃ntũ iportat hitudinẽ retribuent̃ respectũ maloꝝ. et sic iurat̃ hac forma. h faciat mihi ds. ⁊ h addat. Et qm̃ ipa v̄itas nũc manifeste adducit̃ ad ꝯfirmatõez tãq3 ois v̄itat̃ p̃ncipiũ ⁊ exẽplar. hinc

d pacto eius quo fidē seruauit. ꝛ [d] sine dubitatiōe min⁹ malū est p deos falsos iurare veraciter. ꝙ p deū verū fallaciter. Quāto eñ p qđ iurat᷑ magis sāctū ē. tanto magis est penale piuriū.

Determiat vtꝝ iuramētū illicitū sit obligatoriū. i

Nūc supest vidē vtꝝ oē iuramētū implēdū sit: Si ei qs aliqđ iurauerit ꝯtra fidē ꝛ charitatē. qđ obſuatū3 peiorē vergat in exitū. potꝰ ē mutādū ꝙ adimplēdū (In li. ᵭ officijs.) Vñ Amb. est ꝯtra officiū dei nōnūꝙ pmissū soluē sacramētū. vt herodes fec. Itē Isidorꝰ. (In sinonimis.) In mal᷑ pmissis rescinde fidē. i turpi voto muta decretū. Qđ icaute vouisti nō facias. ipia ē pmissio q̄ scelē adimplet᷑. (In li. sniarum.) Idē. Nō est obſuādū sacrm̄ q̄ malū incaute pmitt᷑. vt si qs adulteē ppetuā fidē cū ea pmanēdi polliceat᷑. Tolerabilibꝰ eñ est nō implē sacrm̄ ꝙ pmanē in stupro. Itē Beda. (Beda omelia. xliij.) Si qđ nos icautiꝰ iurare ꝯtigerit. qđ obſuatū peiorē ꝟgat in exitū. libē illđ salubriori cōsilio mutādū nouerimꝰ. ac magi᷑ instāte necessitate peierādū eē nob. ꝙ p vitādo piurio in aliđ crimē grauiꝰ eē diuertēdū. Deniqꝫ iurauit dauid p deū occidē Nabal. (.j. Reg. xxv.) occidē vir stultū. ſ ad pmā intercessiōem abygayl femine prudētis remisit minas. reuocauit ensē in vaginam. nec aliqđ culpe se tali piurio ꝯtraxisse doluit. (In fmōe qdā.) Itē Aug. Qꝫ dauid iuramētū p sāguis effusiōe3 ñ impleuit. maior pietas fuit. Iurauit dauid temē. ſ ñ impleuit iuratōe3 maiori pietate. Ex hys aliisqꝫ plūribꝰ ōndit᷑ qdā iuramēta ñ eē obſuāda. ꝛ q̄ sic iurat. vehement᷑ peccat. Qui āt mutat bñ fac. Qui āt ñ mutat. dupl᷑ peccat. ꝛ qꝛ iniuste iurauit. ꝛ qꝛ fac qđ nō dꝫ.

Utꝝ sit piurꝰ q̄ ñ fac qđ incaute iurauit. k

Qui ꝟo mutat. vtꝝ piurꝰ debeat dici. solꝫ q̄ri: Beda sup̄ tāle iuramētū vocauit piuriū. Iohēs etiā apocrisariꝰ orietaliū sediū dixit. Sermo pñs nr̄i sophronij significat ꝙ meliꝰ ē iurātē peierare. ꝙ suare sacrm̄ i fractiōe sāctaꝝ imaginū. Sꝫ piuriū dr̄ tale iuramētū nō obſuatū. ꝛ peierare dr̄ q̄ ñ implet qꝛ ſm iurat. ñ qꝛ inde reꝰ sit ꝙ nō obſuat. ſ qꝛ iurauit iniustū ex q̄ reꝰ est. sicut ille qui peierat.

Utꝝ iuramētū dolosū sit obligatoriū. l

(Isidorus in li. ij sētentiarū.) Hoc etiā sciēdū ē. ꝙ q̄cūqꝫ arte ꝟboꝝ qs iurꝫ. ds tñ q̄ ꝯsciē testis ē ita hꝫ accipit. sic ille cui iurat᷑ intelligit. Duplr̄ āt reꝰ fit. q̄ ꝛ nomē dei inuanū assumit. ꝛ pximū in dolo capit. Utꝝ iuramētū coactū sit obligatoriū. m

Querit᷑ etiam si peccat q̄ hoīe3 iurare cogit: De hoc Aug. ait. Qui exigit iuratōe3. multū interest. si nesciat illū iuratuꝝ ſm an sciat. Si ei nesciat. ꝛ iđ dicit iura mihi vt fides ei sit. ñ ē pctm̄. tñ hūana tētatio ē. Si ꝟo scit eū fecisse ꝛ cogit eū iurare. homicida ē. Idē. [e] Qui pꝛ (uocat

e

est ꝙ in noua lege dr̄. plr̄ iurat᷑. Et qꝛ tpe pmitiue eccl̄ie veritas ñ dū erat manifesta. sed indigebat maiori cu[s]todia. hinc ē ꝙ tenebatur tūc ista forma test᷑ ē mihi ds. Qꝛ ꝟo i vetest. ꝯsiderabat᷑ diuina veritas vt vindicās ꝛ vlciscēs. qꝛ sb̄ rōe seueritatis ꝛ eqtatis. hinc ē ꝙ duplicē formā i veteri testamēto suabāt s. viuit deꝰ. et hꝰ faciat mihi ds. ꝛ hꝰ addat. Ex hꝰ pꝫ pdictaꝫ duaru3 distinctio ꝛ sufficiā. et vsus carū ſm diuersa tpa. Ad illđ qđ q̄rit᷑ q̄ dria iportat᷑ p hāc ppositoem. p. ꝛ p hāc ppositiōe3. in. dō ꝙ per magis dic ipām veritatē sb̄ rōe testificātis ꝛ pncipiātis. hꝰ āt ppositiō in iportat hitū diuie veritatis sb̄ rōe testificātis ꝛ exēplātis. Vñ ſm rē idē ē iurare in dō ꝛ p deū. ꝛ dicere testis ē mihi ds. lꝫ sit dria ex pte modi dīci.

d Sine dubitatōne miꝰ malū est p deos falsos iurare veracit᷑ ꝙ p deū veꝝ fallacit᷑. Cōtra. maiꝰ pctm̄ est ydolatria ꝙ piuriū siue veꝝ siue fłm. ꝛ ydolatria in iurādo committit ydolatriā. qꝛ ydolū venerat᷑ p ipꝫ iurādo. ꝗ si iurat veꝝ p falsos deos. mag᷑ peccat ꝙ ille q̄ iurat fłꝫ p veꝝ deū. R᷑. dōm ꝙ i iuramēto illo q̄ qs iurat p falsos deos duo sūt. vꝫ. illđ qđ asseritur. ꝛ illđ p qđ asserit᷑ Respiciēdo illđ qđ asserit᷑ sic ē miꝰ maluꝫ Et sic loq᷑ Aug. qꝛ ex illa pte asserit᷑ veꝝ ꝛ ex alia pte fłm. Respiciēdo vo ad illđ p qđ iurat᷑. maiꝰ malū ē iurare veꝝ p falsos dños ꝙ fłꝫ p veꝝ deū. ꝛ hꝫ istā viā pcedit. e Qui puocat hoīe3 ad iuratiōe3 ꝛ scit eū fłꝫ iurare vicit homicidā. Cōtra hꝰ ē ꝙ iudex sciēs aliquē iurare fłꝫ tenet᷑ tñ nihilominꝰ ex officiō ab eo exigē iuramētū. ꝗ vr̄ ꝙ faciēdo illđ ad qđ tenet᷑ peccet mortalit᷑ occidēdo pximuꝫ. R᷑. dōm ꝙ exigēs iuramētū aut est ꝑsona publica. aut priuata. Si publica. sic tenetur exigere ſm iuris ordinem siue sciat siue nesciat ipm̄ falsū iurare. quia non imputatur sibi. Verbū aūt Aug. intelligitur de ꝑsona priuata q̄ non cōpellitur ex iuris ordine iuramētum exigere. sed ex ꝓpria volūtate.

6

7

8 f Sácta synod⁹ decreuit ꝛc. Cõtra h̄ obijcit. qꝛ iuramētū nõ est opus p̄uilegiatū. immo p̄tinet tā ad imp̄fectos q̄ ad p̄fectos. ḡ non vr̄ q̄ circa ip̄m sit hm̄oi solēnitas ieiunij obseruāda. R̄ᵒ. dōm q̄ hoc nõ est ꝑpter p̄uilegiū sed magis ꝑpter p̄iculū. quia post cibū ꝛ potū hō ꝓnior est ad multiloquiū. ꝛ ideo facilius caderet hō in piuriū. P̄terea ideo institutū est vt ieiuno stomacho fiat iuramētum. quatinus p̄ hoc insinuet̄ q̄ cū magna reuerētia nomē diuinū est in testimoniū inuocādum ꝛ nō passim p̄ quacūq̄ causa. Excipit̄ aūt bonum pacis ꝑpter hoc. q̄ ip̄m est maxime appetēdum. ꝛ eius oppositum maxime fugiēdū. Unde quia in reformādo pacem mora trahit p̄iculum ad sc. ꝑpter hoc in casu isto non ita seruat̄ ieiunium.

hoīem ad iuratōem ꝛ scit eū falsū iurare vincit homicidā. qꝛ homicida corpus occasurus est. ille aīam. imo duas aīas. ꝛ eius quē iurare ꝓuocauit ꝛ suā.

De concilio aurelianēsi. n

f Sácta synod⁹ decreuit. nisi p̄ pace faciēda. vt oēs fideles ieiuni ad sacramēta accedant. f

g Ad intelligētiam huius p̄tis s̄m ea que magister determinat incidit hic qd̄ circa tria. Primo querit̄ de culpa piurij. Sc̄do querit̄ de forma iurandi. Tercio querit̄ de obligatōe iuramēti. Circa p̄mū querunt̄ tria. Primo vtrū oē piurium sit mendacium. Sc̄do querit̄ vtrū oē piuriū sit pc̄m. Tercio vtrū omne periuriū sit mortale peccatum.

Questio .j. g

Utrū oi piurio ɔueniat adesse mēdaciū. Et q̄ sic vr̄. quia piuriū ꝓhibet̄ p̄ q̄ntū mādatū sc̄de tabule. nõ loquaris ɔ p̄ximū tuū. fal. test. s̄ ibi ꝓhibet̄ falsitas i verbo q̄ non p̄t esse sine mendacio. ḡ videtur q̄ cum ibidē ꝓhibeat̄ piuriū. q̄ oē piuriū includat in se mendaciū. Itē q̄ assumit sūmā veritatē in testimoniū veritatis. recte eā assumit. ꝛ qui recte assumit nõ peccat. ḡ qn̄ sūma veritas adducit̄ ad ɔfirmatōem veritatis nullū est piuriū. Ad hoc ḡ q̄ sit piuriū necesse est ip̄am veritatē adduci ad ɔfirmādū mendaciū. redit ḡ idem qd̄ prius. Itē q̄ asserit qd̄ animo sentit nõ peccat. qꝛ vtit̄ sermone ad id ad qd̄ institut⁹ est. Si ḡ piurās in assertōe sua peccat. aliud ḡ gerit i aīo. aliud asserit in ore. sed ois talis est mēdax. ḡ mēdacium est de esse piurij. Itē piuriū est pc̄m lingue. s̄ linguā non facit reā nisi mēs rea ꝛ male sibi ɔscia. ḡ ad hoc q̄ ɔmittat̄ piurij culpa necesse est q̄ fallendi intētō p̄cedat. s̄ illa facit hoīem mētiri. ḡ ꝛc. Sz ɔ. hiero. sup hieremiā dicit q̄ iuramētum h̄z tres comites. s. iudiciū. iusticiā. ꝛ veritatē. Et sicut ex defectu veritatis ɔuenit fieri iuramētū inordinatū. ita ex defectu iudicij ꝛ iusticie. Si ḡ piuriū ḡnalit̄ ɔplectitur iuramētū inordinatū. vr̄ q̄ nõ oē piuriū sit mēdaciū. Itē aliq̄s intēdēs facere adulteriū ꝛ homicidiū hoc iuramēto ɔfirmat. esto ita. Talis autē aut recte iurat. aut piurat. constat q̄ nõ recte. ḡ piurat. ꝛ tñ n̄ mētit̄. ḡ nõ est essētiale oi piurio adesse mēdacium. Itē q̄ iurat adducit deū in testimoniū veritatis. esto ḡ q̄ iurz f̄lm qd̄ credit esse verū. talis cū adducat veritatē in testimoniū falsitatis piur⁹ est. s̄ qꝛ credit ꝛ intēdit verū dicē nõ est mēdax. ḡ nõ ois piur⁹ mētitur. nec oē piuriū est mēdaciū. Itē ad eē mēdaciū nõ tm̄mō reqrit̄ intētō fallēdi s̄ etiā falsitas s̄mōis. s̄ ɔtingit aliquē incurrē piurij crimē si verū iuret ꝛ itēdat f̄lm iurarē. ꝛ p̄ iuramētū illd̄ p̄ximū ledē. ḡ vr̄ q̄ alicubi repiat̄ p̄ctā rō piurij. vbi n̄ repit̄ plena rō mēdacij. ḡ ꝛc. R̄ᵒ. ad p̄dictoꝝ intelligētiā est notā- 9 dū q̄ h̄ ē triplex mod⁹ dōi. Quidā nāq̄ dixerūt q̄ piuriū ɔsisterit sibi mēdaciū. Et isti dixerūt q̄ si aliq̄s iurat f̄lm qd̄ credit eē verū. nõ piurat. qꝛ n̄ mētit̄. Sz h̄ positō ip̄robat̄ p̄ Aug. q̄ dic q̄ cū hō iurat qd̄ puta eē verū. ꝛ tñ ē f̄lm. temē iurat. Et ex h̄ hr̄ q̄ iuramētū illd̄ est temerariū ꝛ inordinatū. ꝛ ita piuriū. ꝛ tñ n̄ ē ibi mēdaciū. Ido dixerūt alij q̄ nõ oē piuriū ē mendaciū. p̄ eo q̄ nõ solūmō ɔtingit incurrē crimē piurij ꝑpter veritatis defectū. verū etiā ꝑpter defectū iusticie ꝛ iudicij. Sz instātia ista que fert̄ videt̄ magis habere locū in iuramēto obligatorio q̄ in iuramēto assertorio. In illo eñ ꝓprie repit̄ iudiciū ꝛ iusticia. ꝛ ideo adhuc remanet qd̄. verū oē piuriū qd̄ opponit̄ iuramēto assertorio sit mēdaciū. cū sit veritat̄ p̄uatiuū. Propterea tercō p̄t adhuc r̄ideri q̄ sicē patuit ex p̄cedēti distinctōe. aliqd̄ est mendaciū simpl̄r et s̄m rōez completam. aliud est mēdaciū s̄m q̄d. vigz. q̄tū ad ip̄ius mēdacij formā. Mendaciū simpl̄r est qd̄ h̄z falsitatē in voce. sz nõ in intētōe. Mēdaciū sz qd ꝛ s̄m formā est qd̄ h̄z falsitatē in intētōe. sed non in voce. Cū ḡ querit̄ vtrū piuriū oppositū iuramēto assertorio vl̄iter claudat in se mendaciū. Si large accipiatur mendaciū extēso nomine ad mendaciū simpl̄r ꝛ s̄m quid. sic oē piuriū in se includit mēdaciū. Et hoc est qd̄ mgr̄ dicit i litera. q̄ piuriū est vb̄ in iurando loqui f̄lm sine mentōe fallendi. vel iurādo loqui verum cū intentōe fallendi. Si aūt ꝓprie accipiatur mendaciū. sic non est essētiale oī piurio. nec piurio ꝓut opponitur iuramēto obligatorio. nec piurio quod opponit̄ iuramēto assertorio. sicut dicit mgr̄ in litera. ꝛ rationes probant adducte ad p̄tem istam. Ad illud vero quod p̄mo obijcit̄ in cōtrari- 10 um q̄ piurium ꝓhibet̄ in quinto mādato. dōz q̄ nõ solum ibi ꝓhibetur. immo etiam ꝓhibet̄ in sc̄do prime tabule. inquātum p̄ ip̄m piuriū facit quis contumaciam sūme veritati assumendo eā inuanū. dum assumit eam ad confirmatōem falsi sciti. vel falsi opinati. vel etiā dubij. Possz tñ dici q̄ in q̄nto mādato ꝓhibet̄ falsū testimoniū. n̄ solū q̄tū ad falsitatē intētōis s̄ ꝛ rei ꝛ s̄mōis. ꝛ ɔiunctim ꝛ diuisim. ꝛ p̄ut diuisim ꝓhibētur nõ dicit̄ mendaciū s̄m plenā rōez sed s̄m semiplenā tm̄. sicut p̄z ex p̄cedētibus. Ad 11 illud quod obijcit̄ q̄ qui adducit diuinam veritatē in testimoniū veritatis recte iurat. dōm q̄ illud non semp̄ est verū. quia p̄t eam adducere in testimoniū veritatis intēdens eam adducere in testimoniū falsitatis. ꝛ illa intentio p̄uersa reatū piurij introducit. q̄uis non habeat completā rōem mendacij. P̄terea alius defectus est in rōne illa. quia non oē falsum est mendaciū. ꝛ ꝑpterea non sequit̄ q̄ si piuriū includit f̄lm. q̄ ꝑpter hoc includat mendaciū. Ad 12 illud quod obijcit̄ q̄ qui asserit quod in animo sentit non peccat. dōm q̄ verū est si ita nouit in animo q̄ possit exterius asserēre in sermone. ꝛ hoc est quando

est certus. sed qñ falsa credulitate decipit̃. si exterius valeat affirmare ꝑ iuramentũ nõ excusatur. qꝛ sm ꝙ cõsciẽtia erronea in morib⁹ nõ excusat factũ iniustũ. sic estimatio falsa in his que credunt̃ nõ excusat iura-

13 mentũ falsum. Ad illud qd̃ obijcit̃ ꝙ lingua nõ est rea nisi mens prius sit rea. diceñ põ dupliciter. quia illud verũ est in sermonib⁹ indifferẽtib⁹. sed in sermonibus malis ꝛ inordinatis ꝛ a deo ꝓhibitis excessus

14 lingue introducit reatũ mẽtis ꝛ cõsciẽtie. Aliter etiã põt dici ꝙ mens ꝛ intentio rea dicit̃. nõ solũmõ qꝛ in iurando intendit fallere. sed etiã si intendat iurare id de quo nõ habet certitudinẽ. ꝑ eo ꝙ ipsi summe veritati subtrahit debitũ honorẽ.

Questio .ij. b

Utrũ omne piuriũ sit peccatũ. Et obijcit̃ ꝙ aliqs possit piurare sine peccato. Esto eñ ꝙ aliqs iuret falsum qd̃ putat eẽ verũ ꝓpter vtilitatẽ ꝓximi. iuramẽtũ illud nec est in diuine veritatis ↄtemptũ. nec etiã in ꝓximi nocumentũ. ergo nõ repugnat mãdato prime tabule nec secũde. Igit̃ nõ est peccatũ. ꝛ tñ est ꝑiuriũ sicut in p̃cedentib⁹ fuit ostẽsum. ergo nõ omne piuriũ est peccatũ. Itẽ nullus venerãdo ꝛ amãdo deũ peccat. Sed Aug⁹. dicit ꝙ illud ꝑ qd̃ quis iurat veneratur ꝛ amat. cũ ergo aliqs iurat falsum per deũ. veneratur ꝛ amat ipm deũ ergo nõ cõmittit peccatũ. et tñ cõmittit piuriũ. ergo piuriũ nõ est peccatũ. Itẽ sicut peccatũ opponit̃ bonitati. sic piuriũ veritati. sꝫ veritas spectat ad intellectũ. bonitas ad affectum. sic etiã falsum ꝛ malũ differũt. Cũ ergo viciũ ꝛ peccatũ dicat oppositũ veritati ꝛ bonitati que se tenent ex pte intellect⁹. nõ videt̃ ꝙ aliqd̃ piuriũ sit peccatũ. Itẽ possibile est aliquẽ cogi ad hoc ꝙ iuret falsum. sꝫ necessitas nõ habet legẽ. imo que alias sunt illicita. necessitas facit licita. sicut patet de eo q̃ furat̃ ꝛ est i extrema necessitate. ergo videt̃ ꝙ saltẽ in tali casu piuriũ sit licitũ. ꝛ sic nõ est essentiale ei esse peccatũ. Sed cõtra. grauius viciũ ꝛ magis deforme est piurium q̃ȝ simplex mendaciũ. sed necesse est omne mendaciũ eẽ peccatũ sm ꝙ Aug⁹. dicit ꝛ habitũ est in p̃cedentib⁹. videt̃ ergo ꝙ similit̃ sit circa ipm piuriũ. imo multo fortius. Item quicũqꝫ periurat iurat inordinate. ꝛ qui iurat inordinate iurat iniuste vel temerarie. et omnis talis peccat. ergo ꝛc̃. Itẽ omnis q̃ piurat assumit nomẽ dei inuanũ. ꝛ ois talis facit cõtumeliã diuine veritati. hoc autẽ est petm̃ ꝛ malũ sm se. ergo necesse est omne piuriũ malũ esse. Itẽ omne illud est malũ cui debet̃ pena. sed omni piurio debet̃ pena. sm ꝙ dicit̃ Prouerb. xix. Testis falsus nõ erit impunitus. ergo si piuriũ est falsa testificatio. videt̃ necessa-

15 rio ꝙ omne piuriũ sit peccatũ. R⁹ dicendũ ꝙ absqꝫ dubio piuriũ est malũ. nõ solũmõ in se. sed etiã sm se. ita ꝙ nullo mõ põt bene fieri. Ratio aũt hui⁹ est duplex. Una ꝓpter hoc ꝙ piurium plerũqꝫ claudit in se mendaciũ. qd̃ est sm se malũ. Alia võ ratio est generalis. qꝛ omnis piurans cõtumeliã facit summe veritati. dũ eam adducit ad eius cõfirmationẽ ad qd̃ nõ deberet assumi. ꝛ ideo qꝛ non tñ deordinat hoiem ad ꝓximũ. sꝫ etiã deordinat hominẽ ad deum. inde est ꝙ semp est malũ. Unde cõced eidẽ sunt rõnes que hoc

16 ostẽdunt. Ad illud qd̃ pmo obijcit̃ in contrariũ de eo qui iurat falsum qd̃ putat esse verũ ꝓpter vtilitatẽ ꝓximi. dicendũ ꝙ talis peccat ꝓpter veritatis ↄtemptũ. Quis eñ nõ cõtemnat ipsã veritatẽ ex certa sciẽtia adducendo eã in testimoniũ falsitatis. ↄtemnit tñ ex ipsa temeritate. Adeo eñ est nomẽ dñi terribile et venerabile ꝙ nullus debet ipm in testimoniũ assumẽ nisi nouerit q̃d loquat̃. Unde ignorãtia non excusat in tali iuramẽto. Hoc eñ debet vnusquisqꝫ scire ꝙ nõ debet iuramẽto aliquid firmare nisi de illo sit certus. Unde si talis ignoret rem de qua iuret. hoc ipõ scit se male iurare si eã iuramẽto affirmat. et ideo nõ excu-

17 sat̃ a culpa. Ad illud qd̃ obijcit̃ ꝙ illud ꝑ qd̃ quis iurat veneratur ꝛ amat. dicendũ ꝙ illud est verũ qñ recte ꝛ ordinate ꝑ illud iurat. sꝫ qñ false ꝛ inordinate ꝑ ipm iurat. ꝛ si videat̃ venerari ꝑ credulitatẽ. potius ↄtẽnit ꝛ cõtumeliã sibi facit ꝑ inordinatã locutionẽ.

18 Ad illud qd̃ obijcit̃ ꝙ piuriũ opponit̃ veritati que est in intellectu. dicẽdũ ꝙ sm ꝙ duplex est cognitio. speculatiua ꝛ practica. sic dupliciter contingit loqui de ipsa veritate. Aut ꝓut est regula mere speculationis. aut ꝓut est regula ipi⁹ locutiõis ꝛ operationis. Ueritas eñ fidei ꝛ prudẽtie dictat qualiter loquẽdũ ꝛ q̃d agendũ. Cũ ergo dicit̃ ꝙ mendaciũ ꝛ piuriũ opponitur veritati. hoc nõ intelligit̃ de veritate p̃mo modo. sed de veritate secũdo mõ. Et ista veritas secũdo mõ dicta iũcta est bonitati. ꝛ tenet rõnem virtutis. ꝛ act⁹ ei⁹ ẽ in p̃cepto sm ꝙ dicit̃ Ephe. iiij. Loquimi veritatẽ vnusquisqꝫ cũ ꝓximo suo. Ipse aũt obijcit de veritate ꝓut cõsistit in vera speculatiõe. ideo ratio illa nõ

19 valet. Ad illud qd̃ obijcit̃ de illo qui peierat necessitate cõpulsus ꝙ non peccat. dicendũ ꝙ falsum est. Est eñ necessitas nature ꝛ necessitas coactiõis. Necessitas inquã nature legem nõ habet. ꝛ potest a toto excusare. Necessitas võ coactionis nõ excusat a toto in his que sm se mala sunt. sed excusat solũ a tanto. qꝛ volũtas sufficienter cogi nõ potest. ꝛ ꝓpterea qꝛ ꝑiuriũ sm se malũ est. quãtũcũqꝫ quis compellit̃ ad illud. nõ oĩno a peccato excusat̃. imo sibi a canone pe-

20 na imponit̃. Dicit eñ canon ꝙ siquis piurat ꝓ vita corporis seruãda. qꝛ magis dilexit corpus q̃ȝ animã. ieiunet tres quadragesimas. Nec est simile de furto. qꝛ furtũ nõ est ita malũ nisi ꝓpter rerum appropriationẽ. Extrema aũt necessitas omnia facit comunia. nulla autẽ necessitas tollit piurij deformitatẽ. eo ꝙ nulla necessitate licitũ sit nomẽ dei inuanũ inuocare. ꝛ ita non est sĩle hinc ꝛ inde. De obligatiõne aũt iuramẽti coacti infra determinabit̃ satis plane.

Questio .iij. c

Utrum omne piuriũ sit mortale peccatũ. Et ꝙ sic videt̃. Aug. in quodam sermone de iuramẽto. Falsa iuratio est pniciosa. vera piculosa. nulla secura. sꝫ qd̃ est pniciosum est mortale peccatuȝ. Cum ergo omne piuriũ sit falsa iuratio. ergo piuriũ est mortale peccatum. Itẽ qd̃ directe est contra mandatũ ꝛ ꝓhibitionẽ est peccatũ mortale. sed piuriũ directe est cõtra ꝓhibitionem secũde tabule ꝛ prime. ergo videtur ꝙ semp sit mortale peccatũ. in vtraqꝫ eñ ꝓhibet̃ piurium. Item cõtemptus introducit mortale peccatum. sed omnis piurans cõtemnit ipsam summã veritatem dum ipsam adducit in testimoniũ falsi. ergo omne piuriũ est peccatũ mortale. Item mendaciũ de se quãdo seriosum est peccatũ graue est. cũ ꝗ iuramentũ supadditum trahat ipsum mendaciũ i aliud genus. videt̃ ꝙ qualecũqꝫ mendaciũ per iuramentũ supadditũ fiat mortale peccatũ. Sed cõtra. Sicut cõtingit aliquẽ iocose mentiri. sic etiã cõtingit aliquẽ iurare falsum. sed qd̃ ioco fit non fit ↄtemptu. si ergo aliquod piurium potest esse iocosum. non videtur ꝙ

omne piuriū sit mortale peccatū. Itē sicut est aliquod mendaciū qd̾ nulli obest et alicui pdest. ita pōt esse aliqd̾ piuriū. sed tale piuriū magis pcedit ex pietate q̄ ex libidine. cū ergo libido sit radix omnis peccati mortalis. videt̾ q̄ nō omne piuriū necessario sit mortale peccatū. Itē sicut cōtingit aliquē impmeditate loqui falsum. ita cōtingit aliquē impmeditate iurare falsum. sed peccatū non est mortale nisi fiat ex deliberatiōe et cōsensu. ergo nō omne piuriū est mortale peccatū. Itē sicut assumere nomē dei sup̾flue repugnat mādato decalogi. ita etiā assumere inuanū. sed nō semp cū quis assumit nomē dei inuanū peccat mortaliter. vt patet de his qui iurāt pter necessitatē. g̾ videt̾ simulit̾ q̄ non semp mortaliter peccet qui assumit nomē dei sup̾flue. ergo nō omne piuriū est mortale peccatū.

21 Rº ad pdictoꝝ intelligentiā est notandum. q̄ piuriū duo dicit. videlicz iurationē et inordinationē. Est igit̾ piuriū iuramentū indebitū et inordinatū. Iuratio aūt triplex est. Quedā est deliberata et solēnizata. s. qñ testes iurāt supra sancta dei euāgelia in iudicio pñtia. Quedā est deliberata sed nō solēnizata. qñ quis in occulto iurat aliquid ex deliberatiōe. intendēs illud p diuine veritatis testimoniū pfirmare. Quedā aūt est nec deliberata nec solēnizata. sicut qñ quis iurat in cōi sermone nō attendēs quē inuocat et ad quid sed ex quadā consuetudine. Et sm hoc piuriū pōt cōmitti tripliciter. Nam si cōmitat̾ circa iurationē deliberatā et solēnizatā. sic est graue peccatū et enorme. ita q̄ reddit hoīem infamē. Si vo cōmittat̾ circa iurationē nō solēnizatam nec deliberatā. sic nō est peccatū mortale s̄ veniale. pter hoc q̄ lingua in lubrico posita est. Si vo cōmittat̾ circa iurationez deliberatā. licz nō solēnizatā. tūc distinguēdū ē. q2 aut deliberat de dicto et de iuramēto. vtrū videlicz dictuz sit verū. et vtrū sit iuramēto cōfirmandū. et tūc si piurat mortaliter peccat. Aut deliberat de dicto tm̄. vtrū sit verū. nō tamē de iuramēto supaddito. et tūc potest esse veniale peccatū. Valde tñ est cauendū. q2 veniale illud piculosum est. et multū appropinquat ad mortale pctm̄. Concedendū est igit̾ q̄ nō omne piuriū est mortale peccatū. sicut illud qd̾ nō est deliberatū. Concedende sunt et rōnes que hoc ostēdunt. licz alique ex eis nō necessario cogāt.

22 Ad illud vo qd̾ obijcit̾ in contrariū q̄ falsa iuratio ē pniciosa. dicendū q̄ Aug. intelligat nō generaliter de omni. s. iuratiōe. sed de illa que fit cū deliberatiōe. et de illa verū est q̄ mortale peccatū est.

23 Ad illud qd̾ obijcit̾ q̄ omne piuriū directe repugnat diuine phibitioni. dicendū q̄ illud non est verū de quolibet. sed de illo solū qd̾ fit cum plena deliberatiōe et cōsensu. Sed si tu obijcias q̄ oīs actus fornicationis et adulterij repugnat illi precepto. non mechaberis. et ideo est pctm̄ mortale. Dicendū q̄ nō est simile de verbo qd̾ facile euolat. et de ppetratione peccati carnalis. qm̄ actus ille semp debet subiacere impio rōnis. Unde nunq̄ consummat̾ opus carnis. qn homo reputet̾ ɔsensisse pleno cōsensu. Ideo mag generalit̾ repugñt phibitiōi q̄ act⁹ piurij.

24 Ad illud qd̾ obijcit̾ q̄ in omni piurio ē cōtemptus summe veritatis. dicendū q̄ qñ aliquis iurat ex quadā cōsuetudine vel ioco. nō deliberās de excellentia veritatis in testimoniū inuocare. et si aliquo mō possit dici cōtemnere. q2 nō adeo veneraī sicut debet. tamē pprie nō cōtemnit. q2 poti⁹ est ibi debita honoris omissio. quedā cū negligētia q̄ illatio cōtumelie. Sed si ex deliberatione hoc faceret. absq̄ dubio tunc grauiter peccaret.

25 Ad illud qd̾ obijcit̾ q̄ iuramentū trahit mēdaciū ad aliud genus. dicendū q̄ illud est verū qñ iuramētū addit̾ cū deliberatiōe ipi mendacio. tunc eñ habet plenā rōnem iuramēti. et trahit in aliud gen⁹ peccati. Qñ vo pter deliberationē addit̾. tunc quedā ē circūstantia aggrauās. nō necessario trahens in gen⁹ mortalis peccati. p eo q̄ iuramentū illud supadditū non introducit plenū veritatis cōtemptū. nec est ipi⁹ veritatis destructiuū. licz aliquo mō disponat ad veritatis contrariū. q2 cōsuetudo frequēter parit libidinē et cōtemptū. ideo valde cauendū est piurium. et pter incertitudinē sermonis frequēter piuriū iuramento cōiungit̾. hinc est q̄ ipm iuramentū in xpianis viris et maxime pfectis debet esse valde rarū. sm consiliuz Eccli. xxiij. qui dicit. Iurationi nō assuescat os tuuz. sunt eñ multi casus in illa.

Onsequēter querit̾ de forma iurandi. Et circa hoc queruut̾ tria. Primo querit̾ vtrū liceat iurare p deū. Secūdo vtrum p aliquod creatum. Tercio vtrū liceat recipe iuramentū ab idolatris factū.

Questio. j. b

Utrū licitū sit sit iurare p deū: Et q̄ sit simpliciter illicitū videt̾. Omne illud qd̾ est phibitū est malū et illicitū. sed iurare p deū est phibitū. q2 dicit̾ Math. v. Nolite iurare oino. Similiter Iacobi. v. Ante oīa fratres mei nolite iurare. ergo iurare p deū est maluz et illicitū. Itē omnis act⁹ q̄ est pniciosus vel piculosus est de se malus et illicitus. s̄ iuratio p deū facta sm q̄ dicit Aug. in quodā sermone. aut est pniciosa. aut piculosa et nulla secura. ergo &c. Itē omē illud qd̾ sibi relictū est malū simpliciter loquēdo. iudicandum est malū et illicitū. sed iurare p deū sine causa est malū et illicitū. ergo simplicit̾ loquēdo illicitū ē et malum iurare p deū. Itē oīs actus cui⁹ cōsuetudo est mala. est de se malus et illicit⁹. sed cōsuetudo iurandi per deū est mala et reprobanda. ergo iurare per deuz est malū et illicitū. Sed ɔtra. Aug⁹. in sermone de verbis apli. Si peccatū esset iuratio. nō diceret̾ i lege. Redde dño iuramēta tua. sed dño reddim⁹ iuramēta qñ iuram⁹ p dñm. Cum g̾ hoc sit in lege cōcessum. videt̾ q̄ iurare p deū nō sit illicitū. Itē null⁹ actus qui habet exemplar in deo est mal⁹ et illicit⁹. sed iuratio p deū habet exemplar in ipo deo. qm̄ ipe deus iurat p semetipm sm q̄ dicit aplus Hebre. vj. Et in ps̄ Iurauit dñs &c. Et Geñ. xxij. Per memetipm iuraui &c. ergo iurare p deū nō est illicitū. Itez nullus actus in quo exhibet̾ honor et reuerentia ipsi deo est illicitus. sed cū iuram⁹ per deū exhibem⁹ honorem et reuerentiā ipsi deo. ergo &c. Minor probat̾ per glo. Math. v. Hoc p qd̾ iurat q̄libet h̾ veneratur. hoc amat. hoc timet. adeo phibet̾ q̄ nō iuret̾ nisi p deū. Itez omnis actus trāsiens sup materiā debitam est bonus et licitus. sed iurare per deum est actus transiens super materiā debitam. quia hoc est inuocare diuinā veritatē in testimoniū. ergo iurare per deum est bonum et licitū. Item omne illud quod facit ad cōfirmationē veritatis. et ad confutationē falsitatis et dolositatis est bonum et licitum. sed iuratio per deū est huiusmodi. quia per testes et iurationē boni expiant̾. etiā mali cōuincunt̾ et puniunt̾. ergo iuratio p deum est bona et licita. Iuxta hoc querit̾. vtrum iuramentum bonū et licitum sit appetendū. Et q̄ sic videtur.

qr pōtest esse meritoriū. Et si sic. querit quare iuramē
26 tum fuit a dn̄o ꝓhibitū magis q̄ aliud bonū. Rn̄
ad predictoꝝ intelligentiā est notandum q̄ aliqui
dicere voluerūt q̄ omne iuramētū est illicitū. nō solū
ꝑ creaturā. sed etiā ꝑ ipm̄ deū. ⁊ hoc fuit ⁊ est positio
hereticoꝝ manicheoꝝ. qui sui erroris occasionē sum-
pserunt ex verbo dn̄i Math. v. ⁊ ex eo qđ dr̄ Jaco. v.
Qđ quidē verbū male intellexerūt dupliciter. Primo
qr crediderūt q̄ dn̄s ipm̄ iuramentū ꝓhibet tanq̄ de
se malū. Secūdo qr intellexerūt ꝑ hoc qđ dicit. non
iurabis oino. q̄ dn̄s omne iuramētū ꝓhiberet. Et in
ꝑmo erraverunt. quoniā si lex euāgelica non ꝓhibet
nisi qđ malū est de se. iurare autē ꝑ deum ⁊ adducere
ipam veritatē in testimoniū. nec est cōtra rationē re-
ctam. nec cōtra cōsuetudinē bonam. nec cōtra legem
dei. maxime cū lex diuina dicat. Redde dn̄o iuramē-
ta tua. quā legem ipi impii manichei dicunt a malo
deo esse latā. in eo q̄ nō intelligebāt dn̄m mendaciū
ꝓhibere. Per se errabāt. quia credebāt p̄cepta euan-
gelii repugnare p̄ceptis legis veteris. repugnare etiā
rōni recte ⁊ moribus bonis. Unde ⁊ ipsoꝝ errorem
elidens Aug⁹. dicit q̄ iuramentū non fuit ꝓhibitum
ꝓpter se sed propter vitandū piurium. Ait eñ sic ad
publicolā. Dictū est in nouo testamēto ne oino iure-
mus. qđ mihi ꝓpterea dictū videt̄. nō q̄ iurare sit pec-
catū. sed qr piurare est imane peccatū. a quo nos lon-
ge esse voluit. q̄ ne oino iuraremꝰ cōmonuit. In alio
etiā errabant. qr credebant iurationē vniuersalē esse
ꝓhibitā. ⁊ iste error venit ex manifesta ignorātia. qr
nesciuerūt intelligere q̄ aliū sensum facit negatio p̄po-
sita signo vniuersali. aliū sensū facit postposita. Pre-
posita eñ facit equipollere ꝑticulari negatiue. post-
posita suo ꝯtrario. Unde differt dicere. nō ois homo
currit. ⁊ ois homo nō currit. Dominus aūt nō dixit.
Omo nō iurabis. sed nō iurabis oino. Unde nō pro-
hibuit omnē iurationē. sed ꝓhibuit q̄ nō esset oi mo-
do ⁊ sine omni causa iurādū. Et ideo isto errore abie-
cto tanq̄ irrōnali ⁊ ꝑnicioso. concedendū est q̄ licitū
est iurare ꝑ deū. ⁊ hoc cōiter tenet vniuersitas fideliū
Quia tñ non sic est licitū q̄n aliquo modo possit esse
27 illicitū. dubiū est inter doctores. vtrū iurare ꝑ deum
dicat actū bonū in genere. aut actum indifferentē. Et
aliquibꝰ visum fuit q̄ iurare ꝑ deū est actus bonꝰ in
genere. rōne tamē ꝓuitatis ipius iurantis malus est
ꝑ occasionē. dicūt eñ illū actū esse bonū in genere. ꝓ
eo q̄ actus transit sup materiā debitā. qr inuocare in
testimoniū recte transit sup ipam veritatē. Aliqs aūt
videt̄ q̄ iurare ꝑ deū de se sit indifferēs. qr diuina ve-
ritas pōt inuocari ꝑ iuramentū in testimoniū verita-
tis ⁊ in testimoniū falsitatis. ⁊ vnū est bonū ⁊ alterū
malū. qr in vno fit reuerentia. in altero iniuria. Unđ
nota q̄ quidā sunt actus qui ꝑtinent ad diuinū cul-
tum. vt laudare deū. ⁊ isti sunt boni ꝑ se ⁊ ſm se. Qui-
dam vo sunt actus q̄ sunt ad oppositū. ⁊ isti sunt per
se mali. vt blasphemare deū. Quidā aūt sunt medio
mō. sicut actus iurādi. qui si fiat reuerēter est ad cul-
tum dei. si fiat irreuerenter est ad oppositū. Ideo di-
cunt q̄ iurare ꝑ deū licitū est sicut indifferēs qđ pōt
fieri bene ⁊ male. Et qr indifferens diuersis ex causis
potest esse occasio cadendi in malū ⁊ vitandi malū.
hinc est q̄ dn̄s aliqñ mouet ⁊ inducit homies ad iu-
randū ꝑ deū. aliquādo retrahit. In veteri lege indu-
cebat ad iurandū ꝑ deū. vt ꝑ hoc reuocarent̄ a iura-
mento idoloꝝ cum dicebat. Redde dn̄o iuramenta
tua. In noua lege retrahit vt ostendat piuriū esse fu-
giendū. ⁊ ꝑ tanto iuxta hunc modū dicendi satis ra-
tionabiliter videt̄ q̄ iurare ꝑ deum sit licitum tanq̄
indifferens. Siue aūt sit indifferēs. siue bonū in gene-
re. qr vtrūq̄ pōt dici satis ꝓbabiliter. hoc ꝓ certo te-
nendū est. q̄ licitū est per deū iurare. ⁊ cōcedende sūt
rationes hoc ostēdentes. Ad illud vo qđ obiicit̄ in
28 contrariū q̄ actus iste est ꝓhibitus. dicendū q̄ non
ꝓhibet̄ actus iste qr malꝰ est. sed qr occasio est mali.
nec etiā ꝓhibet̄ vniuersaliter. sed ꝓhibet̄ vt q̄s non
iuret irreuerēter. Et hoc importat ipius verbi senten-
tia ſm q̄ explanatū est supra. Ad illud qđ obiicit̄
29 q̄ iurare ꝑ deum vel est ꝑniciosum vel piculosum. di-
cendū q̄ piculosum dicit̄ aliquid dupliciter. Aut qr
piculi causa. aut qr piculi occasio. Jurare autē ꝑ deū
dicit̄ piculosum esse. nō qr causa piculi. potest eñ esse
meritoriū ⁊ bonū. sed qr occasio piculi in eo qui non
diligēter obseruat qualiter iurat. Ad illud quod
30 obiicit̄ q̄ omne illud qđ sibi relictū est malū de se. in-
dicandū est malū ⁊ illicitum. dicendū q̄ dupliciter con-
tingit intelligere actū iurādi ꝑ deū sibi relinqui. Aut
cōsiderando iuramentū in se. ⁊ sic nō est malū. sed vl̄
est indifferēs vel bonū in genere. Aut ſm q̄ fit i ope
p̄ter causam ⁊ necessitatē. ⁊ sic malū est. ꝓ eo q̄ est ibi
ꝑuatio finis debiti ⁊ ꝑuatio reuerentie. ex hoc q̄ ali-
quis p̄ter causam ⁊ necessitatē diuinā veritatē assu-
mit in testem. Uerūtamē ex hoc nō potest cōcludi q̄
iurare ꝑ deum simpliciter sit malū. Sicut eñ non se-
quit̄ loqui sine causa ⁊ vtilitate est malū. ergo loqui
est malū. sic etiā nō tenet illatio predicta. Ad illud
31 quod obiicit̄ q̄ omnis actus cuiꝰ cōsuetudo est ma-
la de se est malus. dicendū q̄ hoc est falsum. qr multa
sunt que bona sunt ꝓ loco ⁊ tempore. ⁊ si frequētant̄
generant viciositatē. sicut bonū est aliqñ ridere ⁊ leta-
ri. sed nō est bonū hoc frequētare. qr ꝑducit in disso-
lutionē. Sic etiā ⁊ de iuramēto intelligendū est. quia
assiduitas iurandi minuit reuerentiā veritatꝰ. ⁊ quo-
dāmodo disponit ad assertionē falsitatis. Ad illud
32 quod querit̄ vtrū iuramentū ꝑ deum licite factū sit
appetendū. dicendū q̄ nō. ⁊ hoc est ꝓpter occasionē
mali adiunctā. Et est simile. sicut affluentia diuitiaꝝ
qr distrahit hominē ne cultui dei intendat. nō debet
esse in appetitu. licz possit licite ⁊ meritorie possideri.
sic etiā intelligendū est circa ipm̄ iuramentū. Et pro-
pterea beatus Jacobꝰ dicit. Nolite iurare. nō solum
ostēdens vitandū esse actū iurationis sine causa. sed
etiā affectum. Unde etiā mouemur circa actum iu-
rationis ꝓpter piculum piurij vitare consuetudinē.
vitare etiā actum p̄ter necessitatē. ⁊ vitare affectum.
⁊ ad iuramentū nō debet quis ire vltroneus sed co-
actus. Et huiꝰ simile potest reddi i ꝑsidentia ꝑlatio-
nis. Quis enim bonū sit ⁊ licitum aliis p̄esse. non ta-
mē est appetendū sed potius fugiendum. ⁊ ad illud
debet homo trahi quasi inuitus. quia cum amat̄ pre-
latio. frequēter adest ratio superbiēdi. ⁊ quodāmō apo-
statandi ⁊ recedendi a deo. Similiter intelligendum
est in ꝓposito. Unde q̄uis iuramentū licitū sit ⁊ me-
ritorium. non tamē est appetendū. ⁊ hoc vult innue-
re textꝰ euāgelij. ⁊ āmonitio ipiꝰ beati Jacobi.

Questio. ij. c.

Utrum liceat iurare ꝑ aliquod creatum. Et q̄ nō
videt̄ ꝓbo ꝑ ipm̄ textū Math. v. Nolite iurare neq̄
per celū quia thronus dei est. neq̄ ꝑ terrā ⁊c. ibi glo.

